# Axiomata Christiana

*Ex diuinis scripturis, & sanctis patribus, cum ecclesiasticis, tum etiam Scholasticis, per Reuerendū* Patrem fratrem Gasparem, ordinis eremitarū sancti Augustini, Doctorē Theologū, ac Regiū concionatorē indignū, Nunc nūc nouiter collecta, opus hactenus desideratū aduersus hæreticos, antiquos, & modernos.



CONIMBRICAE.
Apud Ioannem Barrerium, & Ioannem Aluarum Typographos Regios.

M. D. L.




COMPOST. AC BIBLIOT. REG.

# IOANNI TER-

## TIO ORTHODOXAE FIDEI EGREGIO ZELATORI PORTVGALLIAE, & Algarbiorum, citra & vltra mare in Africa. & cæt. Regi potentissimo Frater Gaspar Doctor Theologus, Eremitarum Sancti & magni Augustini professus, Suus cõcionator indignus.

PERPETVVM REGNVM: ET VITAM FOELICEM.

TIRANDUM NON ERAT, *Rex potentissime, quòd priscis temporibus, dum spiritalis nequitia velut leo apertè per suos ministros aduersus Christi Saluatoris nostri fideles rugiebat, eos à cõuictu politico ad aspera quæq; montium sub tetris antris habitacula, crebrescentibus minis, exquisitissimis martyrij generibus (quæ horret continuò humana fragilitas) pellens: quando cunctis populis Christi sacratissimi venerandissimum nomen odiosum erat, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam: & recens ecclesia eo nomine congregata, tyrannides timens tremebunda latitabat: dum adhuc illud propheticum in corpus Christi mysticum implebatur, Quare fremuerunt* a Psala

Gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes cõuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius: tunc temporis, in quam, mirandum non erat, quòd & hæreses, & schismata inter Christianos pullularent: quia nec ecclesiastici principes latitantes velut profugi, aut despecti, nec sæculares sæuientes aduersus hæreticos pœnales leges condiderant aliquas. Vnde timore postposito quilibet superbus impune quoad homines potuit proprium sensum sequutus sese cunctis alijs anteponere, atque sua falsa dogmata prolibito inuenta disseminare. Verùm nunc quando Saluatoris nostri nomen vnà cum fide per totum orbem delatum est, atque receptum: quando sancta ecclesia Spiritu sancto grauida tam multos parit filios principes sæculi, & suo tribunali publico palam constituto gaudet: quando iam vtroque gladio absque contradictione quoscunque rebelles terrere, & cohibere facilè potest: & illud prophetæ concessum est, Adorabunt eum omnes reges terræ, & omnes gentes seruient ei: nunc dico, mirandũ est admodùm, quòd hæreses malitia hominum peruersorum ortæ, culpa principum radicentur, & crescant. Nanque vt verum fatear, in hoc mihi plurimùm culpabilis videtur, aut desidia sæcularium dominorum, aut certè negligentia ecclesiasticorum: sic vt si ecclesiastici inuigilant, custodientes vigilias noctis, ac diei super gregem suum Chri-

e Psal. 71.

sti sanguine redemptum, cuius & rationem reddituri sunt, nascentia mala sentiunt, manifestant, conuincunt, & quoad posse extinguunt: sæculares negligunt gladium suum vibrare, illoq; terrere, ac percutere, desidia sua reprehensibilis sit valde. Si autem spirituales, qui maximè laborare debent contra lupos rapaces à caulis dominicis repellendos, ijs oscitantes, & intempestiuas ferias, vt aiunt, agentes, pascendas, ac deffendendas oues sibi commissas infici, & perire permittunt: quis eos à culpa excusare queat? quum de talibus dixerit dominus. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nonne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis: & quod ægrotum, non sanastis. Sic si mundi huius rectores culpam fugere cupiunt, eos summa ope niti decet, curam animarum arripere, vt quilibet pro posse modulos suos seruantes vineam dominicolant: in qua cultores à Deo Opt. Max. sunt constituti. Neque enim sine causa gladium portant, spirituales spirituale, & sæculares sæculare in vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, ad ædificationem populi Dei, quemadmodum diuina scriptura satis superq; docet, Securus tibi loquor, Rex potentissime, secureq; has minas memoro, cui esse in votis semper scio, fidem puram, charitatem mundam, spem firmam, clemen-

* Heb. 13.

* Act. 20.

* Ezech. 34.

* Roma. 13.

tiam, & benignitatem innatam, ac morum omnium Christianorum in integrum obseruantiam perfectam. Non sum suspectus, facta extant manifesta. Multi reges progenitores tui hæc regna, ac dominia gloriose rexerunt, catholici quidem, & omni virtute præditi, famaq; super æthera noti: sed quis illorum, vt tua celsitudo, orthodoxam fidem zelauit? quis sic eam coluit? aut pro extirpandis hæresibus tam feruenti animo insudauit? seu tot, tantos, ac tales labores sustinuit? Rursus quis sic bonos mores hominum adamauit? aut diuorum patrum ordines restituens reformauit, honorauit, ditauit, priuilegijsq; regijs præmuniuit? Aut quis demum Christianam religionem ad renouatam iuuentutem, in qua omnium credentium erat anima vna, & cor vnum in Deum, redigere sic sollicitus vnquam fuit, quasi zelo domus Dei comestus? Exemplo tuo sancto cunctos vrges, potentes arma, doctos verò calamos aduersùs nouas hæreses hac nostra tempestate è tumulis præteritorum hæreticorum suscitatas, accipere. Quo adstrictus ego doctorum Theologorum minimus non potui ab alijs studijs meis tempus aliquod non suffurari, & in confutandis Lutheranorum dogmatibus lucubratiunculas non cudere. Edidi enim iampridem præclarum opus in quatuor partes sectum, quibus vsque ad euulsionem omnes Lutheri articulos impugnaui: in quibus studijs cum essem, vidi optimum fore, si tractatum per se, quo præcipuum, & Luthe-

ranorum, & omnium aliorum hæreticorum, qui hactenus fuere, principium destruerem, ædere, & in lucem mittere prius curarem. Dedi operam illum facere: feci, & eum nunc tuæ Maiestati offero: quem precor ea animi æquitate suscipias, quæ tantum principem addecet. Fac igitur, vt facis, Rex potentissime, & instantius feruentiusq́, si potes: & benedictionem omnipotentis regis regum, & domini dominantium copiosissimam consequeris. Valeas, Rex potentissime, ac regale sceptrum æternos regas per annos cum triumpho. Amen.

# Christiano lectori. S.



ON immerito a veteribus philosophis celebratũ est, quod honestũ pulchrumque esset in singulis artibus, bis ac tertio repeti sermone debere. Nam vt alibi passim, ita vel maxime in rebus honestis diuina prouidentia, & singularis Dei amor erga humanum genus relucet, dum gratiam tantam illis addit, vt semper suos amatores reperiant, qui quantumcunque ab alijs oppugnentur, & negligantur, diuelli se tamen ab illis nullo modo ferant: sed quo eas magis tractant, eo ardentius illarum studio & amore trahuntur. Contra in rebus fucatis, & speciem tantum boni habentibus euenire videmus, vt gratiam omnem, simulatque propius fuerint perspectæ, exuant: & eis, quibus admirationi esse cœperant, odio esse incipiant. Iam vero si vlla alia in re, certe in promulgandis ingeniorum fœtibus potissimum experiri licet. Vt enim eorum, qui tantum inania argumenta lectoribus obtrudunt, momẽtaneæ esse lucubrationes solent: ita quæ sunt de rebus grauibus susceptæ disputationes, quo magis ab studiosis leguntur, hoc magis repetitæ subinde fructu se aliquo proferẽte placent. Et quanquam pleriq; sint, qui eam sedulitatem veterum scriptorum lucubrationibus tantum deberi existiment: non tamen possum duci, vt credam eo sterilitatis nostrum sæculum deuenisse, vt nullum iam possit præclarum ingenij monumentum proferre: nõ ita posteritati inuidisse naturam, vt totum quod illustre esset in mortalium animis vnica fœtura iam fuerit in priscis hominibus æditum. Sunt & hac nostra ætate viri diligentissimi, & in optimarum artium studijs præclarissimi, quorum scripta cum præcipuis veterum sine vlla assentationis suspicione conferri possunt. Quod

cum ex multis alijs nostræ ætatis libris summa industria, & pietate in lucẽ æditis, certe vel ex hoc vno ex iguo volumine summa scripturarum, rerumq; peritia elaborato deprehendi potest: in quo axiomata quædam traduntur, quibus peruicaces homines reluctantesq; fidei articulorũ, & ecclesiæ traditionibus, sine vlla tergiuersatione reuincantur. Ea enim cæcitas ignorantiaq; ob peccatum primi parentis humanum genus inuasit, vt etiam hodie, quæ sunt de fide, & cultu vnius Dei prædicatione Apostolorum in vulgus gentiũ dispersa, & miraculorum spectaculis confirmata, facile contemnantur, quod quidam sint suspicaces & dubij, alij plane incredduli, & sibi tantum fidentes, eo ipso suam arrogantiam ostentantes: qui sibi audent vendicare, quod humana conditio non recipit. Vt igitur huic malo cõsultum esset, id laboris est in hoc opere impensum, vt principia in parato habeantur, quibus vnusquisq; sibi de rebus fidei persuasionem pariat, quando ad illa humani intellectus imbecillitas aliqua ex parte trepidauerit: quibus etiam ad credendum manuduci possint ingenioſi quidam, qui plane arbitrantur solam scripturarum authoritatem ad eorum sensum conuincendum aliquid habere momenti. At obsistet mihi statim ingenioſus aliquis, quod principia polliceatur opus, quibus reluctantes ad assensum fidei manuduci possint, clamabũtq; fidei meritum statim tolli & abrogari, si ex certis principiorum fõtibus ea renitentibus persuaderi queat: is intelligat ea principia non plane esse hominum inuenta, sed comparata ex Dei Opt. Max. traditione, & eius generis, quæ nunquam erant humanam mentem subitura, nisi ea vnigenitus Dei filius, qui est in sinu patris, hominibus reuelasset: intelligatq; nõ omnem persuasionem certitudinem que fidei meritum tollere, eiusque assensui repugnare, nisi illam solum, quæ per sensuum functiones comparatur, & intellectum conuincit: quaq; ex principijs notissimis, velut causis eundem prius cunctantem volentem nolentem ad

assentiendum impellit. Est & aliud, cuius putaui etiam disertum lectorem admonendum, authorem data opera cultum verborũ neglexisse, quod in re sacra versaretur, & traditione principiorum, quibus persuadeatur fides credendorum, quæ simplicitate verborũ est orbi gentium prædicata: in qua ridiculum esset partes eloquentiæ ostentare: expedientissimum autem eam ad imitationem Pauli dissimulare, qui de se testatur non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis suam prædicationem Corinthijs inchoasse, ne fides illorum in esset in sapientia hominum, sed in virtute Dei: qui sapientiam huius mũdi stultitiã dicit esse apud Deũ, qui negat se missum ad prædicandum in sapientia verbi, ne crux Christi euacuaretur. Hanc diuina eruditionõ desiderat: quia non in lingua, sed in intellectu sapientia est, neq; interest qualiea sermone tradatur: res enim non verba quærũtur. neque enim hic oratorem futurũ, sed creditorum instruit, & studio veritatis per discendæ hæc principia Christiano lectori indicat, vt cum rei veritatẽ sine vllo fuco ob oculos positam conspexerit, minori cum suspicione eloquentiæ, & maiori cum fructu solidæ eruditionis alieno labore & vigilijs perfruatur. Sic enim Deo Opt. Max. placuit, vt nuda veritas esset luculentior, quia satis ornata per se est: & fucata verborum lenocinijs naturali splẽdori caliginẽ quãdã obducit. Mendaciũ vero specie blanditur aliena, & emẽdicata supellectile ornatũ adhuc vanescit ac defluit. Quocirca potius est in hoc, & similibus argumentis styli tenuitas ferẽda, quã grandiloquẽtia desiderãda. Etenim & illud exploratum est, eloquentes hæreticos a viris mediocriter cultis sæpe nudis rationibus conuictos: quod tanta sit potentia veritatis, vt exuta omni verborum ornatu sola in eloquentiæ arma sua claritate incurrat. Hanc tu victoriam, Christiane lector, poteris in hoc opere deprehendere, in quo tenui oratione, lumine tamen scripturarum, & veritate clara, hæreticorum eloquentia perstringitur. Cui soli

1. Corint. 2.

authorinnixus, est hoc opus Deo inspirante aggressus: ad cuius imitationem si solertes homines, & in scholarum exercitationibus doctiſe cõposuerint, & ingenij vim in hoc disputationis campo exercere cœperint, persuadentes nudis verbis, sed viuis rationibus ex fontibus scripturarum ductis: spes erit, euanituras breui omnes persuasiones, & impia hæreticorum dogmata: si semel fuerit persuasum, hæc esse certissima principia, quibus vera a falsis in fide nostræ confessione discernenda sint. Vale, & boni vigilias hominis in rebus grauissimis occupatissimi consule.

# Ad lectorem.

*SI metuis miseri fabricas & castra Lutheri,*
*Auersumue Deo conciliare paras:*
*Indue mox triplicem, tibi quam liber iste, loricam,*
*Suggeret, haud fuso sanguine victor eris.*
*Quæ sancti reperere senes, quæ sacra palestra,*
*Nam docet, atque quibus stat& cadit& fides.*

# Index aperit argumẽta

*singulorum capitum, quæ libris singulis, & articulis continentur, atque adeo pio lectori ob oculos ponit capita omnium rerum, quæ sparsim toto volumine digeruntur.*

PRIMVS liber probat nõ esse solam scripturam petendã iudicem credendorum: confutatq; quindecim Lutheri argumenta, quibus affirmatiuã partem adstruit.

*Contenta in primo articulo secundi lib.*

Primum caput articuli primi docet quæ, & quanta sit veri miraculi authoritas ad probationem eorũ, quæ quis in nostra fide controuerterit.

Secundum caput articuli primi duas opiniones recenset: vnã asserentiũ vera miracula scientiã causare, aliã dicentium assensum tantum obscurum gignere.

Tertium caput falsa miracula a dæmone posse fieri ostendit: & qua arte cognosci possint, ne illis tanquam veris assentiamur, aperit.

Quartum caput eiusdẽ articuli docet miracula vera a solo Deo fieri posse authoritatis imperio: posse q; potentiam ea ædendi creaturis communicari: vtrũ tamen per virtutem inhærentem, aut per virtutem assistentem, non definit.

Quintum caput excutit, cui dono miraculorũ operatio tribuatur, an virtuti fidei, an dono fidei, & fidem virtutem theologicã distinguit a fide dono, quæ inter gratias gratis datas a Paulo numeratur: concluditq; ea re ipsa differre, non solum ratione.

vj. cap. Ostendit, si miracula non habuissent authori-

tatem diuinã ad probanda ea credibilia, quæ nobis in scripturis proponuntur, immerito dãnationẽ incurri, Deũ erga nos nulla vsum fuisse clementia: & Christianã fidem nullã habiturã fuisse firmitatẽ.

vij. cap. docet, si miracula fidem non probant, non posse nobis id aliud sensibile persuadere: atque adeo maiorem esse certitudinem fidei, quàm sensus.

*Contenta in articulo secundo libri secundi.*

PRimum caput asserit scripturam sacram diuinam habere authoritatem, eamq; cum certissima sit, non aliunde certitudinis efficaciam habere, nisi quia spiritu sancto sit authore ædita.

ij. cap. Aperit quæ sit illa assistentia particularis spũs sancti, ob quã scripturæ veteris, & noui testamenti sacræ dicũtur, & diuinã authoritatẽ habere cẽsentur.

iij. cap. Docet Apostolos particulari Dei assistẽtia motos ad scribendum, non solum quæ per reuelationẽ acceperũt, sed quæ per sensus experti sunt: idq; scripturæ sacræ authoritatem indere.

iiij. cap. Asserit nullam scripturam noui testamenti potuisse esse sacram, nisi quã Apostoli ædiderunt, vel ab alijs æditam sacram approbarunt.

v. c. Carpitur Gratianus, q̃ inter canonicas scripturas epistolas decretales recenseat, docetur q; quæ scripturæ sint sacræ & canonicæ.

vj. c. Docetur diuinas scripturas omnes habere infallibilem certitudinem.

vij. cap. Admonet contingentia, quæ in diuinis scripturis reuelantur, certiora esse necessarijs per naturam: Deumq; agere per intellectum, & voluntatem.

ix. c. Docet in quo cõsistat scripturæ claritas, seu obscuritas, & respectu quorum sit.

x.c. Notat principia bene beateq; viuendi, Deū ſupra omnia diligendum, æternū eſſe, incommutabilem, lumine naturali poſſe deprehendi.

xij.c. Indicat q̄ de reſurrectiōe, ſacramētis, incarnatiōe tradunt in ſcripturis, obſcura nobis, eē tn̄ certiſſima.

xiij.c. Proponit ſcripturā nōnullas cōtinere enūciatiōes quoad ſenſū quē intēdūt, nobis viatoribus obſcuras, quas p̄ fidē credimus: non tn̄ eorū ſenſum plane aſſequimur: indicatq; originē obſcuritatis ſcripturarū.

xiiij. Docet dei eē donū intellectū ſcripturarū aſſeq;: nō ex diuturno ſcripturarū ſtudio & lectione cōparari.

xv.c. Erudit nos, Deum auxiliū ſubtrahere malis, non immittendo aliquid poſitum mentibus eorū: illudq; eſſe, quod ſcripturæ frequenter admonent, Deum permittere malos ire in deſideria cordis.

*Contenta in articulo tertio libri ſecundi.*

i.c. Docet ſcripturam ſacram diuinam authoritatem habere, eamq; certiſſimam eſſe, ſua ſola aſſertione probantem quod affirmat.

ii.c. Docet eccleſiā, etſi multiplex ſit, ſi membra, & offícia, graduſq; ſpectes, vna eſt & indiuidua, ſi vnā fidem, vnum baptiſma ſpectes.

iii.c. Probat eccleſiā Dei per vniuerſum orbem diffuſā vnā eſſe, ab vno capite Chriſto vero deo & hoīe.

iiii.c. Probat ſolum Petrum caput fuiſſe naſcentis eccleſiæ, eiq; ſoli commiſſam vniuerſalis eccleſię curam, a Deoq; immediate inditam.

v.c. Aſſerit vnanimi ſētētia patrū ſēper fuiſſe receptū, Petro ſoli conceſſum fuiſſe eccleſiæ primatum.

vi.c. Affirmat eccleſiæ vnitatē per reſpectū ad vnū caput ſēſibile vſq; ad ſæculi cōſummationē duraturā.

vii.c. aſſerit primatum eccleſiæ conceſſum Petro & ſucceſſoribus in ipſo Petro.

viij.c. Docet Romanũ pontificẽ posse cathedram Petri Romæ residentẽ quo libuerit transferre.

ix.c. Ostendit nõ posse põtificẽ sũmũ errare in his quæ ad fidẽ, & mores vniuersalis ecclesiæ spectãt.

x.cap. Instruit nos posse Papam dispensare in ordinationibus apostolorũ pure humanis, easq; mutare causa rationabili interueniente.

xj.cap. Tradit duo esse ecclesiæ capita subordinata alterum Christum qui non est ecclesię membrum, alterũ Petrũ, qui simul mẽbrũ & caput est, à primoq; ecclesiã habere influxum illuminationis nõ a secũdo.

xij.cap. Docet membra ecclesiæ sensibilis esse nonsolũ prędestinatos, sed reprobatos homines.

xiiij.c. Admonet mẽbra ecclesiæ sensibilis nõ sola grã vniri, sed sacramentorum vnione & fidei eiusdẽ confessione.

xv.c. Docet quomodo ecclesia sine ruga & macula esse possit: cum tamen in ea mali sint, & boni.

*Articulus.iiii.lib.ii.*

i.c. Ostendit vniuersale concilium rite congregatum diuinã habere authoritatẽ in diffiniẽdis rebus fidei.

ij.c. Probat sanctorũ testimonijs esse in vniuersali concilio authoritatem diuinam.

iij.c. Taxat eorũ sententiã, qui asserunt non esse maiorẽ concilij authoritatẽ, quàm singulorũ illi assistẽtiũ. Et tenere assertum esse in concilio, potestatem, non à deo immediate, sed tantũ humano iure, hoc est voluntate prælatorũ conuenientiũ comparatã.

iiij.c. Docet cõciliũ nõ habere imediate potestatem diffiniendi à republica.

v.c. Ostendit authoritatem concilij prout est potestas ecclesiastica imediate per patres in concilium, & per

deū in patres deriuari.

vi.c. Asserit authoritatē concilij œcumenici in diffiniē dis fidei veritatibus etiā illis quæ mores concernūt, īmediate esse aspūsctō assistēte, pulsāte illuminānte.

vij.c. Contendit conciliū vniuersale nō posse errare in his quæ sunt fidei, etsi possint particularia, contra asserentes posse in errorē labi diffiniēdo ea q̄ spectant ad fidē & mores, trāseūter, sed nō p̄manēter.

ix.c. Quærit vtra sit verior patrū sententia, cū nulla à concilio & ecclesia reprehendatur, cōcluditq; vtrāq; esse in aliquo sensu veram.

x.c. Docet solum papam cogere posse cōcilium ratione sui primatus.

xi.c. Admonet cōciliū quod celebratur a papa cū Cardinalibus diuinam authoritatē habere seruatis his, quæ ad conciliū vniuersale requiri dixit.

xij.c. Quærit quare semp̄ sub veteri lege dubia & cō trouersa recto iudicio à sacerdote legis aperiebātur, & solum de ambiguis & controuersis quærebatur, & qui eius finitioni non stabat capitis plectebatur.

xiij.c. Probatur pontificem non posse labi in hæresim decidendo ea, quæ sunt fidei.

xiiij.c. Docet rationem quamobrē deus sub lege per p̄phetas, & sacerdotes veritatē rerū occultarū apertissime reuelabat: nunc autem suam ecclesiam occultissimo, & inuisibili modo de veritatibus fidei instruat.

*Articulo quinto secundi lib. sequentia continentur.*

i.c. Ostendit vniuersalē ecclesiæ consuetudinē diuinā authoritatē habere, & a nemine posse falsitatis argui.

ij.c. Docet consuetudines, quæ à primitiua ecclesia ad nos dimanarunt, ex ap̄lorū esse traditione.

iij. & iiij. Docet vniuersalē consuetudinē etiā authorita

tē habere ab ecclesia vniuersali, quæ sicut nō potest errare ī finitionibus, ita neq; in cōsuetudinibus tolerādis: aliās portæ inferi aduersus eā p̄ualere possent.

v.c. Hēt q̄ tāta ē vis cōsuetudinis & robur, vt valeat nō solū positiuā legē abolere, sed naturalē distinguere.

*Articulo. vi. eiusdem lib. ij. continentur sequentia.*

i.c. Docet conformē patrū sniam diuinā authoritatē hēre cōtra quā nulli licet determinare in rebus fidei.

ii. &. iij.c. Docent patrū pietatem & religionē plurimū conducere, vt eorū dicta veneremur,

iiij.c. Ostendit miracula quæ ad inuocationem patrum sunt ædita confirmare standū esse conformi illorū sententiæ in rebus morum & fidei.

v. &. vj.c. Admonēt, q̄ si fabricaturis templū datus est spūs quo nō possent ī arte errare: quare nō dicemus datū etiā patribus ad exponēdas sacras scripturas?

vij.c. Et si conformis sentētia patrū diuinā authoritatē habet, non tamen illa in qua sunt diuisī, sed cōmuniori astādū est, et q̄ magis sit moribus cōfirmata.

viij. ix. &. x.c. Probat authoritatem patrum in magno precio fuisse: ideo non audiendum Lutherum, qui solam scripturam iudicem petendam dicit.

xj.c. Cōcludit multa esse in Christiana religione principia materialia ex vno fonte diuinæ veritatis authoritatem habentia, quæ nō æqualiter probant, sed miraculum sub pœna perfidiæ, & incredulitatis inexcusabilis: scriptura, ecclesia conciliū, sub pœna hęresis: conformis patrum sentētia sub pœna scandali, & temeritatis grauissimæ.

*Lib. iij. artic. vnico,*

Docet errare eos qui solam scripturā asserunt iudicem, qua sola possit diffiniri quicquid erit in nostra

religione controuersum, sed ad ecclesiã recurrendũ esse, eamq; audiendã iudicem, non qp verior aut certior sit, sed qr̃ clarior & manifestior in sẽsu, in quo sit.

*Libro. iiij. disputatione prima continentur sequentia.*

i.cap. Docet miraculũ verum & scripturam sacram in gradu eminẽti authoritatem habere, sic vt nõ liceat propter maiorẽ aut minorẽ authoritatẽ huius vel illius magis vel minus alicui assentiri.

ij.c. Docet signa mendacia veris miraculis similia posse arte dæmonis fieri.

iij.c. An fuerit verus Samuel qui ad inuocationẽ phytonissæ apparuit Sauli.

*Secunda disputatione hæc continentur.*

i.c. Refertur opinio Abulensis docentis maiorem esse authoritatem ecclesiæ quàm scripturæ.

ij.c. referẽ opinio Abulensis asserentis ecclesiæ potestatem duplicem esse antiquã & modernã, antiquam quæ a principio sacrã scripturã condidit, libros canonicos enumerauit, modernã quæ conditos libros cõseruat, intelligit & defendit.

iiij.c. Refert opinionẽ Driedonis dicẽtem ecclesiã primitiuam, vel istã modernam, vt illi continuatur paris esse authoritatis cum sacra scriptura; intelligẽdo vero ecclesiam modernam absque cohærẽtia in moribus & fide ad illã veterẽ minoris esse authoritatis, quam sacram scripturam.

v.c. Improbat positionem Driedonis.

vj.c. Docet primitiuã ecclesiam in Apostolis qui tunc erant membra, plenissime diuinam authoritatem habuisse.

vij.c. Docet modernã eccl'iã eãdẽ authoritatẽ habere.

viij.cap. Docet æqualem esse authoritatẽ ecclesiæ no-

ſtræ ad verum dicendum, cum ſcriptura ſacra: ſicut fuit primitiuę eccl̃iæ reſpectu veritatis ſcripturarū.

ix. cap. Concludit parem noſtræ & primitiuæ eccleſiæ authoritatē in determinatione eorū, quæ ſunt fidei.

x. cap. Oſtendit eccleſiam ab Adam vſq; ad nos propagatam ſemper ad Chriſtum pertinuiſſe.

xi. cap. Ponit opiniones aſſerentes parem authoritatē concilij, & vniuerſalis eccleſiæ.

*In tertia diſputatione contenta.*

ij. cap. Aſſerit ſub correctione eccleſiæ maiorem eſſe authoritatem eccleſiæ per orbem diſperſæ, quā concilij vniuerſalis, ad determinandas veritates de fide tenendas: abundantiorem gratiam habere, quā vniuerſale concilium.

*In quarta diſputatione contenta.*

i. cap. Ponit poſitionem dicentium concilium eſſe ſupra Papam ſimpliciter & abſolute.

ij. cap. Recenſet oppoſitam opinionem & fundamēta.

iij. cap. Recenſet authores illarum opinionum.

iiij. cap. Dicit Papam excedere in poteſtate iuriſdictionis concilium: concilium vero excedere Papam in authoritate luminis.

v. cap. Docet glorioſum eſſe ſic de Romano pontifice ſentire, & ſupra concilium conſtituere, cum paſtor ſit, & eccleſiæ rector.

vi. cap. Adducit fundamenta alterius partis.

vij. cap. Reſpondet argumentis in concilio Baſilienſi factis pro parte contraria.

viij. ix. c. Reſpōdet aliorum fundamentis pro ea parte adductis.

xi. c. Cum illa opinione totum opus concludit.

*FINIS.*

# AXIOMATA CHRISTIANA EX Diuinis scripturis, & sanctis Patribus, cum Ecclesiasticis, tum etiam Scholasticis: Per Reuerendum patrem fratrem Gasparem, Ordinis eremitarum sancti Augustini, Doctorem Theologum, ac Regium Concionatorem indignum, Nuncnunc nouiter collecta, Opus hactenus desideratum aduersus Hæreticos, Antiquos, & Modernos, Incipit fœliciter.

## LIB. I. PROEM. CAP. I.

MVLTA, ac multiplicia esse in vniuersum principia, cunctis notum arbitror, qui rerum naturas indagarunt, earúmque scientias norũt, nempe Productiuum, Passiuũ, Prædicamẽtale, & Probatiuum. Quorum omnium singula, singulas diffinitiones, diuisiones, particularésque scientias habent. Quibus etiam ista vel illa disciplina, plus, minúsue vtitur iuxta sua subiecta, modos probãdi, finesq; intentos. Namq; naturalis, ea maximè quæ Physica dicitur ab Arist. Philosophorum omnium principe, olim per libros de physico auditu, de Cœlo & mundo, de Generatione & corruptione, de Meteoris, de Anima, de Memoria & Reminiscentia, aade Sensu & sensato diuisa, & quæuis alia sub hac contẽta, præcipuè de Actiuo & Passiuo principio tractant. Logica verò, & Metaphysica magis de Prædi-

* Quod principiorũ genera in vniuersum multa sũt: & quę sint.

* Singula principia singulas diffinitiones habẽt. Vna quæq; scientia suis principiis vtitur.

camentali, aut Cõtentiuo. Prioristica autem, Topica, & Posterioristica etsi ad Dialecticã pertineant, potius nihilominus de Probatiuo principio determinãt. Nec ista sic dixerim, quasi non quælibet harum disciplinarum, omniúmque aliarum, quas enumerare esset longissimum, istis omnibus principijs vtatur, ac vicissim ista illis, & illa istis: sed quia vt in plurimum, & principaliter iste inter illas seruatur ordo. Verùm etsi multa, ac multiplicia sint in vniuersum principia, nobis nunc de illo tractandum est, quod inter alia probatiuum dicitur. Rursus quia & hoc multiplex est, videlicet aut Topicũ, quod suadet, aut Posterioristicum, quod demonstrat, aut etiam Authoritatiuum, quod afficit voluntatem: non de quolibet probatiuo, sed de eo tantũ, quod per authoritatem procedit, determinare intendimus. Verũ quia authoritates multæ sunt, multúmq; inter sese distantes, diuina scilicet, angelica, & humana: ob quod & principia per authoritatẽ probãtia plura esse necessum est: illud solum inuestigandum accipimus, quod vim, robúrq; ex diuina authoritate habet. Quod enim per authoritatem humanam est, infirmum est, nec aliter, nisi cũ formidine probat, quapropter omnes simul tum Philosophi, tum Theologi, illud cum principio Topico paris iudicij esse dixerũt. Nec potest humana authoritas, nisi cũ formidine probare, Dauid dicẽte in excessu suo, Omnis homo mendax. Nec potest diuina, quæ nec fallere, nec falli potest, nisi cum omni certitudine & firmitate, seu res, seu enũciationes, quas probat, notas facere. Deus enim omniscius nõ decipitur: infinitè autem bonus, optimúsq; nõ decipit. Profecto, qui deum falli posse affirmasset,

* Principiũ probatiuum multiplex.

* De solo principio ex diuina authoritate probante præsens speculatio est.

* Infirmum est principiũ quod authoritate humana probat. Quod autem diuina, firmissimũ.

eius scientiam: & qui eum fallere dixissent, eius bonitatem penitus negarent. Certus est sensus naturali certitudine: certior tamen diuina scriptura, Petro teste: qui postquam de sensu differuerat, subdit. Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes &c. Non tamen ob aliud, nisi quia diuina authoritate sit ædita. Quod & ipsemet expressit, dicens: πᾶσα προφητεία γραφῆς. Hoc primum intelliges, quòd omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Diuina scriptura de homine dicit, Omnis homo mendax: de deo autem, Fidelis deus in verbis suis: iterum, Cœlum & terra transibũt, verba autem mea nõ transibunt. Sic ergo, quia (vt istis monstratur) diuina authoritas certissima ac firmissima est: & alibi modica fides, seu in fide hæsitatio sæpe reprehenditur: manifestũ est apud Christianos, quorum interest res religionis omnino credere, seu fidei, seu morum, pro illis probãdis Diuinam authoritatem fore principium. Augustinus ad hoc in de vtilitate credendi optimè dixit. Quod intelligimus, demus rationi: quod credimus, demus authoritati.

* Certiores sumus per scripturam quàm per sensum.

2. Pet. 1

Matth. cap. 5

Matth. 17. 6. 3. 14. & 16.

Cap. 21

## CAP. II.

DECVIT pro hoc statu peregrinationis humanæ, dum cognoscimus per fidem, & ambulamus per spem, per speculum, & in ænigmate cognitiones nostras formantes, tale principium regulatiuum esse: & mentium, ad credendum, amandum, sperandúmq; & operationum, ad rectè & bene viuendum, quod neque excluderet obscuritatẽ, neque admitteret formi-

2. Corinth. 5. 1. Corinth. 13

Quare oportuit quæ religionis Christianæ sunt: per authoritatem probari apud viatores homines.

dinem. Decuit, inquam, tum primo, vt ecclesia militans ex obscuritate, à beatorum statu deficiens, in quo est plena ac perfecta facialis cognitio, extra regnum se esse cognosceret: & ex firmitate absq; cunctatione sese super omnes alios modos viuendi mundi, sola humana authoritate inuētos ordinatósq; existimaret. Ex obscuritate clamaret, Cupio dissolui & esse cū Christo. Et iterum, scimus, quoniam cum apparuerit, tunc similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est: ex firmitate autem, Non est alia natio tam grādis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut deus noster adest nobis: iterum. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem iustus iudex. Scio, inquit, cui credidi: Non hominibus, nec dictis hominum: sed deo, & dictis dei: ideo certus sum. Tū secundo, quia sicut claritas, ita & formido in rebus fidei meritum excludunt, Christus minus credentibus dixit. Quid timidi estis, modicæ fidei? Iterū, Generatio incredula, quousq; patiar vos? & Iacobus ait, Qui indiget sapientia postulet à deo, postulet autem in fide nihil hæsitans: Gregorius autē Christi seruus, claritatem optantibus, inquit, Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Sic ergo tale apud homines viatores in statu merendi, & demerendi positos, oportuit esse principium probatiuū credibilium rerum, quale nec claritatem visionis faceret, nec formidinem humanis rebus, deficientibúsq; hominibus debitā includeret. Deinde quia altissimarum rerum à sensibus remotissimarū, nec intellectui nostro euidentium non potuit nisi per fidem certa cognitio haberi: ea maximè quæ omnium sensuum cui-

Philip. 1

1. Ioannis. 3

2. Timo. 1

Matth. 6. & 8. & 17.

Iacob. 1

* In quadam homelia.

* Principiū probatiuum rerū religionis non habet claritatē patriæ, sed tamen excludit omnem formidinē mundi.

dētias vinceret, & eorum falsa iudicia emendaret. At fides in vniuersum illa scilicet, quæ vel actus, vel ab actu credendi est, non nisi per authoritatem generatur diuinam. Nam, rogo, quomodo occultorum nobis credibilium (nisi crederemus) certam cognitionē, nisi per fidem habere possemus? Aut quomodo fides omnino certa, etiam super omnes sensus, nisi diuina authoritate haberi vnquam potuit? Nequaquam. Humana enim authoritas ex natura sua etsi vera sit, ac vera indicet, formidinem tamen habet annexam, nobis saltem qui legimus, Omnis homo mendax. Nec valet illa quantacunq; sit aduersus sensus prædicare humanos. Diuina autem optimè. Non nouit sensus, imò negat mysterium Trinitatis, incarnationē filij dei, Corpus Christi in sacramento, resurrectionem mortuorum, & similia: quæ omnia diuina authoritate freti totis viribus confitemur. Apostolus Paulus dixit nos hîc per fidem ambulare, quam diffiniuit: spectandarum rerum substantiam, argumentum non apparentium. Apostolus Iacobus docuit fidē apud deum, absq; hæsitatione requiri. Nos ergo si apostolici esse volumus, quæ Christianæ religionis sunt, per diuinam authoritatē, qua sola inuictissima fides generatur, firmare debemus. Nec ista dixerim quasi nihil probemus Christiani, nisi per authoritatem, quum & demonstramus multa ad religionem pertinentia, veluti vnitatem dei, & sempiternam eius virtutem, aliaque similia in lumine naturali nata: de quibus patres in Primo sent. & philosophi naturales, Socrates, Plato, & præ istis Arist. in quàm plurimis locis determinarunt: sed eo tantùm, quia etsi nos aliquando demonstremus, quandoq; etiā

* Fides emēdat iudicium sensus.

* Fides humana quantūcunq; vera semper habet formidinem annexam.

2. Corinth. 5 Hebr. 11. Iacob. 1.

Roma. 1 Dist. 3

7. & 8. Ph. 3. & 12. Metaphy.

persuadeamus, nunc demonstratiuè, nunc topicè procedendo: semper tamen ac præcipuè diuina authorita
Ephes. 4 te, & nos firmamur, & nostra firmamus. Sit ergo apud omnes Christianos, apud quos vna fides est, sicut vnus deus, & vnum baptisma diuina authoritas, principium probatiuum, quatenus ipsi, ea credenda, amanda, speranda, prosequenda, aut fugienda iudicent, quæ diuina authoritas ostendit credenda, amãda, speranda, prosequenda, vel fugienda fore. Quod hactenus omnes catholici tractatores incunctanter docuerunt. Augustinus in de vtilitate credendi ad idem optimè dixit, Quod intelligimus, demus rationi: quod credimus, demus authoritati.
Cap. 21.

## CAP. III.

HAEC omnia vera sunt, ac nota magis, quàm quæ probatione indigeant vlla. Verùm quia authoritas diuina vt sic significata, iuxta sapientissimorum patrum communissimum loquendi vsum, & rerum istarum diuersimodè acceptarum naturas & conditiones in abstracto signatas, & vt sic, non quasi, velut quod probat, sed tantũ velut, quo probãs probat, indicatur. Supereſt determinãdum, an vnũ, vel plura sint apud nos, in quibus diuina reperitur authoritas, vt vel sic sciatur. An vnum, vel plura apud fideles Christi sint principia, infallibiliter pro rebus religionis fidei scilicet, vel morum probantia. Certum est enim tot ea fore, quod fuerint res, in quibus diuina authoritas sit. Nõ est noua distinctio hæc principiorum, quo, & quod, quasi formalis, & quasi materialis: sed antiqua, quã & sensus communis omnium ostendit continuò. Etenim in vniuersum, principium, quo, calefactionis vnum, &

* Distinguitur principium probatiuum in principium quod / & principiũ quo / iuxta cõmunissimam distinctionem principii / ab omnibus sapientibus traditã.

eiusdem rationis est in omnibus: principiũ autẽ quod eiusdem, multiplex & varium, prout contingit multa & varia calorem habere, ferrum, lignum, aut ignem. Nec est ignotum similiter, omnia illa calefacere, velut principium quod, quæ calorem continent, quo calefactio est. Namq; natura vniuersaliter docuit, vnum quodq; iuxta formam actiuam quam habet operari. Sic ad propositũ: Quum authoritas diuina velut forma significetur, & velut, quæ possit vna, & eadem in multis reperiri, à varijsq; rebus participari, videre necessum est, an vnum, aut multa sint, quæ diuinam authoritatem habent. Hoc enim cognito, notum similiter erit, an vnum, an plura apud Christianos res religionis probent. Impossibile est enim quicquam calorem habere, & per illum non calefacere, impossibilius autem aliquid diuinam authoritatem participare, & infallibiliter non probare. Credimus sacræ scripturæ incunctantissimè, tanquam ei, qui nullo modo falsum continere potest: non quia atramento in membranis contenta, nec quia veritatem cõtineat, nec quia à bonis viris sit scripta: hæc enim omnia multæ aliæ scripturæ habent, sed tantùm quia diuina authoritate sit munita, cui prorijssimum est incunctãtissimè credi: sic autem eadẽ ratione vbicunq; reperta fuerit, eodem modo eandem vim, & robur habebit. Ac per idẽ tot erunt principia infallibiliter probãtia, quot fuerint diuinam authoritatem habẽtia. Vtilissimum est insuper de hac re ad longum tractare, vt vel sic hæreticorum omnium canina ora obstruantur, qui Christianã religionem lacerantes, diabolico ausi sunt spiritu ea negare, aut affirmare pro libito, quæ aut nolunt, aut vo-

* Quodlibet operatur secundũ quod est in actu etiam si actuetur per accidens / dũ modo sit actiuũ.

* Quicquid diuinam authoritatem participat, infallibiliter probat.

* Multa de hoc infra. art. 6 ca. 10 & art. 2. permulta.

lunt: Quod placet principium admittentes, & quod non placet reijcientes, quasi suum esset in Christiana religione, probatiua principia, aut statuere, aut determinare. O malitia, o superbia, & intolerabilis hæreticorum dementia. Rogo vbi essent Christi erga nos amor, clementia, ineffabilisq; prouidentia, si in Ecclesia, quam sibi in sponsam sine macula & ruga acceperat, acquisitam sanguine suo, & mundatam lauachro aquæ, sine principijs, quibus sua probasset, & sese à cõtrarijs defendisset, in cœlum receptus reliquisset? Absit: Alias enim, hoc est, nisi ad hæc, principia essent notissima à domino posita ac ostensa, nullatenus possent ij, quibus sincera fides & mens sana esset, & hæreses & schismata vnquam vitare. Quæ tamen fugere stricte in nouo testamento præcipimur, quibus dicitur. Attẽdite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouiũ, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. Iterũ: Obsecro autem vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autẽ perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Iterum. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus: idipsum inuicem sentientes. Iterum: Si qua ergo cõsolatio in Christo, si quod solatium charitatis, siqua societas spiritus, siqua viscera miserationis, implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eandẽ charitatem habentes, vnanimes idipsum sentientes, nihil per contentionẽ, neq; per inanem gloriam &c. Iterum: Veruntamẽ ad quod peruenimus, vt idem sapiamus, in eadẽ permaneamus regula. Quæso, quomodo possumus eadem sapere, & in eadem permanere regula, nisi principia determinata sint, a quibus pri-

* Christus reliquit in Ecclesia principia certa omnino & determinata: quibus ipsa sese aduersus oẽs inimicos fidei tueretur.

Math. 7.

1. Corinth. 1.

Rom. 12.

Philip. 2

Philip. 3.

* Nisi in ecclesia determinata essent principia:

mo,& ad quæ vltimo ſtare oporteat? Nequaquã. Apoſtolus nouit, principia veritatis Chriſtianæ determinata eſſe, qui omnes nos quatenus eadem ſaperemus, ad regulam aduocauit. Quia ergo nulli hominũ licet noua principia in Chriſtiana religione determinare, imò quia decet omnes nos iã determinata à deo quærere, placuit inueſtigare, an vnũ, vel plura, quæ, & quot ſint apud Chriſtianos probatiua principia, ad quæ ſtare neceſſe ſit. Hoc eſt, an diuina authoritas, qua omnis probatio in religione Chriſtiana fit, ſolùm modò in vno, an in pluribus reperiatur. Hoc eſt, an in ſola ſcriptura, an etiam in quibuſdam alijs.

neq; quam omnes fideles lõgo tempore idẽ ſentirẽt. Namq; certo dicitur vnuſquiſque in proprio ſenſu abundat/& tot ſenſus quot capita.

## CAP. IIII.

AD hanc tam ſeriam quæſtionem támq; vtilem, tantæ rei inueſtigationem non defuit ille humani generis antiquus hoſtis, omnium inuidiſſimus. Qui & nunc miſeros homines à ſtatu gratiæ deijceret, veluti olim ab innocentia ſua aſtuta malicia deiecerat. Hoc enim inſtigante, factum eſt, vt quidam ſeducti, diuinam authoritatem arbitrarẽtur, in ſola diuina ſcriptura eſſe: ac ſic, eam ſolam probatiuum principium fore in Chriſtiana religione, firmare auſi fuerint, ſcripturam ſacram tãtum, iudicẽ admittentes in omnibus ad religionem pertinentibus, ſeu fidei ſeu morum: neminem prorſus præter illam audire volentes. Hanc perniciоſiſſimam hæreſim, imò hæreſum omnium congeriem, ſequuti ſunt continuò quotquot fuere hæretici à condita, receptáq; lege euangelica, vſq; ad noſtra hæc tẽpora, Arrius etiã, Macedonius, Neſtorius, Eutices, Eluidius, Manes, Iouinianus, Donatus, Pelagius, alijq; innumeri. Moderni etiam, Vuicletus, & Huſſ. ac

* Hæretici quot quot ab antiquiſſimis temporib⁹ fuerunt: omnes ſolam ſcripturã iudicẽ petierũt. Optimè id aduerſus illos notauit Hilarius ad Conſtantium.

nouissimus Lutherus, horum imitator, defensorq;. Iisnamq; omnes & singuli suas hæreses statuentes, & pro eis diuinas scripturas perperam intellectas adducētes, nihil nisi scripturā in probationē accipiunt. Scripturam autem, miseri præterquam in eo sensu, quem pro libito fingere ipsi student, non audiunt. Vnde sic mordicus sua peruersa dogmata defendunt, diuinas scripturas, & quas cōtra se, & quas pro se facere existimant, deprauantes, vt sit iam facilius aut saxa moliri, aut duritiem ferri in mollitiem plūbi verti: turrim etiā à proprio suo loco diuelli, quàm eos à suis erroribus reuocari. Nam qui solam scripturam iudicem petit, quā ipse, vt vult omnino exponit, neminem, præter se vnum, in expositione illius audiens, haud dubium, difficilimè, ne dicam impossibile, à falsa sua sententia emendari valet. Studuit præ cæteris hanc nocentissimam hæresim persuadere simplicibus impiissimus Lutherus: hinc inde quas potuit sophisticas rationes in suorum articulorū procœmio adducens. Placuit sua argumenta saltem principalia huc afferre: vt ex errore manifesto, quem ipsa præ se ferunt, éxq; catholicis nostris responsionibus appositis illucescat magis, quā tum malitiosè magis quā doctè solo spiritu superbiæ ductus, & positionem sustinuit, & argumentationes ad eandem formauit.

*Luthe.*

Prima argumentatio ex illo dicto sumitur, quo dicitur. Non sunt scripturæ sacræ proprio spiritu interpretandæ, infert enim ex hoc. Neminem audiendum fore in expositione scripturæ sanctæ, nisi ipsammet. Alias, inquit, si per verba aut dicta hominum inter-

pretatur, & non per seipsam, iam spiritu hominis interpretatur, & non spiritu suo, quo scripta fuit. Qui nusquam præsentius & viuacius quàm in ipsis sacris suis, quas scripsit, literis, inueniri potest.

## Catho. CAP. V.

PRIMA responsio. Dicimus quidē, & optimè dicimus. Non sunt scripturæ sacræ proprio spiritu interpretandæ, hoc est. Nō spiritu hominis legētis, sed spiritu Dei per scripturas loquentis. Petrus Apostolorum omnium princeps & caput hoc innuit, dicēs. Hoc primum intelligentes q; omnis prophetia scripturarum propria interpretatione non fit. Non enim volūtate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti Dei homines. 2. Pet. 1.

Paulus ad idem quasi subsumens. Quæ Dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus Dei: ista autem simul sumpta hanc nostram veritatem, imò Apostolicam, & diuinam probant. 1. Corinth. 2.

Augustinus ad idem lib. 12. confessionum ait. Omnes quidem qui legimus (diuinas scripturas scilicet, de quibus sermo erat) nitimur hoc indagare, atq; comprehendere, quod voluit ille, quem legimus. Idem pro eodem in de doctrina Christiana, inquit, Quando autem ex eisdem scripturæ verbis, non vnum aliquid, sed duo vel plura sentiuntur, etiam si lateat, quid senserit ille, qui scripserit, nihil periculi est, si quodlibet eorum congruere veritati ex alijs locis sanctarum scripturarum doceri potest. Sequitur ad propositum, id tamen eo conante, qui diuina scrutatur eloquia, vt ad voluntatē perueniatur authoris, per quem scripturam illam sanctus operatus est spiritus. Martyr Christi gloriosus, Clemens ille, Petri Tom. 1. cap. 18. Lib. 3. cap. 27. lib. 10. recogn.

discipulus, & in Apostolica cathedra optimus successor ad idem dicit. Hoc quippe diligenter obseruandũ fore, vt lex Dei cum legitur, non secũdum propriam ingenij cuiusq; intelligẽtiam accipiatur, vel doceatur. Naturalis ratio etiam ad idem est. Non enim sufficit infimus spiritus hominis attingere quæ dictauit altissimus spiritus Dei, nisi infimus ab altissimo iuuetur, illuminetur, doceatúrq; Dauid dixit. In lumine tuo videbimus lumen: non vtiq; in lumine humano: Salomõ etiam. Da mihi domine sedium tuarum assistricẽ sapientiam, vt mecum sit, & mecum laboret. Cæterùm quanto magis hæc vera sunt, tanto absq; dubio magis nos decet pro diuinis scripturis intelligendis sanctos patres viros optimè doctos consulere, patres Ecclesiarum, pastorésq; ac rectores animarũ: scriptura Diuina, tum dictis, tum exemplis hoc docuit faciendũ: dicit enim in persona Dei. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & trementem sermones meos? Iterũ dicit. Disciplina pacis effugiet fictũ. At si dei spiritus, quo scriptura interpretanda est, fictum fugit, & super humilem requiescit sanctificans & docens, optimè patres adimus, quos nouimus humiles, & mundos corde, sanctos, & doctos: hos enim Dei spiritum, quem habebant, illuminasse nõ dubitamus. Nec enim ille in illis ociosus erat, nec illi aliter, quàm ab illo acceperunt, nobis suis posteris tradiderũt. Multa alia pro sexto articulo reseruantur, in quo de conformis sententiæ patrum authoritate erit sermo. Sic ergo, quia diuina scriptura non proprio spiritu hominis legentis, sed Dei per eam loquentis interpretanda est, cõmentaria patrum legimus, quatenus sic in

* Et nisi sic esset nequa quã Dauid diceret. Da mihi intellectum: vt discam mandata tua. Quis enim sic petit/quod ex suo/aut in suo habet? Et quid? Manifestum est veram intelligentiam scripturarum esse dei donum: tum ex Paulo. 1. Corinth. 12 tũ ex multis aliis.

* Ibi enim per totum ostẽditur satis/sanctos patres audiendos/credẽdosq; fore.

ipsis sanctissimis, doctissimisq; facilius dei spiritū inueniamus, quo verè suas scripturas intelligamus. Rogo, quis sapiens quicquam alicubi fidentius, quàm vbi scit illud esse, quærit? Nemo vtiq; sic scriptura dicēte, Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & trementem sermones meos? fidentius illū in patribus, quàm in nobis quærimus. Illos enim sanctos nouimus, de nobis autem nescimus, vtrū odio, vel amore digni simus. Augustinū sequimur, qui quotiēs potuit, patrū cōmentaria legit: bonos etiam, & doctos viros, signanter Hieronymū pro scriptura intelligenda consuluit. Cōsulimus ergo patres, non quatenus homines, sed quatenus sanctos à deo illuminatos, & multis miraculis approbatos: hoc autem, nō est homines, sed Deū cōsulere in hominibus illis loquentē.

## CAP. VI.

Addis. Dei spiritum nusquam præsentius & viuacius, quàm in ipsis sacris suis, quas scripsit, literis inueniri posse. Respondemus, Præsentius nusquam, viuacius autem alicubi Dei spiritus reperitur, quàm in sacris literis. Non præsentius: quia vbiq; est, & in omnibus, quæ sunt, æqualiter præsens. Æqualiter enim omnibus adest, etiam cognoscens, & actu prospiciens omnia, distinctissimè intuitiuéq;, immensus, omnia occupans: & sapientissimus, omnia videns. Magister sententiarum, ac tota Schola simul optimè dicunt: Deus vbique est per essentiam, præsentiam, & potentiam. Nos etiam iuxta naturas rerum optimè dicimus: Non præsentius in vno loco, quàm in alio: licet non semel modo quodam sit in vno, quo non est in alio. Pertinet enim hoc ad alios modos essendi eius, non ad esse

* Spiritus sanctus nusquā præsentius est, quam in suis scripturis: alicubi tamen est viuacius.

* Deus per prophetam dicit. Cœlum & terrā ego impleo.

per præsentiam. Est in anima iusti, non in anima criminosi hominis per gratiam, sed in omnibus æqualiter per præsentiam. Viuacius autem Dei spiritus alicubi, quàm in suis scripturis est: scilicet in suis, quæ noue legis instituit, sacramentis. In quibus secrete vitam & salutem animarum modo quodam efficaciori, nobilioriq; operatur. Saluator dixit. Accipite spiritũ sanctũ, quorũ remiseritis peccata, remittũtur eis: ecce presentiã spiritus sancti in sacramẽto pœnitẽtiæ. Nũc rogo. Quomodo non viuacius est, vbi magis vitam operatur? Absit. Est quidẽ spiritus sanctus vbique æque viuaciter quoad se, quia vbiq; æqualiter viuit in se. Verum in diuinis sacramentis viuacius à nobis cognoscitur, reperiturq;. Patres in .+. Sent. optime dicunt. Sacramentum est, in quo sub tegumento rerum sensibilium diuina virtus secrete operatur salutem. Magister Sent. etiam optime posuit. Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma, vt eius imaginem gerat, & causa existat. Sed quid? Demus hæc omnia vera esse: concedamusq; Dei spiritum nusquam præsentius & viuacius, quàm in suis scripturis fore. Quid ad propositum? Nihil profecto. Disputamus enim o Luthere, non de præsentialitate, nec de viuacitate spiritus, sed tantum de claritate eius. Si ergo monstrare volebas, diuinas scripturas non per commentaria patrum, sed per se solas interpretandas esse: non spiritum dei nusquam, quàm in suis scripturis viuacius aut præsentius: sed eum nullibi quàm in ipsis clarius reperiri, assumere debebas. Hoc enim solum est, quod ad propositum facit. Quia non quærimus in commentarijs patrum præsentialitatem, aut viuacitatem, sed

* Spiritus viuax eius/est in sacramentis nouæ legis quam in scripturis/ ob id qđ sacramẽta ista ex opere operato gratiam præstant sumenti/ qđ scriptura non facit legenti. Dist. 1.

* Non est hic disputatio de præsentialitate/ aut viuacitate spiritus/sed claritate sermonum eius.

claritatem ſpiritus. Hanc enim, ſi ſpiritus nullibi maiorem habet quoad nos, fruſtra ſcripta hominum legimus. Verum quia ipſe in ſuis ſcripturis ſæpe obſcure loquitur, optime in ſcripturis patrum veram & propriam eius intelligentiam quærimus. Non eſt abſonum ſic dicere, quia ſic diuus Petrus docuit. Dixit enim. Frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis, ſicut & in omnibus epiſtolis, loquens in eis de his, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant. Vides Petrum aſſeruiſſe, Dei ſpiritum in epiſtolis Pauli nonnulla ſubobſcure fuiſſe locutum, ac ob id, & ſi nuſquam præſentius, nec viuacius quàm in illis, alibi tamen clarius reperiri. Quid manifeſtius? Clamamus omnes. Non viuacitatem, nec præſentialitatem, ſed claritatem ſpiritus quoad nos in diuinis ſcripturis quærimus: ideo ſanctorum patrum commentaria legimus: vt vel ſic per illos illa miremur, qualiter diſcipuli in Emaus euntes per Chriſtum, & Eunuchus per Philippum, Paulus etiam primo per Ananiam illuminati ſunt: licet ipſe Apoſtolus non ab homine, nec per hominem, ſed à deo poſtea Euangelium acceperit.

* Spiritꝰ in ſuis ſcripturis ſæpe obſcure loquitur Petro teſte.

2. Pet. 3.

Luc. 24. Act. 8. Act. 9. Galat. 1.

*Luthe.*

Secunda argumentatio ex eo eſt, quòd periculum ſit, Diuinas ſcripturas proprio ſpiritu interpretari, quaſi ob id illis ſolis fuerit inſudandum, vt vſus ſtudij aſſidui nobis certam ſcripturarum cognitionem præſtaret. Dicit enim, Danda ergo fuit opera, non vt ſepoſitis ſacris literis ſolũ humanis patrũ ſcriptis

intenderemus, imo e contra. Primum sepositis omniũ hominum scriptis, tãto magis & pertinacius insudandũ erat solis sacris, quo præsentius periculũ est, ne quis proprio spiritu eas intelligat: Vt vsus assidui studij victo periculo eiusmodi tandem certũ nobis faceret spiritum scripturæ: qui nisi in scriptura prorsus non inuenitur. Hic enim posuit latibulum suum: & in cœlis, id est Apostolis, tabernaculum suum. Et Psal. 1. Vir beatus in hoc laudatur, quòd die ac nocte, non in alijs libris, sed in lege domini meditatur.

Catho, CAP. VII.

Secunda responsio: Periculum quidem non paruũ est, in diuinarum scripturarum interpretatione errare, proprio spiritu eas interpretãdo. Fiet enim, vt semper addiscat homo, nũquam autem ad veritatem perueniat. Apostolus hoc docuit, qui dixit: Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita & quæ dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis: quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur: Sicut scriptum est: Quis enim cognouit sensum domini, aut quis instruxit eũ? Dauid etiam, nisi ita esset, non clamasset: Da mihi intellectum, vt discam mandata tua. Iterum: Da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua. Verum non pro-

1. Ad corinth. 2.

* Error etiã quo in scripturis errãtur grauissimus est: quiã cum ipsa sit principiũ & regula deficere in illa est errare in regula. Hoc autẽ quid perius?

pterea à patrum commentarijs est abstinendum, imo quantum periculum illud maius est certiusque, tanto plus patribus adhærēdum fuit. Hoc saluator docuit, illis in Apostolis dicens, Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Paulus etiam qui summopere præcipiebat, mādata seniorū custodiri. Insuper & naturalis ratio ad idem vrget: aut enim per vsum assidui studij, quasi naturali via, aut per illuminationem superiorem, auxiliūq; speciale Dei, quasi particulari dono, aut his duobus simul vera scripturarum intelligentia comparatur. Non primum: sed secundum aut tertium: quia scriptura clamat, In maleuolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Apostolus etiam docet, Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu. Vides Apostolum tum sapientiam, tum scientiam in spiritum referre, tanquam in eum cuius sunt dona in quocunq; sint. At rogo, quæ maior scientia est, fuit vnquam, vel erit aliquando, quàm diuinarum scripturarum vera cognitio? Nulla penitus. Nec minus Paulus scientiam in spiritum refert, quā fidem, gratiam sanitatum, operationem virtutum, prophetiam, discretionem spirituum, genera linguarum, interpretationemq; sermonum. Lege textum, vide oculatem, si non sic se habeant ista. Habent enim: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autē sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in vno spiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij discretio spirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio ser-

Luc. 10

Act. 15

sap. 1

1 Cor. 12

* Nequaquā vera scripturarū intelligētia per assiduum studiū / quasi per viā naturalem acquiritur / sed per dei donum.

monum. Sequitur, Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult. Clamo hic: Si hæc omnia operatur ſpiritus prout vult, vt Paulus teſtatur: iam nullum horum homo vſu ſtudij ſui, quaſi naturali via acquirere valet. Qui enim omnia in ſpiritum Dei retulit, nihil illorum omnium ſpiritui hominis reliquit, quod poſſet ipſe ſuo marte cõparare. Nullus vnquam dixit, ſed nec dicere potuit, hominem per ſe, ſuaque, quaſi naturali via, alia illorum omnium, quæ Paulus numerat, gratiam ſanitatum, operationem virtutum, prophetiam, diſcretionem ſpirituum &c. ſuis ſtudijs, aut arte obtinere: quia Paulus dixerat illa ſpiritum operari: ſimiliter ergo, nec illud de ſapientia, aut ſcientia dicendum eſt, quum Paulus ipſe hæc, ſicut illa omnia æqualiter in ſpiritum referat. Nunc, rogo, ſi non ex naturali ſtudio, etiam aſſiduiſſimo, ſed ex Dei dono ſcientiæ, maxime ſcripturarum habetur, vt Paulus docet. Quis non videt propter fugiendum periculum errandi in illis, ad patres confugiendum, quos iuſte credimus illud Dei donum habuiſſe, paſtores, ac doctores animarum: miraculis quàm plurimis à deo illuſtratos, approbatoſque? Aut, quæſo, dic nobis Luthere, Si vſu humani ſtudij etiam aſſiduiſſimi vera ſcientia ſcripturarum adipiſcitur, vt ais. Qui ſunt illi quos Paulus notat, dicens. Semper addiſcentes, nunquam autem ad veritatem peruenientes? An ſemper addiſcere, non eſt aſſiduum ſtudium habere? Abſit. Quomodo ergo ſemper addiſcentes ad veritatem non perueniunt, niſi quia non vſu ſtudij,

* Quum Paulus omnia illa deiſpiritui referuauit / nihil illorũ ſpiritui hominis reliquit.

* Iuſte ad patres currimus proſcripturarũ intelligẽtia / quos habuiſſe credimus dei donum quo ſcriptura intelligitur.

* Paulus dũ dixit quoſdã eſſe addiſcentes / & nũquã

vt tu falsè asseris, sed Dei dono, vt Paulus docet, diuina scriptura intelligitur? Aut vbi est illud Pauli. Si Euangelium est opertum, ijs qui pereunt est opertum. Quomodo non prodest illis vsus studij sui, nisi quia non illo, sed Dei dono Euangelium intelligitur? Studuerunt quidem, Arrius, Sabellius, Manes, Appelles, Nestorius, Pelagius, Donatus, multique alij de scientia scripturarum garrientes, seque super omnes alios iactantes: studuerunt, sed nec suo studio intellexerunt, ideo perierunt. Quare hoc? quia Dei donum, quo scriptura intelligenda est, non habuerunt superbi. Aut rogo, Quid voluit Paulus in illo verbo, Si Euangelium est opertum, ijs qui pereunt est opertum? An non voluit quòd tantum ijs qui pereunt, Euangelium est opertum? Ita. Ergo ex ista regula, sanctis patribus non fuit opertum: ergo illud intellexerunt. Vtique. Quomodo igitur qui ignoramus, an odio, vel amore digni simus, non ad illos patres confugiemus? Absit. Confugiemus quidem, interrogabimusque. An forte dices. Patres aliter intellexisse, aliter autem per sua commentaria nobis suis posteris tradidisse. O nefanda blasphemia in Deum, & sanctos eius.

ad veritatem peruenientes, indicauit non haberi scripturarum scientiã per assiduũ studium quasi naturaliter.

*Exempla sunt, qui ceciderunt.

*Patres sicut dei dono scripturam intellexerũt: ita suis scriptis eam nobis exposuerunt.

## CAP. VIII.

Optime dicimus: siue diuinarũ scripturarũ vera cognitio ex dei optimi dono, vt Paulus vere docet: siue ex vsu

* Quacunq; via scriptura intelligatur / aut scilicet studio naturali / aut dono supernaturali sẽ per patres sunt consulẽdi: quia vtrunq; habuerunt.

studij assidui, vt tu falsè contra Paulum asseris, habeatur, manet semper alta mẽte repostum, fore nobis patres consulendos, imitandosq;, in eam maximè quam conformem sententiam protulerint. Ij enim & dei donum, vt statim monstrauimus, & assiduissimum studium habuerunt. Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Hieronymus, Athanasius, Cirillus, Hilarius, Cyprianus, Basilius, Chrysostomus, Irenæus: alijque innumeri. Rogo: Quid ad veram intelligentiam scripturarum necessarium, aut ij diuinitus non acceperunt, patres, pastores, rectoresq; Ecclesiarum, loco Dei positi, sancti, recti, humiles, & mundi corde, quos docuit vnctio, secundum spiritum ambulantes? aut humanitus non acquisierunt, ingenio pollentes, in studio æterni, in collatione scripturarum versatissimi, in quæstionibus mouendis, determinandisq; subtilissimi, sapientissimi, & verissimi? Nihil prorsus. Rogo, si omnes ij patres, aut eorum maior pars nobiscum nunc viuerent, & ad concilium aliquod vniuersale conuenirent, nonne quod ipsi conformiter diffinirent approbandum, aut reprobandum, optimo iure approbaret, aut reprobaret totus orbis? Vtiq;, vera dico, quod ipsi præsentes dicerent verbis: illud idem absq; dubio absentes dicunt scripturis. Quia si dixeris eos aliter sibi sensisse, & aliter nobis suis posteris per scripta tradidisse: Dico sicut ante. O inaudita blasphemia in Deum, & sanctos eius. Cæterum nec scripturæ, quas adducis pro te faciunt quicquam. Probant enim quòd primo & principaliter, sed non probant quòd solum diuinis scripturis studendum sit. Tum quia nonnulla ipsæ continent intellectu difficilia,

vt notat diuus Petrus: tum quia multa ab Apostolis ad nos nõ scripto, sed verbo tenus venerũt, vt posuit Paulus, & expressit Dionisius eius discipulus: tum quia nullatenus à lege recedit, qui vt melius legis mentem capiat, commentaria patrum legit: nec enim à lege distrahunt, quæ circa legem versantur. Sensus cõmunis omnium testis est: illum appello iudicem.

2. Pet. 1. 2. Thes. 2. & 1 Corinth. 1.

*Luthe.*

Tertia argumentatio ex eo sumitur, q̃ consortium sermonis Dei glorificationẽ facit hominis parit: ob quod arguit tantundem facere circa intellectum diuinarum scripturarum assidua meditatio, lectioq;, dicẽs. Hinc enim (id est ex assiduo scripturæ studio) hausto spiritu, iudicium suum quisq; formabit: non modò super omnia gentium, sed & sanctorum patrum scripta. Scriptum est enim, q̃ Mosi facies glorificata fuit è consortio sermonis domini: non vtiq; è consortio sermonis hominum etiã sanctissimorũ, qui tum erant.

Catho. CAP. IX.

Tertia responsio. Multos nouimus ex assiduo scripturarũ studio, quasi glorificatos facie, lumen, quo eas intelligerent, accepisse: velut Bernardus, qui sese inter fagos didicisse fatetur ingenuè. Quales autem ij fuerint, ipsa rei experientia docet. Humiles scilicet, & trementes sermones domini: super quos tantùm requiescit spiritus Dei. Mundi corde: Deum in scripturis videntes altius, quem sunt in patria visuri clarius. Deus ex scriptura sua clamat. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & trementem sermones meos? quo verbo solos hos tales docet in scripturis profecturos. Quod & alibi expressit. Disciplina pacis ef-

* Quales fuerint qui solas scripturas meditando, earum intelligentiã habuerunt.

Esaiæ. 66.

fugiet fictum. Iterū: In maleuolā animam nō intrabit
* Sapiē. 1. Spiritus sanctus disciplii. effu. &c. Sap. 1.
sapiētia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Vera sunt hæc omnia: sed ista ratio nostra inuictissima est demonstratio: qui non ob aliud patrum commentaria legimus, nisi quia illos ex assiduo scripturarum stu
* Ista ratio Lutheri quę est iuus Achilles, pro nobis pugnat / qui patres eo sequimur: quo illos optime glorificatos nouimus.
dio, quasi ex consortio sermonis Dei glorificatos nouimus: sanctos, doctos, mundos corde: trementes sermones domini: multisq; in morte, & vita miraculis, à deo optimo maximóq; illustratos. Cæterùm factum Mosi, ad hanc nostram sententiam est: quòd glorificata fuit eius facies ex consortio sermonis Dei: sed rogo, qualis erat Moses? Humilis quidē, qui nihil minus egit, quàm quòd de se magna præsumeret. Domino enim
Exod. 4
sese ad Pharaonem mittēti, respōdit. Quis sum ego? vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de AEgipto? Iterum. Obsecro domine, non sum eloquēs ab heri & nudiustertius. Iterū. Obsecro domine, mitte quem missurus es. Pauper etiam spiritu, qui diuitias
Hebræ. 11.
omnes AEgipti nec pili fecit, eligens potius in populo Dei numerari, quàm multarum gentium principem fieri. Quem tandem seruum domini esse diuina scriptura passim clamat. Da tu o Luthere, nobis tales viros: nos illos ex assiduo scripturarum studio, quasi ex consortio sermonis Dei, tibi glorificatos dabimus. Loquebatur olim Deus, Moses famulus eius glorificabatur: populus autem exasperabatur, dicens. Non
Exod. 14. Exod. 20
loquatur nobis Deus, ne fortè moriamur. Quanta differentia. Saluator noster venit saluare quod perierat: loquebatur docebatq; multa verus Deus, & verus homo. Quidam audientes verbum scandalizati sunt, &
Ioannis. 6.
retrò abierunt. Petrus verò dicebat. Domine ad quē

ibimus? Verba enim vitæ æternæ habes. Rogo, Quæ diuersitas hæc? Clamamus omnes: Quemadmodum Christum in persona loquentem, non nisi boni cognouerunt permanenter, sic eum in scriptura docentem, non nisi boni reperiunt. Quid clarius? Porro factum Mosi quàm sit particulare, quid ad propositum? quia priuilegia paucorum non sunt tradēda in ius cōmune.

* Alii quoq; nō quàm sic loquutus est homo.

*Luthe.*

Quarta argumētatio ex cōparatione ad antiqua tēpora procedit. Arguit enim q̄ liceat hodie aut solum, aut primū sacris literis studere: quēadmodū in primitiua Ecclesia ante Augustinū, & Thomā, dicens. Præterea quū credamus Ecclesiā sanctā Catholicā habere eundē spiritum Dei, quē in sui principio semel accepit: Cur non liceat hodie, aut solū, aut primū sacris literis studere, sicut licuit primitiuæ Ecclesiæ? neque enim illi Augustinum, aut Thomam legerunt.

Catho. CAP. X.

Quarta responsio. Malè arguis Luthere: Multa enim licent quibusdā, quæ non licent alijs, rebus & temporibus mutatis. Bonus medicus ægrotis à se sanandis aliter & aliter sub vna vel alia ægritudinis dispositione medetur. Prouidus pater eidē filio non eodē modo prouidet, indulget, fauet, aut imputat delicta, in pueritia, adolescētia, & iuuētute. Deus optimus maximusq; nō secus suū populū fidelem, Ecclesiam dico ab Abel vsq; ad nos per varia tempora deductam moderauit. Prius enim Synagogam sub veteri testamento, quibusdam sacramentis, præceptisq; grauissimis pressit: quibus omnibus abolitis, Ecclesiam Euangelicam alijs melioribus, leuioribus, suauioribúsque

* Non sunt eadē omnibus tēporibus / & personis congruentia semper.

regendã ſtatuit, in perpetuum duraturã: cui nunc mul
Ad galat. 4 ta nequaquam licent, quæ olim patribus abſq; dubio licebant. Apoſtolus ad idem ait, Dico autẽ vobis, quã-to tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, quum ſit dominus omnium: ſed ſub tutoribus & acto-ribus eſt, vſq; ad præfinitũ tempus à patre. Ita & nos quum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo tẽporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erãt redimeret, vt adoptionem filiorũ reciperemus. Infra ad idem. Nunc autem quũ cogno-ueritis Deum, imò cogniti ſitis à deo, quomodo cõuer timini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo ſeruire vultis? Dies obſeruatis, & menſes, & tẽ-
Ad gal. 5 pora, & annos. Timeo vos, ne fortè ſine cauſa laboraue rim in vobis. Idẽ pro eodem. State, & nolite iterum iu-go ſeruitutis cõtineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quo niam ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil prode-rit. Cæterùm age Luthere, particularius videamus quàm malè hîc arguas per ſimilitudinem à patribus il lius temporis ad nos deducendo, quatenus ſi illis licuit, ſolis literis ſacris ſtudere, hoc idẽ & nobis liceat. Non eſt ſimilitudo, ſed diſſimilitudo maxima inter nos & illos, tum ex parte perſonarũ, tum ex parte temporũ.
* Differẽtia perſonarum & locorum inualidat argumentum. Perſonæ namq; illorũ, quales erant? Pauperes ſpiritu, mundi corde, Deũ ſuper omnia diligentes, proximũ ſuper omnia ſua tẽporalia commoda amãtes, tantùm quæ Chriſti ſunt quærentes. Nos autem, proh dolor, quales ſumus? Quẽ non pudet noſtra referre delicta? Quid ergo? Vtiq; illis tantis Dei ſpiritum habentibus multa licuerunt mũdis & rectis corde: nobis nunc im-

mūdis illicita. Tēpora etiā illa nō parū patribus suffragātur, quæ quū essēt prima proficiētis ecclesiæ, deerāt alij, quos imitarētur patres. Tūc rogo, Quid facerent illi primi, quibus nō cōmentaria hominū, sed sola scripta dei extabāt legēda? An forte ideo omittēda, quia sola? Absit. Quid ergo? Absq; dubio necessitas legendi excusabat periculum errādi: quum non nisi soli scripturarum profūdum vllatenus possēt aggredi. Nos vero, qui in labores eorū ītroimus, quibus ipsi optimi duces sunt, excusari tali aliqua necessitate non valemus.

## Cap. XI.

Tu ergo, qui omnia voluis, & bonos malis, & tempora temporibus misces. Audi quid dicamus, & quære quid respondeas. Olim in lege prohibitum erat, sacrificium fieri extra atrium tabernaculi. Hoc non obstante, Dauid sacrificium obtulit in area *areuna Iebusei. Helias etiam populum induxit, vt sacrificium fieret in mōte carmelo. Gedeō quoq; ędificauit altare sub quercu, & obtulit sacrificium. Quæ omnia nequaquā mala iudicātur, eo tantū, quia viri illi aut populo noti erāt aut post à populo cogniti sunt boni & iusti. Dauid etiā quū esurisset ipse, & qui cum illo erant, intrauit ī domū dei, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit his, qui cum ipso erant: quos non licet manducare, nisi tantū sacerdotibus: qui nullatenus peccauit, comedens necessitate cōpulsus. Vides hic omnes hos, aut sanctitate personarum, aut necessitate temporum á periculo peccādi, imo a peccato excusari. Quid ergo? Vtiq; non licet omnes personas omnibus personis, & tempora temporibus æquare, vt tu facis: quin magis clamādum est. Iusto non est lex imposita. Iterum. Omnia

Leuit. 17. Deut. 12.

2. Reg. vlt. 3. Reg. 18. * Ornam. Iudicum. 6.

1. Reg. 11.

Math 12. Luc. 6. Sæpe necessitas/ aut sāctitas affec. á peccato excusant.

munda mundis. Iterum. Neceſſitas non habet legem. Licuit igitur patribus ſanctis tum propter ſanctitatē, tum propter neceſſitatem, vel ſolis ſacris literis ſtudere: quod nobis nec ſanctis, nec neceſſitatis non licet. Quid clarius? Primos ædificatores tabernaculi Beſeleel & ſocios eius illuminauit deus optimus in omni opere ad excogitandum quicquid fabrefieri poteſt ex auro, & argēto, & ære, marmore, & gēmis, & diuerſitate lignorū. Simile autē factū non legimus in ædificatione templi per Salomonem, nec in reædificatione eius per Zorobabelem. Rogo cur hoc? Non niſi quia illi primi alios imitari nequibant, alij autem ſic, qui alijs temporibus ſucceſſerunt. Sic ergo oportuit primos patres, poſt Apoſtolos, á deo optimo in cognitione diuinarū ſcripturarum illuminari, quatenus valerent ſpirituale tabernaculum ad incremētum deducere pro Chriſto legatione fungentes. Video quaſi primos ædificatores Apoſtolos prçceſſiſſe primitias ſpiritus habētes: quos imitarētur patres ne reuelatione indigerent. Sed hanc nubeculam Petrus reſoluit, dū in diuinis ſcripturis nō nulla intellectu difficilia cōtineri dixit: quæ indocti & inſtabiles deprauāt. At quid prodeſt aliquid eſſe ſcriptum, niſi fuerit intellectū? Inſpirauit deus ſuos ſcriptores vt ſcriberent: illuminauit aūt patres, vt illorū ſcripta intelligerent: vtq; ipſa interpretata per ſua cōmentaria, nobis ſuis poſteris tradidiſſent. Paulum appello iudicē inter alia hæc pro ſanctis interpretibus diſſerētē. Et quoſdam quidem poſuit deus in eccleſia primū Apoſtolos, ſecūdo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum. Opitulationes, gubernationes, genera linguarū, interpretationes ſer-

Exod. 31.

*Maioribus neceſsitatibus ſubuenit deus.

2. Pet. 3.

Apoſtoli & euāgeliſtæ fuerūt ſacri euangelii ſcriptores: ſancti patres illius interpretes.

1. Corint. 12.

monũ. Rogo qui sunt, quos deus optimus præter Apostolos in ecclesia sua posuit doctores, aut interpretatores sermonum, si nõ isti Augustinus, Ambrosius, Hieronimus, Gregorius, Athanasius, Basilius, Cyrilus, Chrisostomus, Cyprianusq;, & alij similes?

*Luthe.*

Quinta Argumentatio ex pugna sanctorum patrũ inter sese per scripturam quasi per notius, firmius, clariusq; finiẽda accipitur. Arguit enim. Aut dic si potes, quo iudice finitur quæstio, si patrum dicta sibi pugnauerint? Oportet enim scriptura iudice, his sententiam ferre, quod fieri non potest, nisi scripturæ dederimus principẽ locũ omnibusquæ tribuũtur patribus: hoc est vt sit ipsa per sese certissima, facilima, aptissima sui ipsius interpres, omnium omnia probãs, iudicans & illuminans: sicut scriptũ est psal. 18. Declaratio seu vt Hebræus proprie habet, apertum seu ostium verborum tuorum illuminat; & intellectũ dat paruulis. Hic clare spiritus tribuit illuminationem, & intellectum dari docet per sola verba dei tanquam per ostium & apertum, seu principium (quod dicunt) primum, à quo incipere oporteat, ingressurum ad lucem & intellectum.

## CAP. XII.

Quinta Responsio. Si patrum dicta inter sese pugnauerint circa ea quæ religionis sunt, poterit quæstio multiplici iudice irrefragabiliter terminari: tum per scripturam, tum per ecclesiam in vniuersali concilio, tum per communiorem, seu saniorem eorundam partem. Primas duas vias docuerunt Apostoli, qui aliquãdo per scripturas, aliquando per concilium sua decreta

Act. 15. *Apostoli/& alii sancti patres/ dubia suis temporibus orta aliquando per scripturas aliquando autem per cōcilia determinarunt.

probarunt. Per scripturas sæpe: per concilīū aūt in act. Apostolorū. Augustinꝰ etiā ābas illas accepit obseruâdas cōtra Pelagiū & Pelagiāos scripturas, cōtra Donatū vero & Donatistas vniuersale cōcilīū appellando. Tertiā viā quoad naturalia, moraliaq;, sensus cōmunis oium, ac rerū natura docēt, quādoquidē maiorē seu saniorem partem vincere minorē volunt. Quod & omnis mundi natio, quasi naturali ratione victa, hactenus obseruauit: obseruātq; hodie Chrīani, Iudei, Gentiles & Sarraceni. Mittamus alios: ad nos, sāctosq; patres nostros veniamus, qui omnes quasi per vnū hanc eandē sententiam volunt. Sic etiam & iura tradūt. Ecce q̄ plura sunt quæ patrum inter se pugnātium quæstiones finiāt. Diuina scriptura, dei ecclesīa: seu eorūdā doctorū maior pars aut nota & inuictissima ratio. Quid clarius? Optime notarunt quidam, maiorem partem nonnunquam a minori vīci posse: sī quando manifesta ratio minorem iuuaret: sed non curo: dicta sufficiant.

Glo. c. fin. d pœn. Dist. 1. text. iācta glo. in. c. vnico. d postul. pres. lib. 6. text. in leg. 2. ff. d iur. & fac. ign. Bar in. l. de eo. C. de pœn. iud. qui ma. iudi. & l. precibus. C. d impu. Gemini. c. 1. d. sū. trin. lib. 6. & Ioā. Andr. c. 1. de constitu.

## CAP. XIII.

Scriptura est verissima / certissima / & notissima in se: nobis autē est verisima / ac certisima sed nō manifesta: quia ē nobis verisi. & certissima per fidem.

Habet diuina scriptura in probandis rebus patrum principē locū, non quia facilior nobis, aut apertior, sed quia verior & certior. Est enim illa in se sicut verissima ac certissima: Ita facilima, & aptissima: nobis aūt nō facilima nec aptissima: sed bene verissima, & certissima. In se enī verissima, certissima, facilima, aptissimaq; est quia á deo reuelata: & de altissimis rebus diuinis, aut infimis creatis, sed prout sub diuina volūtate cadunt, tradita: quomodo nō est dubium, certum magis esse, Antichristū fore, q̄ solem oriturum cras, quū tamē illud contingens, hoc aūt necessarium secundum naturam fuerit. Ad hoc saluator dixit. Cœlū & terra transibūt

Math. 5.

verba autē mea non transibunt. Nobis etiā veriſſima ac firmiſſima eſt: qui fide illuminati certius firmiuſq; diuinis ſcripturis, quā illis etiam, quas ſentimus, inhæremus rebus. Petrus ad hoc ait. Habemus firmiorē ꝓpheticum ſermonem, cui bene facitis attendētes, tanquā lucernæ lucēti in caliginoſo loco. Firmiorē inquit. Hoc eſt ſuper omnē certitudinem ſenſus, de quo vtiq; loquebatur, dicēs. Et hanc vocem nos audiuimus &c. Non eſt autem nobis facilima, quia nonnulla intellectu difficilia cōtinet. Petro teſte. Quod vero intellectu difficile eſt, non vtiq; nobis facilimū eſt: foret enim intellectu facile, ſi nobis facilimū eſſet. Illud autem Petrus negat. Sed nec nobis apertiſſima eſt, nota aut manifeſta. Monſtratur: quia de rebus altiſſimis, & à ſenſibus remotis eſt. Paulus hoc docuit dicens. Fides eſt ſperandarū rerū ſubſtantia, argumentū non apparentiū. At ſcriptura fide creditur, quæ de nō viſis eſt. Quod ſi dixeris: Quomodo poteſt ſcriptura nobis Chriſtianis non notiſſima, ſed firmiſſima eſſe. Reſpondemus. Firmiſſima eſt, quia non authoritate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirante. Nō autem eſt notiſſima, quia de rebus altiſſimis, & à ſenſibus remotiſſimis eſt: ad quæ intellectus nr̄ ſe hēt velut oculus noctuę ad lumen ſolis. Hic rerum naturā appello iudicem, quæ omniū entium extra nos, nō niſi ſenſibilia nobis nota fecit. Rogo, quis vnquā extra ſe quicquam niſi ſenſibilia euidenter, ſeu clare nouit? Nemo. Petrus etiam hæc docuit. De firmitate enim ſcripturarum ſupra firmitatem ſenſuum dixit. Habemus firmiorem propheticum ſermonem. De obſcuritate autem earum inquit. In quibus ſunt quædam in-

* Magis certum eſt cōtingens in ſcriptura traditū

1. Pet. 1.

* Iſt diuina ſcriptura clara i multis de quibus infra. Art. 2. c. 10. 11. 2. pet. 3.

* Diuina ſcriptura non eſt nobis manifeſta quo ad ſenſum quem faciat propter æquiuocationes/ſimilitudines/metaphoras/amphibologias/ſignificationes etiam proprioru termi norum nō per ſe notas/ac figurati uos loquendi modos. quo Petrus dixit in ea nōnulla difficilia intellectu eſſe: nec quo ad veritates quas enunciat/propterea quod de rebus altiſsimis/& à ſenſu remotiſsimis/tantumq; fide cognitis eſt: quas non niſi ex parte/per ſpeculū/& in ænigmate: ob id q; ſubobſcure nouimus. Alia autem clarius in enunciationibus dari neqt/vt infra diximus cap. 19.

1. Pet. 1.

2. pet. 3.

tellectu difficilia quæ indocti & inſtabiles deprauant. Multa infra de certitudine, claritate, & obſcuritate ſcripturarum dicenda ſunt, ideo modo ſatis. Interim rogo cunctos lectores. Quis nō videt hanc enunciatiō nem, Deus eſt trinus in perſonis, & vnus in eſſētia, nobis eſſe certiſſimam per fidem, & eandē nobis eſſe obſcuriſſimā cuius veritatem nec ſenſu nouimus, nec intellectu plene concipimus? Quid clarius? Clamo hic. O Luthere male philoſopharis, aduerſus Petrum, aduerſus naturam rerum, & aduerſus ſenſum omniū: vætibi.

*Eadem propoſitio nobis fidelibus eſt certiſſima & obſcuriſſima: iterum manifeſta quoad ſenſū quē facit: obſcura quoad veritatē / quā enunciat.

## CAP. XIIII.

Quod autem ais ſolam ſcripturam omnium omnia probare, quaſi ipſa ſola ſit, quæ omniū omnia iudicet, falſum eſt, impium & hæreticum. Paulus tibi aduerſatur, qui pro eccleſia clamat, eam eſſe colūnā & firmamentū veritatis. Quod enim colūna & firmamentum veritatis eſt, vtiq; verum eſt, ac veritatis primū principiū: niſi enim vera, veritas, aut verax eſſet, colūna veritatis non eſſet, cum non niſi vero ſuſtentetur verum natura rerum teſte, quæ falſum nihil probare vult. Iterum niſi veritatis primum principium eſſet, firmamētū veritatis quomodo foret? Quæſo, vide quid ſit in vniuerſum, aliquid alicuius columnam & firmamentū eſſe, videbis ſtatim eccleſiam, quia colūna & firmamētum veritatis eſt, ideo primum principium veritatis optimo iure dici. Sic autem iam eccleſia ipſa etiam nuda aſſertione probabit ſua, nec ſcriptura comprobāte indigebit. Rogo, Si ſola ſcriptura omnia omnium probaſſet, etiā eccleſiæ interpretationes locorum diffici-

1. Timo. 3. *Paulus eccleſiā nequaquā colūnā & firmamentū veritatis appellaſſet niſi ipſa eccleſia ſua aſſertione etiam ſine alio comprobaſſet.

lium, consuetudinesq; generalissimæ & antiquæ, vbi essent? quæ Paulus solo verbo docuit & velut à se scripta obseruari præcepit, dicens, Itaq; fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolã nostrã. Aut quomodo contentiones circa scripturarum difficilia intellectu cessassent? quas tã topere fugere, ac sub vna regula sẽtire, diffinireq; præcipimur à Paulo. Audacter, sed vere dico. Nec huiusmodi consuetudines haberemus, nullibi scriptas sed solo verbo traditas, nec idẽ saperemus: quia verè natura clamat, tot sensus, quot capita. Aut quis non videt, q̃ si sola scriptura in ecclesia omnium rerũ daretur iudex, necesse erat, omnia quç apostoli solo verbo tradiderũt ab ecclesia deperire.

2. Thes. 2. *Si sola scriptura in ecclesia dei poneret, non dubiũ quin multa sacra perirent.

1. Corint. 1. Phil. 2. & 3.

## CAP. XV.

Porro hæc scriptura diuina, quã adducis, nihil pro, imo contra te facit plurimum. At enim. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. O pulchrum verbum. Non dixit Dauid. Lectio sermonum tuorum illuminat, sed inquit. Declaratio sermonum tuorum illuminat. Lutherus dicit. Lectio sermonum tuorum illuminat, quia per vsum assidui studij veram scripturarum cognitionem haberi docet: quas per sese etiam apertissimas & manifestissimas, suiq; interpretes dicit. Dauid dixit. Declaratio sermonum tuorum illuminat. Lutherus dicit: lectio sermonum tuorũ illuminat. Aliud ille dixit, aliud iste asserit: quia in vniuersum, aliud est legere, aliud declarare scripturas: aliud ipsarum lectio, aliud declaratio. Legunt enim multi, sed intelligunt pauci.

*Optime notantur verba Dauid quæ bene intellecta pugnãt aduersus Lutherum.

Quid clari? Rursus Dauid dicit: Et intellectū dat parvulis: vt sensus huius versiculi sit, quod alibi dixit. Lex domini immaculata conuertēs animas testimoniū dñi fidele sapientiā præstans paruulis. Sed rogo, qui sunt illi paruuli, quibus sapientia præstatur, intellectusq; datur, nisi illis, de quibus dñs dixit, Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnū cœlorum? Iterum. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscōdisti hæc, à sapiētibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis. Paulus quoq;. Malitia paruuli estote. At isto modo verissimo aliter docuit Dauid, aliter asserit Lutherus. Dauid dixit itelligētiā scripturarū dari sanctis, paruulis scilicet secundū sæculum. Lutherus dicit illam dari assidue legētibus etiā prophanis: sic autē Dauid nihil Luthero, imo nobis plurimū suffragatur, qui eos sanctos patres legimus, quo eos sanctos nouimus: ac iuxta hāc Dauid doctrinā in lege domini illuminatos credimus. Hilarius circa hæc eadem verba, ad hanc nostram sententiam ait. Et is quoq; sermo forte videtur à naturæ nostrę consuetudine esse diuersus. Cum enim intelligendum sit, & sic lumine intelligentię vtendum, quia noctem ignorantiæ intelligentiæ adeptæ lumen expellat: propheta tamen dicit declarationem verborum Dei prius illuminare, & post illuminationem intelligētiam præstare. Sed quæ sint dei verba, ante discendū est, & tunc illuminationis, & postea intelligentiæ ratio præstāda est: Verba Dei sunt quęcunque prophetæ locuti sunt. Cū enim Moses verbis suis populo Hebræo legis obseruātiam nunciauerit, tamen in libro eiusdem legis scriptū est, Et dixit dominus ad Mosen. Dic filijs Israel. Vsus

Math. 18. Luc. 10.

*In cōmentariis super Psal. 118.

igitur est his legis lator verbis, quibus ei vt vteretur præceptum est. Ergo verba dei sunt, quæ per officiū licet humani oris audita sunt. Sed & magnus ille propheta ipso iudicio domini nostri Iesu Christi bene loquutus, cum dixisset. Audi cœlum, & auribus percipe terra: ait, quoniam dominus loquutus est. Et post aliqua quæ querelis maximis increpabantur, dixit. Os enim domini loquutum est hęc. Hæc ergo omnia Dei verba sunt, sed declaratio sermonum maxime necessaria est. Sunt enim sub velamine opinionis alterius prædicata: sunt secundum Apostolum allegorumena: sunt comparatiuis significationibus amphibola. Testis est dominus hęc eadem per Esaiam ita dicta esse. Iudæis infidelibus exprobrans, & dicens. Auditu audietis, & non intelligetis. Signata enim omnia sunt, & per solā spiritualē doctrinam resignāda. Hæc enim ad Danielem desideriorū virum dicta sunt. Vade Daniel, quia clausi sunt signatiq; sermones. Ait enim Esaias. Dabitur liber iste in manus hominis scientis literas: & dicetur ei. Lege hęc. Et respōdebit. Non possum legere, signatū est enim. Sed declaratio verborum mysticorū per euangelia præstatur, vbi legis abscondita & occulta prophetica domino in corpore manente pandūtur: ex quibus prima fides dicitur. Ibi enim ea quę à pphetis dicta sunt, per eum rebus & operibus explentur. Cum virgo parit, cum dominus verbum est: & verbū caro fit, & habitat in nobis. Cum muti loquuntur, cum surdi audiunt, cum claudi incedunt, cum leprosi mundantur, cum cæci vident, cum dæmoniaci curantur, cum mortui resurgunt: declaratio hæc verborum dei nostræ hanc naturæ obscuritatem, fidei luce illumi-

* Diuina scriptura vnde sit obscura.

nat. Nuncenim intelligimus resurrectionis gloriam, iudicij potestatẽ, æternitatis honorem. Intelligimus hęc paruuli, vel ad innocentiam renati, vel per ignorãtiam imperiti. Hæc declaratio verborum Dei, & intelligentia paruulis præstita huius temporis & ætatis est, vt dominus in euãgelio demõstrat, dicens. Confiteor tibi domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & intelligentibus, & reuelasti ea paruulis. Hæc Hilarius. Diuus Hieronymus simili modo exposuit. Videat iudicetque qui voluerit.

## CAP. XVI.

Et quid multa? potuit Dauid in hoc loco, legẽ domini notare: non prout contentiuã credibilium, sed prout præceptiuam operabilium, quemadmodum paulo ante dixerat. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Et alibi. Lex domini immaculata conuertens animas, testimonium domini fidele, sapiẽtiam præstans paruulis. At quoad præcepta q̃ nota sit, manifestum est, Paulo teste, qui ait. Gentes quæ legẽ nõ habent, quæ legis sunt, faciunt. Quoad credibilia vero non ita, Petro testãte in diuinis scripturis quędã intellectu difficilia esse. Hilarius circa illud. Lucerna pedibus meis verbum tuũ &c. Ad idem ait. Scit se nisi in verbo Dei illuminatum has corporum tenebras, & hanc sæculi noctem ferre non posse. Scit vbiq; adesse lapides offensionum, laqueos funium, scrobes fouearum. Vt enim quis nocte egressus lucernam fert, & quo pedem inferat contuetur, atq; ad singulos gressus natum se esse existimet, vt rursum postquã natus est nullus esset, lumine præeunte sollicitus est; ita

* Certũ est dei legẽ esse quoad moralia præcepta / notissimam. Rom. 2. & 9. 2. Pet. 1.

Generaliter si accipias / certum est scripturã in quibusdã esse obscurã / si quibusdã nõ est notum / quem sensum faciat: licet p fidẽ sit notã eã verissimam esse.

* Augustinus optime notauit nos scripturã credere omnino etiam in illis locis / quæ nõ intelligimus, cõtra Faustũ. lib. 11. c 5.

vnuſquiſq; noſtrum manens in ſe verbum dei in omnes operum proceſſus tanquam lucernam prætendit. Omnis etenim doctrina cœleſtis dux nobis ad iter vitæ eſt: quæ lucernæ modo in hac nocte ſæculi præferēda eſt, cum aliquid aut agimus, aut cogitamus, aut loquimur: vt ea in omnem progreſſum cuiuſcunq; operationis vtamur. Iubet dominus in euāg elijs hanc præceptorum ſuorum lucernam non ocioſam, nec inutilē oculis dicens. Nemo enim lucernam accendit, & ponit eam ſub modio. Quæ enim lucernæ ſi modio tegatur vtilitas eſt? Vſum ſuum tantum intra id quo operitur impendit. Iubet igitur eam in candelabro, ideſt in officij ſui ſede conſtitui. Itaq; hanc doctrinam, atq; hoc verbum dei intra nos receptum non ocioſum, neq; inutile tāquam modio occulamus. Hæc Hilarius. Cæterū de obſcuritate, & claritate diuinarum ſcripturarum infra conſtabit ſatis: quando de his habitus fuerit ſermo. Concludamus ergo: & Luthero reſpondentes dicamus, quia diuina ſcriptura veriſſima ac certiſſima eſt, quotiens poſſumus per illam dicta patrum iudicamus. Eſt etiam obſcura, quia de rebus à nobis non ſenſatis: ideo illam per commentaria patrum ſcrutamur, quos dei ſpiritum habuiſſe certo nouimus. Art. 2.

*Luthe.*

Sexta argumentatio ex principio verborum dei ſic ꝓcedit iterum. Principium ſeu caput verborum tuorum veritas. Vides & hic veritatem tribui, non niſi capiti verborum dei. Hoc eſt, ſi verba dei primo loco dede-

ris,&eis velut principio primo vsus fueris, pro omnīū verborum iudicio.

## Catho. CAP. XVII.

Sexta responsio. Principium in vniuersum illud dicitur,à quo aliud est. Sapientes omnes, quotquot ab initio fuere,nomen principij in hac vna significatione acceperūt, illi etiam qui maxime de naturis rerum,earumq; propriis nominibus disputarunt. Ab illis vsque ad nos,hæc eadem acceptio per varia tempora, variasq; personas, & nationes, inuariata durauit semper, duratque hodie:sic autem Dauid sapiens,etiam sapiētibus propriè loquens,dum dixit. Principium verborum tuorum veritas,solum docuit,verba dei à veritate oriri. Sic ergo optime proponimus cum totius mūdi sapientibus. Principium est, à quo aliud est, subsumimus cum Dauid.Principium verborū Dei veritas, concludimus cum sancta Ecclesia. Ergo verba Dei à veritate sunt. Rogo,quis non videt ex hoc versiculo, nec aliud,nec aliter quicquam cōcludi posse? Aut quis non videt,quàm bono animo hanc verissimam conclusionem ingenue confiteamur, clamantes. Verba Dei à veritate nascuntur:ac ob id verissima,firmissimaq; sunt. Saluator ad hoc dixit. Cœlum & terra transibunt,verba autem mea non transibunt,alibi. Verba quæ ego loquor vobis,spiritus & vita sunt. Petrus etiā Dñe ad quē ibimus, verba enim vitæ æternę habes? Paulus insuper. Fidelis Deus per quem vocati estis. Aut quomodo possunt verba veritatis, quæ Deus est, nisi à veritate,& verissima esse? Nequaquā. Dixit ergo Dauid.Principiū verborū tuorū veritas: sed nō dixit, Principiū solū verborū Dei veritas.Illud docuit,quia

a Arist.5.Meta. Sic etiam & tota Schola Theologorū nomē principium intelligit ient.per multa.

b Principium optime definitur.

c Verba dei à veritate nascuntur.

Math.24.

Ioan.6.

d Corint.1.

verba dei, vtiq; à veritate sunt: hoc aũt nõ posuit, quia sæpe etiam verba hominũ à veritate, & vera extãt. Saluator dixit. In ore duorũ vel trium stat omne verbũ. Nos etiã sæpissime iuramus, nosmet vera dicere quod passim sine scrupulo facimus: Dupliciter hic errasti o Luthere. Primũ quia locum nõ iuxta propriam acceptionem nominum accepisti: Deinde: quia quod Dauid sine exclusiõe docuit, tu cum exclusione extorsisti. Cæterum, quid hic oggãnis, aut quid hæretice loqueris? dicis enim. Vides & hic, veritatem tribui, non nisi capiti verborum dei. Respondemus, nec talem attributionẽ nec talem exclusionem in verbis Dauid videmus. Nõ enim ponitur ibi veritas tanquam tributum, sed tanquam idem principio verborum dei: vt tantum valeat illa locutio, quãtum ista. Veritas est principium verborum dei. Porro quasi exponas, illud principium verborum tuorum veritas, inquis. Vides et hic veritatem tribui, nõ nisi capiti verborum dei, hoc aũt declarans, ais hoc est si verba dei primo loco dederis, & eis velut principio primo vsus fueris, pro omnium verborũ iudicio. Rogo, quæ expositio hæc est, aut quæ interpretatio loci? Dauid loquitur de verbis dei prout vera & à veritate procedunt, tu autem loqueris de illis prout alias veritates probant. Quid quæso vnquam concludere potuisti, nisi quod vere absq; cunctatione probent, quod probãt, quia infallibiliter vera, et à veritate sunt? Nihil. At hoc nos damus, sed quod tu ex tuo capite addis, solam diuinam scripturam omnium omnia probare, nos negamus. Paulum hic iudicem appellamus, qui Dei ecclesiam columnam & firmamẽtum veritatis dixit: quo verbo illam irrefragabilem iudicem etiam pri

*Verba hominũ quoq; aliquando sunt vera Math. 18. 2. Corint. 13.

*Dauid identice & sine exclusione loquitur. Lutherus scripturã adulterans attributiue/& exclusiue loquitur.

*Scriptura quidem optime probat/sed non sola illa/imo & ecclesia hoc habet/& alia quæ i articulis ponuntur.

mum cõstituit. Grauiter pro verbis dei Dauid locutus fuit, grauiter etiã, imo grauius Paulus pro ecclesia dei. Christianus sum, Christiane loquor, sane volo intelligi. Quid dixit Dauid pro verbis dei? Principiũ verborum tuorũ veritas. Quid Paulus pro ecclesia dei? Columna & firmamẽtum veritatis. Quid voluit Dauid? Tantũ verba dei à veritate nasci. Quid voluit Paulus? ecclesiam dei veritatem firmare sustentareq;. Rogo, non est grauius, quod quicquã veritatem firmet, ac sustẽtet, quã quod a veritate sit? Ita. Ambo ij boni, iusti & illuminati, propheta, & Apostolus: Dauid & Paulus ambo vera vere dixerunt: ambo suas intelligentias habẽt & declarari volũt. Dauid loquitur de veritate quæ est deus, à qua verba dei vera sunt. Paulus loquitur de veritate quæ est extra deum & ad religionem Christianã pertinet, cuius vtiq; dei ecclesia colũna & firmamẽtum est. Augustinus ad hoc optime dixit, Euangelium nõ credere, nisi ecclesiæ authoritas me moueret. Quid ergo. Probat quidem diuina scriptura, sed nõ sola illa, imo & dei ecclesia irrefragabiliter probat. Dauid pro scriptura, Paulus vero pro ecclesia clamant ãbo sine exclusiõe vt ãbo valeãt ex æquo ꝑ principio primo iudicari. Plura ad hoc infra in suis articulis, & disputatiõibus

*Paulus pro ecclesia/& Dauid ꝑ verbis dei graviter sunt loquuti.

1. Timot. 3. & Psal. 118. ambo vere & optime.

*Dauid de veritate quæ est deus Paulus de veritate quæ est extra deum: nã veritatis/quæ realiter ẽ deus/ecclesia nõ est columna nec firmamentũ/ sed effectus

Art. 3. & 2. ac lib. 3. disput. 2.

*Luthe.*

Septima Argumentatio ex vsu patrum, quo suas sẽtentias per diuinas scripturas, quasi per notiora confirmant, sic habet. Quod si non ita est. Cur August. et sancti patres quotiens vel pugnant vel docent, ad sacras literas seu prima principia veritatis recurrunt, & sua vel obscura, vel infirma, illarũ luce, firmitate illustrant & confirmant? Quo exemplo vtiq; docent. Verba diui-

na esse apertiora omnium hominũ etiam suis proprijs verbis aut quæ non per hominũ verba, sed hominum verba per ipsa docẽtur, probentur, aperiãtur & firmẽtur. Nisi enim ea apertiora & certiora ducerẽt, ridicule sua obscura per obscura dei probare presumerent. Cũ & Aristo. istorum, vniuersusq; naturæ sensus, id monstrent, quod ignota per notiora & obscura per manifesta demonstrari oporteat.

## Catho, CAP. XVIII.

Septima Responsio. In vniuersum verũ est, ꝙ ignotũ per notũ, aut minus per magis notũ oporteat probari. Nam quũ præmissæ causæ sint conclusionis in eo ꝙ ipsã indicare volũt, nisi notæ magis fuerint, frustra assumũtur. Natura enĩ nõ patitur quicquã vltra gradũ suæ perfectionis operari: quo fit, vt illud frustra ad probandũ formetur, quod nõ magis notum fuerit. Quid enim probanti, aut neganti prodesset? Nihil. Sic natura magistra, omnes docuerũt. Verũ o deũ immortalẽ quid hac veritate nobis clarius? Et quo non nititur Lutherus illam facere obscuriorẽ? sed quid mirũ, ꝙ naturales maximas cõfundat, qui diuinas scripturas deprauat? Minime. Age, ad rem veniamus. In vniuersũ verum est ignotũ per notũ, aut minus per magis notũ ꝓbari oportere: sed sic etiã verũ est hoc in eodẽ genere intelligendũ fore, vt quod probatur verũ per verius, quod clarum, per clarius, aut quod firmum, per firmius probetur. Lege o Luthere omnes sapientes, qui primam maximam posuerunt videbis tandem: ꝙ isto modo illam intellexerunt. Sic topicus, formidolosa, per certiora: demonstratiuus autem clara, per clariora demonstrãt. At fore diuinam scripturã in veritate nobis

Quòd minus notũ per magis notum probandum dicitur/verũ est/ sed in eodem genere intelligitur: sic vt minus certũ per magis certum: minus verũ per magis verũ & minus clarum per magis clarũ probetur.

notiorem omnibus omnium hominum scripturis, nemo nostrum ambigit: imo omnes quasi per vnum confitemur Christiani: Saluator enim noster dixit, Cœlũ & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Petrus ad idem. Habemus firmiorem ꝓpheticum sermonem, cui bene facitis attendẽtes. Paulus etiam, Fidelis deus per quem vocati estis. Augustinus quoq; cõtra Faustũ, adhuc inquit. Distincta est à posterorũ libris excellentia canonicæ authoritatis veteris, & noui testamenti. Quæ Apostolorum confirmata tẽporibus per successiones Episcoporum, & propagationem ecclesiarum, tanquã in sede quadam sublimiter constituta: cui seruiat omnis fidelis, & pius intellectus. Ibi: siquid velut absurdum mouerit, non licet dicere. Autor huius libri non tenuit veritatem, sed aut codex mendosus est, aut interpres errauit, aut tu non intelligis. In opusculis autem posterorum, quæ libris innumeris continẽtur: sed nullo modo illi, sacratissimæ canonicarum scripturarum excellẽtiæ coæquãtur etiã in quibuscunq; eorũ inuenitur eadem veritas: longe tamẽ est impar authoritas. Hæc Augustinus. Patres ergo, suas sentẽtias, per diuinas scripturas tanquã per firmiora, certiora, notioraq; in ueritate, sed non tanquam per notiora in claritate probant: non enim ad illas currunt, tãquam ad magis claras, sed tanquam ad magis veras, magis certas, & magis firmas, in eo sensu, quem ipsæ præponunt: vel in eo, quem de eis ecclesia exponit.

Math. 24.

2. Pet. 1

1. Corint. 1.

Lib. 11. cap. 5.

*Patres ad scripturas currũt/ nõ tanquã ad magis clarã/ sed tanquã ad magis verum.

## CAP. XIX.

Aut, quam claritatem suarum sententiarum possũt patres in diuinis scripturis quærere? Aut veritatis scilicet enunciationum, aut fortassis sensus quem faciũt sua

verba? In vniuersum enim dari aliam claritatem propositionis nequit, quia nos tantum aliquo horum modorum dubitare valemus, aut de veritate quam enunciat, aut de sensu quem facit: quo fit, vt non aliter ipsa nobis clara, aut clarior reddatur, nisi quoad veritatē, vel quoad sensum in quo fit. Verum dico, non est alia claritas, quam nos in nostris sententijs expectare possimus, nisi quod illarum veritates claras, aut illarum sensum clarū faciamus. At nullā claritatē harū patres in diuinis scripturis, pro suis sentētijs quærūt. Nāq; non quærūt ipsi in diuinis scripturis, claritatē sensus suarū scripturarum, hoc est, non quærūt ipsi in verbis Dei, quem sensum faciant verba sua: quia hanc claritatem ipsi, ipsis suis verbis præstare possunt, sese declarando, ac in quo sensu loquantur explicando: qui mentem propriam, & sensum quem prætendunt experiuntur. Deinde, nec quærunt in diuinis, quas adducunt, scripturis, claritatem suarum conclusionum, quoad veritatem, quam enunciant. Monstratur hoc, quia nec diuina scriptura in suis veritatibus talem claritatem quoad nos viatores habet. Paulus hoc docuit, dicens: Cognoscimus nunc per speculum & in ænigmate. Iterū: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Iterum, Fides est de nō visis. Iterum: Fides est sperandarum rerum substantia, argumentum non apparentium. Quū autem fides per hæc de non visis sit, imo de à sensu remotissimis, qua sola diuinam scripturam tenemus, manifestum est illarū veritates de huiusmodi rebus, nequaquam claras esse quoad nos. Sic autem, nec scripta Dei, scriptis hominum hanc claritatem dare valebunt: stat enim in vniuersum vera sententia.

*Omnis claritas propositiōis, aut est de sensu quem facit, aut in quo fit: aut est de veritate, quam enunciat per connexionem terminorum.

*Patres non quærūt i diuinis scripturis claritatem sensus suorum dictorum.

*Patres nō quærunt in diuinis scripturis claritatē veritatū quas enunciant.

1. Corint. 13.

Hebræ. 11

* Lumen fidei facit nobis viatoribus scripturas notas in veritate non in claritate quia hoc facit lumen gloriæ comprehensoribus.

Nemo dat, quod nō habet. Optime ergo dicimus. Patres sapientissimi dū ad scripturas diuinas recurrunt, non quidē claritatē, sed bene veritatem, certitudinē, seu firmitatē suarum sententiarum quærunt. Frustra enim in illis quærerēt, quod in illis nō esse scirent. Ingenue fateor, non scio, quā aliā claritatē ab his, in enūciatione quacunq; reperiri valeat, quærat alius aliam, quam si inueniat, illū in hoc doctiorē venerabor: si autem nulla alia reperta fuerit, nobiscū sentiat, & aduersus Lutherum insurgat, dicēs. Est diuina scriptura verissima quidem, & certissima supra omnem sensum, est etiam & obscurissima, quæ ambo testantur Petrus & coapostolus eius Paulus.

*a patres in diuinis scripturis suarum scripturarū veritatē quærūt.*

*2 Pet. 1. & 3.*

*Luthe.*

Octaua argumētatio, quasi sit inconueniens dicere scripta patrum notiora esse scriptis dei, sic habet. Si enim hoc volumus, concedamus scripturas sanctas esse obscuriores & ignotiores, quā patrum scripturas. Hoc autē admisso, vlterius dabimus. S. patres suis cōmētarijs nihil aliud fecisse, quàm vt sua probarent per scripturas, notiora probarint per ignotiora, & sic tā seipsos, quàm nos mire illuserint, prorsusq; in vanum laborauerint: & erit, vt plus credamus interpretantibus, quàm loquenti scripturæ. Quisita insaniat?

Catho. CAP. XX.

Octaua responsio. Nobis fidelibus scripta Dei quoad veritatē, quā enunciant, magis nota sunt omnibus scriptis hominum, vt ante monstrauimus ex saluatore nostro, Petro, Paulo, & Augustino. Verum scripta hominum, quoad sensum in quo fiunt, non semel scriptis dei valde notiora sunt nobis. Nanq; scripta dei multa

*Cap. 19.*

habent, quibus eorum sensus nobis reddatur obscurus, æquiuocationes scilicet, ambiguitates, amphibologias, similitudines, metaphoras, figuratiuos modos loquendi, & nobis non notas significationes proprias terminorum: quas non nisi magistro aliquo intelligimus. De quibus omnibus Augustinus in de doctrina Christiana multa differit: & nos infra nonnulla dicturi sumus. Nunc Petri testimonio contenti, quo in diuinis scripturis nonnulla esse intellectu difficilia dixit. Scripta autem hominum, hoc est, cõmentaria patrum præ se ferunt sensum, quem faciunt, quippe quæ non nisi ad insinuandum propriũ sensum diuinarum scripturarũ, ædita sunt. Sic autẽ nullũ est incõueniens cõmentaria patrũ per diuinas scripturas, tanquã per notiora nobis quo ad veritatem probari. Diuinas vero scripturas per cõmentaria patrum, tanquam per notiora nobis quoad sensum quem faciunt, interpretari. Nõ est, inquã, hoc inconueniẽs, imo cõueniens maximum, ac ordo congruentissimus rerũ scripturarũq; quẽ probat cõmunis omnium hominum sensus. Omnes enim non solum Christiani, imo & Iudæi, Sarraceni, & Gẽtiles, leges suas, quas maioris authoritatis, certioríque veritatis habent super commentaria suorũ hominũ priuatorũ, per alia scripta intelligũt. Quæ rũ tergo patres in scriptis dei veritatẽ suorũ scriptorũ: sed quærimus nos in suis sensum diuinorũ. Paulus docuit nos, hoc faciendũ fore, qui Apostolos, Prophetas, Euangelistasq; tanquã gradus distinctos, ad quos pertinet diuinam scripturam summæ sempiternæq; veritatis cõdere, ac interpretatores sermonũ, ad quos expectat illã cõditã interpretari, in ecclesia esse, dixit.

Not.
*Lumen fidei facit nobis scripturas diuinas notas quo ad veritatẽ, nõ autem quo ad claritatem: quia hoc facit lumen gloriæ. Lib. 2. & 3 Art. 2.

2. Pet. 3.

*Hominum scripta præ se ferunt suũ sensum: licet & sæpe ipsi quoque subobscure fuerint loquuti.

* Vniuersaliter magis vera / & minus clara per minus vera & magis clara manifestantur.

1. Corint. 12. & ad Eph. 4.

Patres commentaria scribẽtes, hac vna ratione firmati, non se, nec nos illuserunt: imo se exercuerunt in lege domini die ac nocte meditantes, nosq; suos posteros illustrarunt. Beati illi. Cæterum dum nobis obijcis, quòd commentaria patrum recipientes, & per illa dei scripta intelligentes, plus credamus interpretantibus q̃ loquenti scripturæ, falsissimum est, ac à nostris mentibus longissimum. Quia non quærimus in scriptis hominum veritatem scriptorum Dei, quæ credimus verissima, certissima, firmissimaq;, licet illa non intelligamus, vt monstrauimus: sed tãtum eorum sensum, intelligentiamq;. His enim, hoc est, sensu & intelligentia habitis per patres, patribus dicimus. Iam nõ propter vos veritates scripturarũ recipimus, sed quia nos ipsi credimus eas esse diuinas. Tantum à vobis illarum intelligentiam, non illarum veritatẽ expectabamus. Sic Samaritani per mulierem, mundus per Apostolos olim Christum intellexerunt: cui cognito, plus nimis quàm illis per fidem adhæserunt. Sic & nunc multa multi per prædicatores credunt: ac nos sæpe homini nobis incognito prius per suum famulum ostenso, plusquam famulo adhæremus.

Respons. *Scripta dei sũt vtique magis vera scripta hominum magis clara quoad sensum in quo fiũt: ideo patres p scripta dei sua probant, & p sua dei scripta declarant. Cap. 18.

*Luthe.*

Nona argumentatio ex pugna patrum inter se inuicem sic ponitur. Iam quanti errores in omnium patrũ scriptis inuenti sunt? Quoties sibi ipsis pugnãt? Quoties sibi inuicem dissentiunt? Quis est qui non sæpius scripturas torserit? Quoties August. solum disputat, nihil diffinit? Hieron. in commentarijs fere nihil asserit. Qua autem securitate possumus alicui niti: quem constiterit sæpius errasse, sibi & alijs pugnasse, scripturis

vim feciſſe, nihil aſſeruiſſe, niſi authoritate ſcripturæ nos omnia eorum cũ iudicio legerimus? Nullus attigit ſcripturæ æqualitatem, ſicut nec debuit: quãquam vetuſti illi propius acceſſerint, quòd in ſcripturis diligẽtiores fuerunt.

## Catho. CAP. XXI.

Nona reſpõſio. Pugnarũt patres ſæpe, & ſibi, & ad inuicẽ: vnde nos nõ ſemper, nec omnes, nec in omnibus: ſed tãtum in ea, quã conformiter omnes, aut eorũ maior, ſeu ſanior pars ſententiã tulerint, eos ſequendos irrefragabiliter dicimus, mõſtrauimuſq;. Pugna autẽ eorũ, & in ſuis ſcriptis diſſenſio, & ab inuicẽ, & à ſe manifeſtũ ſignum eſt, eos in illis vera dixiſſe, in quibus omnino ſine diſcrimine cõuenerunt. Nã rogo, tot homines ſic liberi, ſic ſancti, ſic docti, ſic alias ſuæ ſententiæ tenaces: totiens diſtincta tenentes, nec à ſe, nec ab alijs diſſentire timẽtes: quomodo potuerunt eandẽ penitus, ad idẽ dubium ſententiã ferre, niſi eſſent ab ipſius rei veritate coacti, maxime ſub eiſdẽ temporibus, & in diuerſis locis diffinientes? Nequaquã. Dicas tu Luthere quicquid libuerit: nos catholici tãto magis patres vere dixiſſe credimus, in quę cõformiter firmarunt, quãto eos nouimus, alias ſibi, & ab inuicẽ diſſenſiſſe. In rebus enim grauiſſimis, quales ſunt, quæ religionis ſunt fidei, & morum nequibant ipſi ſic ad vnũ venire, niſi eos ſpiritus dei pacis, & vnitatis amator ad concordiã vocaret, quo ſancta Eccleſia viuificatur, & regitur. Cæterum, ſi patres expellis, quia ſibi & ad inuicem aliquando pugnarunt: quomodo tu ſolus audiri vis, homo qui contra omnes pugnas, & tibi ipſi ſępiſſime contradicis? Namq; quòd aduerſus omnes pugnes

* Patres in quibus ſunt irrefragabiliter audiendi. Supra cap. 12

* Pugna patrum in multis eſt ſignum euidens veritatis pro illis: in quibus ipſi cõformiter ſunt loquuti.

* Optima argumenti Lutheri in eundem retorſio ob id q. ipſe cum omnibus pugnet & ſibi ſit ſæpiſſime contrarius.

ipsis tuis, quos etiam monitus publicasti articulis constat, quòd autē tibi contrarius sis: tum & eisdem articulis quos reuocasti ad peiora: tum ex illis quæ antea protestatus eras, fit notum. Tu enim primum, quū tuas cōclusiones obtuleris disputandas, protestabare in hac forma. Protestor, inquis, me prorsus nihil dicere aut tenere velle, nisi quod in, & ex sacris literis primo, deinde in ecclesiasticis patribus ab ecclesia Romana receptis hucusque seruatis, & ex canonicis ac decretalibus pontificijs habetur, & haberi potest. Iterum in actis tuis ita continetur. Hodie protestor me non esse mihi conscium aliquid dixisse, quod sit contra sacram scripturam, ecclesiasticos patres, aut decretales pontificū, aut rectam rationem. Ecce tuas protestationes Luthere. Quæso, agnosce te tuaq; in te, & in tuis: & videbis simul, quàm iusto iudicio ab omnibus varius comproberis, qui nunc cunctos sanctos patres, omnesq; pontificum sacros canones explodis, quos ante approbasti. Sic si patres non audiendos iudicas, quia alias sibi & ad inuicē pugnarunt, necesse est te ipsum non audiēdum fatearis, qui tibi sæpe, & alijs semper contradicis. Vnde hoc tuo iudicio non te tibi fidere debuisti, in eo lapsus, propter quod non fore alijs fidendum dicis. Porro qui hic affirmas omnes patres circa diuinas scripturas erra sse. Dic, rogo, vbi erat illarum manifesta claritas, quam prædicas? aut quomodo illam lucem non viderunt ij mundi corde, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, Athanasius, Cirillus, Chrysostomus, Basilius, Hilarius, Cyprianus, alijq; sancti & docti? Vbi erant istorum sanctitas, & doctrina seu eruditio? quomodo per suam sanctitatem veram

* Prima Lutheri protestatio a qua postea cecidit in peius professiōs/vt & in hoc perditi hominis manifestam conditionē à Paulo pro nostra instructione expressam teneret.

* Non debuit sibi fidere luther? eo lapsus/quo a liis non fore fidēdum dicit.

intelligentiam non acceperunt diuinitus, aut per doctrinam non inuenerunt humanitus? Væ tibi. Aut rogo, si isti non, qui alij lucem hanc inuenire valebunt? An forte non petierunt illam dari sibi, tãquam panem quotidianum suis filijs spiritualibus subministrandum? Absit talia de tantis patribus existimare. Præterea si, vt inquis, omnes patres sanctos & doctos in diuinis scripturis errare vidisti, quare vt tibi timeres, tibi non dixisti: Si in viridi ligno hęc fiunt, in arido quid erit? Vt vel sic tremebundus ad ecclesiam columnam & firmamentum veritatis confugeres? Luc. 23.

## CAP. XXII.

Quæris, qua securitate possumus alicui niti, quem cõstiterit sæpius errasse, sibi & alijs pugnasse, scripturis vim fecisse, nihil asseruisse. Respondemus, si quæ asserit, aliquo miraculo vero, quod à solo deo esse potest: vel sacra scriptura, non authoritate humana, sed diuina allata, spiritu sancto inspirante: vel determinatione ecclesiæ, quæ columna & firmamentum veritatis est: vel generali consuetudine, & antiquissima ecclesiæ, vel conformi patrum aliorum sententia: vel etiam aliqua euidenti ratione ex aliquo horum deducta monstrauerit. Hæc enim sunt, quæ vel omnia, vel singula apud fideles Christi, res religionis fidei scilicet, aut morum irrefragabiliter probant. Apostoli sua, aliquãdo miraculis, aliquãdo scripturis, aliquãdo etiã cõcilio determinarũt. Patres etiam qui post Apostolos in Apostolorum loco successerunt, sua aut per miraculũ, aut per scripturam, aut per ecclesiam, aut per consuetudinẽ, aut per conformẽ maiorũ sententiam probarũt.

Qui aliis pugnat quo credendus sit.

Miraculis & scripturis sæpe concilio. Act. 15.

Sic Augustinus pro vnico baptismo concilium.

pro libero arbitrio/scripturam/ pro peccato originali paruulorũ conformẽ patrũ sententiam in expositione scripturarũ adduxit.

Multa hic de his dicenda erant: sed quia infra omnia per singula tractanda sunt in articulis, ideo modo satis. Quærantur cuncta hæc in suis locis, in quibus amplissime per singula probantur.

*Luthe.*

Decima argumẽtatio ex dictis Augustini, quasi eo iudice liceat omnes interpretes expellere, sic habetur. In qua re ne iuste videantur vociferari, præclarissimũ exemplum habeo Augustini, quod sæpius adduxi, & quia surda eum aure transeunt, sæpius inculcare oportet: vbi dicit in epistola ad. D. Hiero. Ego solis eis libris qui canonici dicuntur, eũ deferre honorẽ didici, vt nullum eorum scriptorẽ errasse firmiter credã. Cæteros vero quantalibẽt sanctitate doctrinaq; præpolleant, ita lego, vt non ideo verum credam, quia ipsi sic senserũt, sed si per canonicas scripturas, aut rationem probabilem mihi persuadere potuerunt. Cur non & hunc Aug. arrogantiæ arguũt, qui prorsus omnes ad vnum tractatores scripturæ cõtemnere audet, quatenus scripturis, & rationibus non persuadent: & nobis idem faciendum docet. Lib. 3. de Trin. d. Noli meis literis velut canonicis inseruire.

Catho. CAP. XXIII.

Epistola. 19. quæ est ad Hieronymum/ & in prol. lib. 3. de Trin.

Decima responsio. Dixit quidem Augustinus hæc quæ refers, sed longe ad alium sensum. Non enim vt authoritatem à patribus, patrumq; sententijs negaret. Absit, sed vt authoritatẽ diuinarum scripturarum super omnia patrum scripta ostenderet, cõmendaretq;. Adeo maxime, quòd scripta dei tantum authoritatis, grauitatis, maiestatis, & excellentiæ habeant, vt ipsa sua assertione, etiam si non intelligantur, aut impossi-

*Non voluit Augustinus in illis verbis authoritatem patrũ infringere: sed docuit eã ab excellentia canonicæ authoritatis deficere.

bilia videantur, sine hæsitatione credantur. Sic vt sua assertio, sua sit sufficientissima probatio: quod nequaquã vlla hominum scripta vnquã habuerunt. Vnde licet contra patrum cõmentaria inquirere, disputare: aliquãdo etiã determinare, si à scriptura, vel ecclesia, vel vniuersali & antiquissima consuetudine ecclesiæ, vel etiã si à patrum conformi sentẽtia recesserint. Horum autem nihil contra diuinam scripturam præsumere, ne dum facere licet. Augustinus ergo hoc voluit. Eccle sia etiã hanc Augustini catholicam sententiam in illis suis verbis approbauit, approbatque hodie. Verum quia sapientibus, & insipiẽtibus debitores sumus, vt cũcti nouerint hãc fuisse Augustini mentẽ expressã, placet sua verba integraliter fideliterq; referre. Sic enim ad Diuũ Hieronymũ scribẽs, inquit. Ego enim fateor charitati tuæ: solis eis scripturarũ libris, qui iã canonici appellãtur, didici hunc timorẽ honorẽq; deferre, vt nullum eorũ authorẽ scribẽdo aliquid errasse firmissime credam. Ac si aliquid in eis offendero literis, quod videatur contrariũ veritati, nihil aliud quàm vel mẽdosum esse codicẽ, vel interpretẽ nõ assecutũ esse quod dictũ est, vel me minime intellexisse non ambigã. Alios autẽ ita lego, vt quãtalibet sanctitate doctrinaq; præpolleãt, nõ ideo verũ putẽ, quia ipsi ita senserũt: sed quia mihi, vel per illos authores canonicos, vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt. Nec te mi frater sentire aliquid aliter existimo: prorsus inquam nõ te arbitror, sic legi tuos libros velle, tanquam prophetarum vel Apostolorũ: de quorum scriptis, quod omni errore careant, dubitare nefarium est. Hæc Augustinus. Sic ipse scripsit:

Dist. 9. cap. Ego solis

Epist. 19

* Monstrat mẽs Augustini ex suis verbis manifestis in variis locis.

sic tu sua verba referre debuisti. Idē clarius pro eodē contra Faustum. Differentiā diuinarū, humanarūq; scripturarum notans, inquit, Quod genus literarum (id est humanarum) non cum credēdi necessitate, sed cum credendi libertate legendum est. Cui tamen ne intercluderetur locus, & adimeretur posteris ad quæstiones difficiles tractandas atq; versandas, linguæ ac styli saluberrimus labor, distincta est à posterorum libris excellentia canonicæ authoritatis veteris, & noui testamēti. Quæ apostolorū cōfirmata tēporibus, per successiones episcoporū, & ppagationes ecclesiarū tāquā in sede quadā sublimiter cōstituta, cui seruiat omnis fidelis, & pius intellectus. Ibi si quid velut absurdū mouerit, nō licet dicere, autor huius libri nō tenuit veritatē, sed aut codex mēdosus est, aut iterpres errauit, aut tu nō intelligis. In opusculis autē posterorū, quæ libris innumerabilibus cōtinētur, sed nullo modo illi, sanctissimę canonicarū scripturarū excellētiæ, coęquātur, etiā in quibuscūq; eorū inuenitur eadē veritas, longe tamē est impar authoritas. Hæc Augustinus. Ecce quòd vbiq; eandem quā nos ponimus, & Augustinus ferme per eadē verba ponit sententiā. Non quod scripta patrū habere authoritatē neget, sed quod illa multo minorē quā diuina scriptura, habeāt, cōcedat. Cæterū quātū Augustinus ipse deferat cōcilio vniuersali, cōsuetudini generali ecclesiæ, ac patrū cōformi sentētiæ, infra suis locis ostēditur. Videat qui voluerit, præsertim articulo sexto per totum: quo loco multa Augustini dicta pro authoritate sanctorū patrū adducūtur.

Lib. 11. cap. 5

Art. 4. & 6.

*Luthe.*

Decima prima argumentatio ex dicto Hilarij, quo

vult scripturæ sensum ab illa esse referendum, & non afferendum: quasi sola scriptura habeat declarare sese nullo alio audito, sic ponitur. Et Hilarius vel inter primos in suo de Trinit. libro primo dicit. Optimus interpres hic est, qui sensum è scriptura potius retulerit, quàm attulerit: nec cogat hoc in dictum contentum videri, quod ante intelligentiam docere præsumpserit. Ecce hic insignis author vult è scripturis referri, non afferri in scripturas intelligentiam. Non ergo hoc est elucidare sapientiam (de quo gloriantur) multa patrũ dicta congerere, & ex ijs scripturam intellectam præsumere: sed è scriptura intelligentia relata, & per sui solius collationẽ elucidata, illorum dicta iudicare. Sic & beata virgo conferebat verba omnia in corde suo.

## Catho. CAP. XXIIII.

Decima prima responsio. Optime dixit Hilarius: nosq; cum illo constanter clamamus: optimum interpretem illum esse, qui sensum è scriptura potius retulerit, quã attulerit: nec cogat hoc in dictum cõtentum videri, quod ante intelligentiam docere præsumpserit. At hoc nihil est aliud, quàm illum optimum interpretẽ dicere, qui diuinas scripturas nõ proprio spiritu sui legentis, sed dei spiritu per eas loquẽtis interpretatur. Talis enim nõ est dubium, quin omnium interpretũ optimus sit. Sic Hilarius dixit: sic Augustinus docuit: sic Ecclesia determinat: sic nos ingenue confitemur, vt supra per multa habitum est. Sic autem sanctorum patrũ conformis sentẽtia in intelligẽtia scripturarum optimus interpres erit, proprium sensum è scriptura referẽs, & nõ afferẽs. Mõstratur quia sanctissimi & doctissimi, ac alias suum videre secuti, non potuerunt ad

* Optime dixit Hilarius / sed id quod nos dicimꝰ

cap. 9.

* Cõformis sententia patrum diuinæ scripturæ optimus est interpres. Sic Augustinus contra Iulianum Pelagianum. Art. 6

conformem sententiã venire, nisi aut manifesta veritate scripturarum coacti, aut diuina reuelatione superius illuminati. Multa hic dicenda erant, quæ quia infra proprium locum habent, in quo de authoritate patrum futurus est sermo modo missa facimus. Cæterũ si tibi placuit Diuus Hilarius, vt hic etiam illum confitearis insignẽ authorẽ: quomodo hunc insignem authorem in libro de synodis pro Ecclesia, & vniuersali concilio clamantem non audis? An non idem Hilarius vtrobiq;? Absit: Porro beata virgo domina nostra con

Luc. 2

* Virgo semper Maria domina nostra / quomodo conseruabat verba conferens in corde suo.

seruabat omnia verba illa, conferens quidem in corde suo: sed non quasi incredula, per collationẽ ad scripturas creditura. Non enim nõ credebat, quæ omnia illa optime nouerat: sed conseruabat conferẽs, hoc est meditans, ac contemplans diuinam bonitatem, clementiam, & amorem: cuncta memoriter voluens, quæ illuminationibus scripturisq; fuerat edocta. Inde in amorem dei cum gratiarum actione magis ac magis accendenda, in se cernens à prophetis longe ante prædicta. Virginem concepisse, peperisseq; in Bethleem, virgam de radice Iesse egressam, florem de radice eius ascensum, quorum omniũ testimonia in diuersis prophetis legerat. Comparat ergo verba prophetarum factis, non vt per hanc collationem de nouo credat, alias non creditura: sed vt fortius, intensius, amicabiliusq; hæreat? Et quid? Cõferebat quidem beata virgo quæ audierat, sed nec ob id authoritatem ecclesiæ, aut conformem patrũ sententiam negabat. Absit.

*Luthe.*

Decima secũda argumẽtatio, ex quibusdã scripturarũ dictis à se perperã intellectis, sic est. Quod si vt hoc

auderemus,& deberemus, Augustinus, & Hilarius, alijq; nõ docuissent, nõne Paulũ habemus ad Thessa. dicentem. Omnia probate, quod bonum est tenete: & Galat. 1. Si quis aliud euangelizauerit, præter id quod accepistis anathema sit: &. 1. Ioan. 3. Probate spiritus vtrum ex deo sint. Has certe Apostolicas monitiones necesse est omnes contemnere, si quælibet patrum dicta oportet absq; iudicio admittere. Iudicio, inquam, spiritus, quod nullis nisi sacris literis voluit includi & contineri.

## Catho. CAP. XXV.

Decima secunda respõsio. Apostolus est qui te dãnat, o Luthere, etiam nobis tacentibus. Ipse enim Ecclesiam dixit columnam & firmamẽtum veritatis, ipse Hierosolymam petijt, prædicationem suam collaturus cum fratribus, ne cũ alijs prædicasset, reprobus efficeretur: ipse cum fratribus Apostolis, & senioribus concilium celebrauit: cessasse legalia determinauit, ac nonnulla obseruanda imposuit: ipse præcipiebat obseruari traditiones seniorum: ipse Ecclesiã cõmissam pastoribus, & doctoribus regendã illuminãdãq; ab illis dixit: ipse quæ verbo tenus, nec per scripturam dixerat, summopere obseruãda fore asseruit. At qui omnibus his docuit obediendũ, vtiq; non solam scripturam pro rebus Christianorũ finiendis, imo & scripturã, & multa alia fecit certissimos iudices. Rogo, Si Ecclesiam nolebat audiri, quomodo eã columnam & firmamentum veritatis nominabat? Si conciliũ parui pẽdebat, quomodo ad fratres cum illis sua conferre veniebat? Dixeris forte, quia fratres sancti & docti erant. Respondemus, etiam Paulus sanctus, & doctus

*Paulus damnat Lutherum. 1. Timo. 3. Galat. 2. Act. 15. Ibi. Act. 20.

2. Thes. 2. Paulus inquã Lutherum damnat, quia scripturam, sed nõ solam scripturã imo & multa alia in ecclesia dei dixit audienda fore.

erat, vas electionis, qui nō ab homine, nec per hominē, sed à deo, & patre domini nostri Iesu Christi euangelium acceperat. Si patres pastores, & doctores cōtemnebat, quomodo ecclesiā eis cōmissam esse prædicabat? illuminandā ac regendā dicebat? Aut si solā scripturā audiendā iudicabat, quomodo quæ solo verbo docuerat, obseruari præcipiebat? Voluit quidē Apostolus scripturā, sed nō solam scripturā, imo & multa alia apud Christianos audiri. Nēpe scripturā, ecclesiā per suas determinationes, antiquissimas, ac generales cōsuetudines, patrūq; conformes sentētias. Multa hic de his omnibus dicenda erant, sed quia infra singula suos habent speciales articulos, supersedemus. Placet tamen interim ad hæc quæ ex diuinis scripturis adducis loca sigillatim respondere.

* Si Paulus solā scripturā obseruari voluisset, q̄ solo verbo docuerat non eom mendasset.

## CAP. XXVI.

Dixit quidem Apostolus. Omnia autem probate, quod bonum est tenete, bene quidē & optime. Erant enim apud Thessalonicēses, & veri prophetæ: & fallaces quidā, ac subdoli: & quia minus compertum illis erat, vtrinā horum ex deo essent, & veridici, simul omnibus aduersabātur, & cunctorū dicta improbabant. Paulus autem hoc corrigens, ne cū falsis veri prophetæ expellerentur, dixit potius omnes audiendos prius admonens. Spiritum nolite extinguere: prophetias nolite spernere. Verum ne hoc verbo accipiendos fore etiam falsos prophetas cum veris intelligerent, & sic omnes admitterent, quemadmodum ante omnes expellebant, subdidit. Omnia autem probate: quod bonum est tenete, id est omnes audite: omnesq; probate examine iudicij: & quod bonū à vobis probatū fue-

1. Ad thessa. 5 Fecit Paulus ne cum falsis veri/ sed soli falsi essēt exposi.

rit,tenete. Sēsus iſte manifeſtus,& clarus eſt:quo vult Apoſtolus,nos nō niſi cū delectu verba hominū accipere. Verū hic nō exprimitur ad quā regulam, vel ad quē iudicē hominū de deo loquentiū verba examinā da ſunt. Vnde locus iſte nihil omnino ad præſentē diſputationē expectat. Non enim de probatione humanarū ſententiarū diſputamus:ſed tātum de eo, quo humana verba probari, aut improbari habēt:quod Apoſtolus in hoc loco non determinat. Quid dico? Imo locus iſte noſtrā ſentētiā firmat. Nāq; ſi hac determinatione Apoſtoli,dicta hominū probanda ſunt,vt ſunt, ad quem iudicem examināda erunt,niſi Eccleſiā,quā Apoſtolus ipſe colūnam & firmamētum veritatis vocat? Iterum,ſi dicta hominū examināda ſunt,vt reuera ſunt:abſque dubio per eos doctores Eccleſiæ,& patres animarum examināda ſunt,quibus deus optimus maximuſq; ſuam Eccleſiam commiſit regendam,illuminādāq;. At Paulus tales dicit,paſtores & doctores.

* Vult apoſtolus hic vt verba hominū / hominēſq; cū delectu accipiamus/ ſed qua regula iſta probāda ſint hic nō explicat/ explicat tamen alias/quando eccleſiā firmamentum veritatis dixit.

* Caſſiodorus ad hoc optime dixit cuius verba infra ponuntur. Lib.1. art.6 cap.9

I. Corinth.12 Et ad Ephe.4.

## CAP. XXVII.

Dixit etiā Apoſtolus. Si quis aliud euangelizauerit præterquā quod accepiſtis,anathema ſit. Verū in hoc, nō eos qui pluſquā ipſe,ſed eos qui cōtra quæ ipſe prædicauerat,prædicarēt,percutit. Apoſtolus enim legalia ceſſaſſe dixerat:Galatæ autē neſcio à quibus faſcinati legalia obſeruabāt,quaſi lex cū euāgelio curreret. Apoſtolus hoc nō paſſus inquit. Miror, q; ſic tam cito trāſferimini ab eo qui vos vocauit in gratiā Chriſti,in aliud euangelium, quod non eſt aliud,niſi ſunt aliqui, qui vos conturbant, & volūt conuertere euangelium Chriſti. Oſtēdēs autē ſuam prædicationē veriſſimā, certiſſimāq; eſſe,neq; poſſe à quouis hominum cōtra

Ad galat.1

* Paulus non dānat eos qui pluſquā / ſed eos qui aliud prędicarēt.

Gal.1.

eam aliquid adfirmari subdidit. Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis, præterquam quod euãgelizauimus vobis, anathema sit. Sicut prædixi, & nũc iterum dico. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Verba ista Apostoli maxime cum præcedentibus sumpta, monstrant satis, nõ eum Paulum anathematizasse, qui plusquam ipse euãgelizauerat Galatis, euãgelizaret: sed eum tantum qui contra suã doctrinã prædicaret: quẽadmodũ illi Galatarũ cõturbatores cõtra doctrinã Apostoli, legalia obseruãda firmabãt. Nãq; si Paulus omnes, qui plusquã ipse prædicauit, prædicarent, anathematizaret, iam euangelistas alioſq; Apostolos anathematizasset, qui multa alia dixerunt, quæ ipse Galatas non docuerat. Absit autem hoc. Quid ergo? Proculdubio nõ loquitur aduersus eos qui plura, sed tantum aduersus eos qui contraria prædicarent. Augustinus ad hoc optime dixit. Admonitio beatissimi Apostoli, de cordibus nõ recedat. Si quis vobis euãgelizauerit præterquã quod accepistis, anathema sit. Non ait plusquam accepistis, sed præterquam quod accepistis. Nam si illud diceret, sibi ipse præiudicaret, qui cupiebat venire ad Thessalonicenses, vt suppleret quæ illorum fidei defuerunt: sed qui supplet quod minus erat, addit, nõ quod inerat tollit. Quid clarius?

* Verba Pauli: materia subiecta/ de qua erat sermo: & aliorum Apostolorum euangelistarum; gesta ostendunt satis/ ipsum/ nõ eos qui plus/ sed eos qui cõtra prædicarent/ dãnasse.

* Augustinus ad hoc optime pro præterquã exponit. i. aliud. Extract. euang. secund. Ioan. 98. Extract. Psal. 103.

## CAP. XXVIII.

1. Ioan. 4

Dixit insuper Apostolus Ioãnes, discipulus, inquã, ille, quem diligebat Iesus. Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate prius si ex deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ exierũt in mũdum. Verũ quidem, ac optimum dicit, sed nec contra nos: imo nec ad

propoſitum præſentis diſputationis eſt. Non enim de probatione ſpiritus, an facienda ſit, quam omnes faciẽ dã ingenue confitemur, ſed tantum de iudice: quo regulãte, fieri habeat, diſputamus. Hæc cõtrouerſia eſt præſens. Tu dicis ſolam ſcripturã apud Chriſtianos, quæ religionis ſunt probare: nos autẽ dicimus ſcripturã: ſed non ſolã ſcripturã: imo multa alia, ſcilicet miraculum verum, eccleſiã vniuerſalẽ inſe, concilĩ vniuerſale, generalẽ & antiquiſſimã cõſuetudinẽ eccl'iæ, ac tandẽ ſanctorum patrum conformẽ ſententiã illud idem mõſtrare. Aliud ergo Ioãnes ibi dixit, aliud nos hic diſputamus. Cæterum ſi naturas rerum intellígentiaſq; diuinarum ſcripturarũ oculatius perpẽdamus, Ioannes ipſe contra te o Luthere, ad noſtras loquitur partes: dicit enim in eadem contextura: In hoc cognoſcitur ſpiritus dei. Omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtũ in carne veniſſe ex Deo eſt. Quid ergo? Proponamus cum Ioãne. Nõ omnis ſpũs eſt ſtatim credẽdus, ſed prius ꝓbãdus vtrũ ex Deo ſit. Subſumamus cum eodẽ. Omnis ſpũs qui confitetur Ieſum Chrm in carne veniſſe, ex Deo eſt. Concludamus cum ſctã Eccleſia. Ergo ſpiritus patrum audiendus, recipiendúſq; eſt: quia ipſi maxime poſt Apoſtolos & diſcipulos domini viri ſancti, doctores illuſtrati, approbatiq; veris miraculis Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, confeſſi ſunt vita & doctrina: hoc eſt verbo & exemplo.

* Nõ eſt quæſtio præſentium perſonæ & dicta perſonarũ ſint probanda: ſed quo iudice id fieri debeat.

* Oſtenditur Diuus Ioãnes cõtra Lutherum ad noſtras loquitur partes.

* Optima argumentatio.

## CAP. XXIX.

Olim ſub lege, etiam prophetarum probãdus erat ſpiritus, ne falſus propheta pro vero admitteretur: ſed quo examinandus erat, non ſic manifeſtũ fuit. Primũ enim euentus rei determinatus iudex fuit: vt illud dei

* Apud Iudæos olim probandi erant prophetæ, ne falſus ꝓ vero acciperetur.

ſpũ crederet dictũ, q̃ à propheta prænunciatũ, eueni ret. Vel, vt aliqui volunt, ille in illo verus propheta cre deretur, quod miraculo cõfirmaret. Poſtquã enim do minus falſos prophetas vitãdos præceperat, ſubdidit. Qđ ſi tacita cogitatiõe reſponderis: quomodo poſſum intelligere verbũ qđ dñs non eſt locutus? hoc habe bis ſignũ. Quod in noĩe dñi propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc dñs nõ eſt loquutus, ſed per tumo rẽ animi ſui propheta confinxit: & idcirco nõ timebis eum. Verũ quia via hæc veros prophetas à falſis diſcer ni difficulter oſtendebat: tũ quia falſus propheta virtu te dæmonis multa potuit cognoſcere, prædicereq; fu tura ex naturalibus cauſis neceſſario dependentia, aut per applicationẽ actiuorũ ad paſſiua, a ſe faciendã: tũ quia potuit aliquod futurũ a vero propheta audire, & tanquã ſuum proponere: tũ grauius quia multi veri ꝓ phetæ nõnulla futura prædixerũt, quæ nõ euenerũt: velut Eſaias mortẽ Ezechię, & Ionas ſubuerſionẽ Ni niuę certior hominibus, ſeu potius manifeſtior regula ſtatuta eſt, ex doctrina perſonarum habẽda. Hoc eſt, vt ille verus propheta crederetur, qui quod prędiceret & veniret, oꝑibus cõprobaret, à lege dei nullatenus re cedendo: ille autẽ falſus, qui quicquid prædixiſſet, à le ge deuiaret. Sic enĩ habetur. Si ſurrexerit in medio tui prophetes, aut qui ſomniũ vidiſſe ſe dicat, & prædixe rit ſignũ atq; portentũ, & euenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi: Eamꝰ & ſequamur deos alienos, quos igno ras, & ſeruiamus eis. Nõ audies verba prophetæ illius, aut ſomniatoris, quia tentat vos dñs deus veſter, vt pa lã fiat vtrũ diligatis eũ, an non: in toto corde, & in tota anima veſtra. Sed nec iſta regula manifeſta erat. Nãq;

Deut. 18.

*Via ſeu regula probãdi veros ꝓphetas.

Difficultas in examinando veros prophetas.

*Quidam veri prophetæ prædixerunt/quæ non euenerunt.

*Regula magis certa ꝓ veris cognoſcendis.

Deut. 13.

ꝓhibitū erat in lege, extra atrium tabernaculi sacrificium offerre. Dauid autē in area ornā Iebusei: Helias in monte Carmelo. Gedeon quoq; sub quercu sacrificarunt. Qui omnes, quantū fuerint probati viri, ac ista eorum facta ab omnibus approbata: diuina testatur scriptura: Quæ tñ non nisi ex eorū approbata vita, ꝓbata sunt.

* Leuit.17. & Deut.12.

2.reg.vlti.

3.reg.18.

Iudic.6.

## CAP. XXX.

Nunc etiā sub euangelio idē nobis præceptum est: nec solū Apostolorum, imo & Christi verbis, quibus dicitur. Attēdite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimētis ouiū: intrinsecus autē sunt lupi rapaces. At quantum sit difficile lupum ouinā pellē vestitum agnoscere, manifestum est: & quid dico, lupum in ouē vestitum: imo & in angelum lucis, & ministrum Christi transfiguratum, etiā cum operatione signorū falsorum, vt Paulus testatur. Audacter, sed vere dico. Difficile est hos tales cognoscere: non autem impossibile. Si enim impossibile esset, nobis præceptum non foret. Possibile ergo est, illos cognoscere: sed qua regula: aut quo iudice cognoscēdi sunt: Saluator ipse docuit, dicens. A frūctibus eorum cognoscetis eos. Sic ergo, si veri prophetæ a falsis: si bonus spiritus a malo: si ministri Christi a ministris diaboli, hac vna regula ex operibus sumpta cognoscendi sunt, vt reuera sunt, quia non est participatio lucis ad tenebras, nec conuentio Christi ad Belial, sancti patres ministri Christi fuere, ac velut veri prophetæ accipiendi sunt: quos Deus optimus tot miraculis approbauit, bene sancteque vixisse.

Apud nos Christianos quoq; videndum est, qui veri, & qui falsi Christi ministri sunt.

2.Corint.11. 1.Thessal.2. Math.7.& Math.24.

* Optima regula Saluatoris nostri pro discernendis veris prophetis a falsis, ex qua euidenter concluditur, nostros sanctos patres veros christi ministros fuisse: ac ob id ab omnibus audiendos.

*Luthe.*

Decima tertia argumẽtatio ex factis aliorum erga dicta Apostoli, sic ponitur. Atque vt satius quod mirẽ tur dicã, legimus in actis Apostolorũ. ca. 17. quòd ij qui cum omni auiditate verbum Pauli audierant, quotidie scrutabantur scripturas, si hæc ita haberent. Si ergo Pauli Euangelium seu nouum testamentum oportuit probari per veterẽ scripturã, an ita haberet: qui tamẽ authoritatẽ habuit à deo sibi datã sicut Apostolus, vt eius verbo crederetur, quid nos facimus, qui patrũ dicta, quorum nulli, fuit authoritas noua docendi, sed tãtum accepta per Apostolos cõseruãdi, nolimus ad scripturæ iudicium vocari?

Catholi. CAP. XXXI.

Pauli mos erat ab eis quæ de saluatore nostro p̃dicta erant incipere.

Decima tertia respõsio. Pauli mos vbiq; seruatus ille erat, quo Iudæis prædicãs, primũ omniũ Christũ eis, ac ea quæ de ipso, & regno eius erãt in lege & ꝓphetis psalmisq; nunciaret. Hoc enim ipse testatur nõ semel. Cap. 24. Nãq; in actis apl̃orũ accusatus præsidi dixit. Potes enĩ cognoscere, quia nõ plus sunt mihi dies q̃ vndecim, ex quo ascendi adorare in Hierusalẽ, & neq; in tẽplo inuenerunt me cũ aliquo disputantẽ, aut concursum facientẽ turbę: neq; in synagogis, neq; in ciuitate, neq; probare possunt tibi de q̃bus nunc me accusãt. Cõfiteor aũt hoc tibi, q̃ secũdm sectã, quã dicunt hæresim, sic deseruio patrio deo meo credẽs oĩbus quæ in lege & ꝓphetis scripta sunt, spem hẽns in deũ, quã & hi ipsi expectãt resurrectionẽ futurã iustorũ, & iniquorũ. In hoc & ipse studeo sine offẽdiculo conscientiã hr̃e ad deum, & ad hoĩes semper. Cap. 26. Infra corã Festo dixit. Auxilio aũt adiutus dei vsq; in hodiernũ diẽ sto; testificãs minori

Pauli prima prædicatio præferri apud Iudæos/ Christum ex prophetis & lege annunciare.

atq; maiori, nihil extra dicens quàm ea quæ prophetæ locuti sunt futura esse: & Moses. Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annũciaturus est populo & gentibus: infra etiam quibusdam sibi dicẽtibus. Rogamus autem à te audire quæ sentis, ac constituto die ad se in hospitium venientibus exponebat testificans regnum dei, suadensq; eis de Iesu: ex lege mosi & prophetis, à mane vsq; ad vesperam. Sic autem non mirum q̃ audientes scrutarentur scripturas: si hæc ita haberẽt. Iudæi enim erãt nobiliores eorũ qui sunt Thessalonicę, ac obid legi & prophetis deditissimi. Aut rogo. Paulus doctissimus, prudẽtissimusq; cõcionator, quid potuit primũ nũciare Iudæis, nisi qđ in eorum lege contentum erat? Aut quomodo corda eorum sedaret, quibus Christus scãdalũ erat, nisi primũ quod ex eorum principijs lege scilicet & prophetis probaretur, nũciaretur? Alias enim, vbi esset illius prudentia, mansuetudo, ac benignitas, quæ maxime prædicatorem Euangelicũ addecent? Aut quomodo qui sese q̃ scripturas vincí nouerant, scripturas non scrutarent? aut vt facilius, aut vt feruentius crederent? Rogo similiter vbi esset illorum prudentia, si hanc scrutationem negligerẽt qua seu facilius, seu feruẽtius traherentur? Cæterũ si dum dicis (Si ergo Pauli euãgelium seu nouum testamentum oportuit probari per veterem scripturam an ita haberet. Quid nos facimus, qui patrum dicta quorum nulli fuit authoritas noua docẽdi: sed tãtum accepta per Apostolos conseruandi, nolimus ad scripturæ iudiciũ vocari) sentias nihil in nouo testamẽto admittendum fore, quod ex veteri probatum nõ fuerit: falsum, impium, & hæreticũ est. Sunt enim multa

Cap. 28.

*Cõtra hominẽ ex propriis principiis arguendũ est primum.

1. Corint. 1. *Christus iudæis scandalum gentibus autẽ stultitiam debuit primũ iudæis ex illis / q̃ apud eos nota erant enunciari.

Non omnia particularia quæ in nouo testamento sunt / ex veteri probari possunt.

in euangelio quæ euidenter ex lege probari nequeant: velut articulus trinitatis, multaq; alia: sed de hoc plura statim. Porro quod addis, patres nō quidem noua prædicandi: sed bene per Apostolos accepta conseruandi, authoritatem accepisse, accipio libēti animo. Et de ore tuo te iudico serue nequam. Nanq; vbi est illa authoritas quam cōseruandi per Apostolos tradita acceperūt, si quæ Apostoli scripserunt conformiter loquentes, nō recte interpretati sunt, aut quæ Apostoli solo verbo docuerunt, nobis suis posteris per sua scripta, successiones episcoporum, & propagationes ecclesiarum non tradiderunt? An forte ex inuidia noluerunt, aut ex negligentia non curarunt recte interpretari nobisq; trāsfundere? O furor furorum, & insignis blasphemia in Deum, & sanctos eius. Quis sic insaniat?

* Patres habuerunt authoritatē prædicandi conseruādiq; quæ Apostoli tradiderunt: & ob id audiendi sunt in illis maxime quæ conformiter asserunt.

*Luthe.*

Decima quarta Argumentatio ex gestis Christi & Apostolorum extra propositum præsentis disputationis adductis sic habet. Deniq; non solum ipse Paulus sua omnia per vetus testamentum probat, vt in epistolis eius abunde videmus, adeo vt in procœmio epistolæ ad Roma. testetur euāgelium suum prædictum in scripturis sanctis per prophetas: sed & Petrus & omnes Apostoli etiam concilio congregati act. 15. per scripturas suas sua demonstrant. Quin & ipse Christus omnium dominus voluit per Ioannis testimonium comprobari: & voce patris de cœlo confirmari. Adhuc tamen frequentissime sua persuadet testimonio scripturæ, iubēs etiam Iudæis, vt scrutentur scripturas quæ testimonium perhibeant de eo.

## Catho. CAP. XXXII.

Decima quarta responsio: erat quidem nouũ testamentum in veteri sicut promissum in promittente, sicut figuratum in figura, aut sicut explicitum in implicito. Ezechiel ob id vidit rotam in medio rotæ iuxta quatuor animalia in quibus etiã erat spiritus vitæ. Vnde Hieronymus ait. Rota quoq; in rota, vel duorum iũctura testamẽtorũ est: quod indicat scala Iacob, & forceps Esaiæ, & gladius bis acutus. Paulus quoq; ideo dixit, Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus, segregatus in euangelium dei quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Saluator insuper: Nõ veni soluere legem, sed adimplere: iterum. Oportet impleri omnia quæ scripta sunt in lege, prophetis, & psalmis de me. &c. Nos per hoc valenter clamamus eãdẽ esse fidem, fuisseq; semper, nostram & antiquorum: differentem solum modo penes implicitum & explicitum, quibusdam etiam enunciabilibus à futuro ad præteritum mutatis, sic vt iã nũc Messiã credamus venisse, quẽ ipsi credebant venturũ. Paulus hoc docuit: qui Abrahã patrẽ fidei nostræ, nosq; filios eius secundum promissionẽ Isaac in quo vocabatur illi semen: filios inq̃ eius in fidei huius successionẽ appellauit. Erant præterea multa particularia noui testamẽti: in veteri explicita, qualia sunt aduentus Messiæ, & magna eius dignitas, tẽpus aduentus & locus natiuitatis, prædicatio eius, et opera, passio quoq;, mors, sepultura & resurrectio: multaq; alia quæ facile est mõstrare per singula. Talia aũt & olim p̃ scripturas veteris testamẽti p̃bata sunt, & nunc p̃ easdẽ p̃bari possunt.

Ezechiel.

*Quomodo nouũ testamentum erat in veteri.

Rom. 1.

Math. 5.

Eadem est fides nostra & ãtiquorum sed nos illã aliter explicam⁹ verba de futuro ad verba de præterito transferentes: & de hoc multa infra. Lib. 3. disput. 2.

*Multa particularia noui testamenti in veteri prædicta sunt.

Nec dubiũ quin ſufficiat nobis Chriſtianis hæc ꝑ ſuas ſcripturas manifeſtas apud Iudæos probare in ſalũatore noſtro fuiſſe completa. Valent enim hæc ipſum verum Meſſiam oſtendere: quo recepto, audiẽdus eſt omnino obtemperanduſq; velut ille, in quem iuxta legem, omne bonum Iudæorum, omniſq; eorum ſtatus ordinatus erat. Moſes pro Meſſia obtẽperãdo dixit. Prophetam ſuſcitabit vobis dominus de fratribus veſtris: illum audietis ſicut & me. Optime ergo ij fecerunt, qui hæc prima, principalia, ſufficientiaq; per expreſſas ſcripturas à Iudæis receptas Iudæis probarũt, quibus admiſſis cætera conſequenter admittẽda erãt. Cæterũ dicere, ꝙ ſaluator noſter, Apoſtoliq; omnia ſua, quæ noui teſtamenti ſunt, per vetus teſtamentum probarint, ferri non poteſt. Primũ enim ſaluator huic ſententiæ aduerſatur, diſcipulis dicens. Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare modo. Rogo, quomodo illa multa dicenda diſcipuli portare non valerent, ſi illa per ſingula ex veteri teſtamento ꝓbari poſſent? Paulus etiam inquiens: Mihi enim omniũ ſanctorũ minimo data eſt gratia hæc, in gentibus Euãgelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramẽti abſconditi à ſæculis in Deo, qui omnia creauit: vt innoteſcat principatibus & poteſtatibus in cœleſtibus ꝑ eccleſiã. &c. Quæſo, quod eſt illud ſacramẽtum à ſæculis in Deo abſcõditum: & per eccleſiam principatibus & poteſtatibus (bonis quidem & ſanctis) reuelandum: ſi omnia & ſingula particularia noui teſtamenti in veteri teſtamento expreſſa erant? Aut quomodo à ſæculis in Deo abſconditum, ſi ibi prædictum? aut quomodo poteſta

Deut. 18. *Multa in veteri teſtamento de ſaluatore noſtro dicta ſunt: quorum nonnulla apoſtoli & euangeliſtæ allegarunt.

Ioan. 16.

Ad Eph. 3.

tibus & principatibus in cœleſtibus erat occultũ, quod patriarchis & prophetis erat manifeſtum? Aut quomodo pro magna gratia ponitur eccleſiæ, quod fuerat ante ſynagogæ conceſſum? Audacter, ſed vere his diuinarum ſcripturarum verbis victus, non poſſe dico ſingulã particularia noui teſtamenti, ex veteri particulariter monſtrari. Hieronymus in cõmentariis ſuper illud Apoſtoli inter alia ad hanc noſtram ſententiam dixit. Si autem principatibus & poteſtatibus in cœlis, quas ſanctas miniſtraſq; dei accipere debemus: licet quidã principem aeris iſtius & angelos eius interpretẽtur, ignotafuit multiplex ſapientia dei, quæ nunc eis per eccleſiam reuelata eſt, quanto magis patriarchis, & prophetis ignota fuit? quos ſupra nõ ignoraſſe myſteriũ Chriſti, ſed ita vt Apoſtolos neſciſſe monſtrauimus. Multiplex quippe ſapientia dei: quæ ſermone græco, & vt ita dicã multipharia, πολυποίκιλος appellatur, ꝑ eccleſiã dei, nunc & principatibus, & poteſtatibus reuelata eſt. Quam olim deus futuram in ſua mente decreuerat, & nũc eſſe perfectam, ex eo quod videmus, agnoſcimus. Crux itaq; Chriſti non ſolum nobis, ſed & angelis cunctiſq; in cœlo virtutibus profecit: & aperuit ſacramẽtũ quod ante neſciebant. Deniq; ad cœlum cum corpore deum reuerentem mirantur, & dicũt. Quis eſt iſte qui aſcẽdit de Edom, fuluida veſtimenta eius ex Boſor: ſic formoſus in ſtola candida? Et in alio loco. Quis eſt iſte rex gloriæ? dominus virtutũ ipſe eſt rex gloriæ. Hæc Hieronymus. Aut ſi omnia particularia noui teſtamenti particulariter ex veteri monſtrantur, quomodo Hieremias dixit, Ecce dies venient, dicit dominus. Et feriã domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum non ſecũ-

Nequaquã omnia particularia noui teſtamenti ex veteri monſtrari.

* Pulchrũ dictũ Hieron. ad idem.

Eſai. 63.

Pſal. 23.

dum pactũ, quod pepigi cũ patribus vestris in die qua apprehendi manũ eorũ, vt educerẽ eos de terra Aegypti: pactum quod irritũ fecerunt, & ego dominus fui eorum? Quæso, quomodo hoc fœdus nouũ est, & nõ secundum illum, si omnia istius, etiã particularia particulariter in illo probentur?

*Optima ratio ex scripturis aduersus Lutherũ.

*Luthe.*

Decima Quinta Argumentatio quasi ab inconuenienti: irrisorie q; in nos fingitur sic. Alioqui si pontificibus, aut doctoribus solis fidendũ est, nec ad scripturæ tribunal vocãdi sunt, cur nõ scripturas sanctas explodimus, tanquã superfluas, & obscuriores, quàm vt eas possimus consequi? Eodem exemplo tandem & patres sanctos repellamus, receptis in locũ eorũ apertioribus, vt iactãt, theologis scholasticis, donec & ijs abiectis Aristotelẽ, & quo quisq; remotior à sacris literis, et sanctis patribus fuerit, duces habeamus: sicut reuera habuimus, & habemus. Tũ reuera erit, vt scripturas sanctas nõ solũ proprio spiritu nõ interpretemur, sed nihil nisi propriũ spiritũ, scripturis in totũ incognitis, reliquũ retineamus: & meris opinionũ nostrarũ turbinibus & ꝓcellis sine fine agitemur, sicut est dies hæc.

## Catho. CAP. XXXIII.

Decima Quinta Responsio. Consiliũ tuũ super caput tuum. Nos enim quia nobis datam gratiã non negligimus, nequaquam diuinas scripturas verissimas, firmissimas, vtilissimasq; nec sanctos patres earũ optimos interpretes, nec doctores scholasticos, qui Christianas veritates scientifico modo tractant, negligemus. Paulus pro vtilitate diuinarũ scripturarũ mõstrã

*Non est diuina scriptura negligenda, imo consulenda audienda q;. a. Timo. 3.

da ait, Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendũ, ad arguẽdum, ad corripiendũ, ad erudiẽdũ in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Augustinus in de doctrina Christi ana ad idem multa, & inter alia dicit. Nõ autẽ prẽcipit scriptura nisi charitatẽ, nec culpat nisi cupiditatem, & eo modo informat mores hominũ. Itẽ si animã præoc cupauit alicuius erroris opinio, quicquid aliter asserue rit scriptura, figuratũ hoies arbitrantur: non autẽ asse rit nisi catholicã fidẽ, rebus prẽteritis & futuris & præ sentibus. Præteritorum narratio est, futurorũ prẽnun ciatio, præsentium demõstratio: sed omnia hæc ad eã dẽ charitatem nutriẽdã, atq; corroborandã, & cupidi tatem vincendã atque extinguendã valẽt. Chrysostomus quoq; ad idẽ ait. A deo multa sunt, quæ nostrã op pugnant animã, eoq; opus habemus diuinis remedijs, quo simul & iã acceptis vulneribus medeamur, & quæ nondũ quidẽ inflicta sunt, sed post infligerentur, prohibeamus eminus venientia diaboli spicula, extinguẽ tes depellentesq; per assiduam scripturarum lectionẽ: infra, sic vbicũq; fuerint libri spirituales: illinc omnis ex pellitur vis diabolica, multaq; inhabitantibus accedit consolatio. Quãdoquidẽ ipse etiã per se librorum aspe ctus segniores nos reddit ad peccãdũ: siue enĩ quippiã ausi fuerimus eorum quæ prohibita sunt: nosq; ipsos reddiderimus pollutos: reuersi domũ, conspectisque libris, acrius nos condẽnat cõsciẽtia, reddimur cunctã tiores ad eadẽ repetenda. Rursum siue in sanctimonia pstiterimus, ex libris reddimur tutiores firmioresq;. Nanque simulatq; tetigit aliquis Euãgelium, mox cõ posuit suã ipsius mentẽ, & à rebus mundanis abduxit,

Lib. 3. cap. 10.

Multæ vtilitates diuinarum scripturarum.

*Concione. 3. de Lazaro.

*Magna vtilitas in scripturis sacris legendis: maior tamen in obseruandis.

* Aspectus seu intuitus diuinorum librorũ vtilis est.

* Ex diuina scriptura malus corripitur: & bonus firmatur.

idq; ex ipso solo aspectu. Quod si accesserit diligens lectio, nō aliter q̄ in sacris adytis, rebus diuinis vacans anima sic purgatur, meliorq; redditur deo cum ipsa per illas scripturas colloquente. Quid igitur, inquiunt, si non intelligamus ea quę non continentur in libris? Maxime quidem etiam si non intelligas illic recondita, tamen ex ipsa lectione multa nascitur sanctimonia. Non ergo possumus: sed nec volumus quod dicis diuinas scripturas explodere sanctissimas, vtilissimasq;. Consilium tuum super caput tuum.

* Diuina scriptura etiam non intellecta prodest.

## CAP. XXIIII.

Proposuit lutherus cum aliis hæreticis suis prædecessoribus, q̄ sola scriptura sit audiēda, sed in probatione defecit.

Proposuisti o Luthere, quod omnes ante te proposuerunt hæretici: sed non probasti: proposuisti, inquam, cum & ex illis tuis patribus: sed cum illis etiam in probatione defeciſti, vt per nostras responsiones tuis argumentationibus appositas satis superq; monstrauimus. Verum vt magis quod ad mireris, sub paucissimis verbis habeas, ecce dicimus. Qui scripturam sacram petit iudicem, & solam illam audire vult, sibi ipsi repugnat. Mōstratur hoc hac vna & ea inuictissima ratione: quia scilicet ipsamet scriptura diuina multos alios a se cōstituit iudices audiendos, obtemperandosq;, omni appellatione postposita. Nempe miraculum verū, ecclesiā vniuersalem in se: vniuersale concilium ipsam representans, generalem consuetudinē eius antiquissimam, ac tandem conformem sanctorum doctorum sentētiam: seu etiam rationem ex aliquo horum deductam euidēter. Hæc sex, diuinaq; scriptura cum illis septenarium numerum constituens, irrefragabiliter apud Christianos probant: licet nonnulla horum inter sese suos gradus maioris, aut minoris authoritatis sortiantur. Hæc

* Qui scripturā sacrā petit iudicē & solam illam audire vult, sibi ipsi repugnat.

* Ratio ex aliquo horū deducta euidenter nō habet specialem articulum in hoc opere quia nō est opus, cā sit notum non solum principia, sed etiam rationē ex principiis euidenter deductam probare.

sunt Christianorum principia: hæc apud ipsos pro rebus religionis probandis, audiri, obediriq; volunt, quę omnia placet ex diuinis scripturis monstrare: pro singulis, singulos articulos statuēdo: quibus finitis, prima pars huius operis deo iuuante, terminabitur.

## *Primus articulus docet quæ & quãta sit authoritas miraculi, ad probationẽ eorum quæ nostræ sunt fidei & relig.*

### LIB. II. CAP. I.

*Authoritas veri miraculi quæ & quanta sit.

MIraculum verum diuinam authoritatem habet, qua sufficientissime id probat, pro quo probando adducitur. Hoc clarum nouimus, manifestumque magis: quàm vt ratione indigeat vlla: sed quia sapientibus & insipientibus debitores sumus, illud etiam mõstrare libet. Mõstratur autem. Primum ex natura rei. Est enim miraculum omne & solum illud opus, quod supra totam creatam potentiam est, & solo deo actore fit: cætera vero alia quę ab aliqua creatura fiunt, eo ipso miracula nõ sunt: quantuncunq; mirabilia, prodigiosaq;, aut portẽtosa videantur. Sic omnes quotquot Christiani sapientes præcesserunt, miraculum acceperunt. Nec nos aliter illud accipere possumus: q̃ ipsi acceperint, si recte, distincteq; loqui volumus. At quod solius dei est, diuinam authoritatem habet: signum falsitatis esse non potest: vnde id sufficientissime probat, pro quo probãdo adductum est. Aut rogo: quomodo signum aliquod à solo deo erit: & diuinam authoritatem non habebit? aut forte quia Deus optimus maximusq; decipere possit: id per miraculum dicendo verum: quod verum non

Quid sit miracũlũ proprie dictũ apud omnes doctores: & q. à solo deo fieri põt.

*Sãctus Thomas 1. part. q. 110. art. 4. &. 3. part. q. 43. art. 2. & 2. 2. q. 178 art. 2.

*Nos aliter accipere nomina nõ possumus quam acceperint sapientes, qui hactenus fuere.

Miraculum verũ non nisi diuina virtute fieri valet.

est? Absit. Absit inquam, quia sicut omniscius non fallitur: ita infinite bonus nō fallit. Non est enim vt homo qui mentiatur. Quam enim fidem, certitudinem, & firmitatem habebūt verba dei: ī signa quæ eius solius sūt & a solo illo esse possunt, mendacium habuerint, aut vnquam habere potuerint? An refert verbo, an signo alio mentiri? Nequaquā. Verba etiam saluatoris ad idē pro authoritate, & probatione veri miraculi sunt. Si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatū nō haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Ecce inexcusabiliter culpat, visis miraculis nō credentes, quod non faceret, nisi miracula sufficienter probarēt. Idem pro eodem Iudæis ait. Si mihi non creditis, alioquin propter opera ipsa credite. Iterum ego maius testimonium habeo Ioanne. Opera quę ego facio: illa sunt quę testimonium perhibent de me. Idem ostendere volens suam potentiam, ex ostenso miraculo idem fecit, dicitur enim. Vt sciatis autem quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, dixit paralytico surge, &c. Nota verbum sciatis, nō enim scire dicimur, nisi quod certissime nouimus. Iterū: eos irremissibiliter peccare dixit, qui miraculum à se factū nō audiebant: & dęmonio tribuebant, dicētes. In Beelzebub principe dæmoniorū eijcit dęmonia. Generalis regula in veteri testamēto fuit, vt ille verus prophe ta crederetur, qui quod diceret miraculo confirmaret, dicitur enim: Quod si tacita cogitatione responderis, quomodo possum intelligere verbum quod dominus non est locutus, hoc habebis signum: quod in nomine domini propheta ille prędixerit & nō euenerit, hoc dominus non est locutus. Samuel ostendens peccasse po-

*Deus nec potest fallere / nec falli / nec verbis nec signis.

Ioan. 15.

*Inexcusabiliter peccat / qui visis miraculis nō credit: aut nō disponit se ad credendum faciēs quod in se est pro fide habenda / quæ est dei donum.

Math. 9.

*Miracula pariunt suo modo assensum firmissimum / certissimū ac verissimū / ob id ꝙ per miracula scire dicimur.

Deut. 18.

1. Reg. 12.

pulum in petēdo regem, ex hac regula dixit. Inuocabo dominū, & dabit voces, & pluuias, & scietis, & videbitis quod grande malū feceritis petētes super vos regē. Helias quoq; hominem dei se monstrauit inquiens. Si homo dei sum descendat ignis de cœlo. Modus quoq; a Deo optimo seruatus quotiens veram fidem plantare voluit, ad idem est: nō enim nisi mediis miraculis illam plātauit. Mosem nanq; ad populum mittens, cum virtute faciēdi miracula misit, sic habetur. Respondēs Moses ait. Non credent mihi nec audient vocem meā, sed dicēt, nō apparuit tibi dominus. Dixit ergo ad eū. Quid est quod tenes in manu tua, Respondit, Virga. Dixitq; dominus. Proijce eā in terram. Proiecit & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moses. Dixitq; dominus. Extende manum tuam, & apprehende caudam eius: extendit & tenuit, versaq; est in virgā, Vt credāt inquit, quod apparuerit tibi dominus deus patrū tuorum. Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus Iacob. &c. infra virgam quoq; hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. Saluator noster verus deus & verus homo iāiam in cœlos ascēsurus discipulos suos mittēs ad veram eius fidem totum orbem conuersuros, nō nisi in virtute miraculorum, quibus quæ prędicarent, cō firmarent misit dicens. Euntes in mundum vniuersum prædicate euāgelium omni creaturæ. infra: Signa aūt eos qui crediderint hæc sequentur. In nomine meo dæmonia ejiciēt, linguis loquentur nouis, serpentes tollēt, & si mortiferū quid biberint, non eis nocebit, super ęgros manus imponent & bene habebūt: infra. Illi autē profecti prædicauerūt vbiq; domino cooperāte, & sermonē cōfirmāte sequētibus signis. Vides hic sermonē

* Olim apud Iudæos sine dubio credebaē / quod miraculo mōstrabatur.

* Deus quoties fidē plantare voluit: toties virtutes faciendi miracula dedit. Exod. 4.

* Sic quondam Mosi virtutē huiusmodi dedit.

* Habuit Moses virgam in qua fecit miracula.

Marci vlt.

Sic Apostoli virtutē faciendi miracula habuerūt quibus verā fidē confirmarunt: & breuissimi tēporis spacio totum orbē cōuerterūt

euangelicæ p̄dicatiōis, veris miraculis cōfirmari ꝓbariq; a deo tanq̄ suis ꝓprijssimis signis, quę nullomodo fallere possent, & super omnem authoritatem creatam altissimarum rerum fidem facerent infallibilem. Paulus quoq; prędicationem suam commendat, eoꝙ non arte verborū, sed virtute signorum eā suaserit, dicēs. Sermo meus & predicatio mea nō in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute dei: alia translatio habet, in ostensione spiritus & potētiæ. Iterum quosdam reprehendit, ꝙ à fide Christi miraculis confirmata deficerēt, dicens. O insēsati Galatæ quis vos fascinauit non obedire veritati: ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, & in vobis crucifixus? Hoc solum à vobis volo discere, Ex operibus legis spiritum accepistis: an ex auditu fidei? Sic stulti estis, vt cum spiritu cœperitis, nūc carne cōsumamini? Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis: an ex auditu fidei? Iterum. Christi mysterium per reuelationem sibi notum proponens subdit. Cuius factus sum ego minister secundum donum gratię dei quę data est mihi secūdum operationē virtutis eius. Augustinus ad Honoratum contra Manicheos, pro eodem de miraculis loquens, eorū valorem authoritatemq; manifestās dicit. Rursus hęc in duo diuiduntur: quędam enim sunt quæ solam faciunt admirationem, quędam vero magnam etiam gratiam beneuolentiamq; conciliant. Nam siquis volantē hominem cernat, cum ea res nihil spectatori afferat cōmodi prętер ipsum spectaculum: miratur tantūmodo:

1. Corint. 2

*Paulus ex miraculis à se factis suam prædicationē cōmendabat.

Gal. 3.

Galatæ reprehenduntur / ꝙ in eo non perstiterint in quo miracula viderunt.

Ephe. 3.

Cap. 16. tom. 6.

*Quædam miracula solam admirationem habent quædam vero etiam vtilitatem.

si quis autem graui & desperato morbo affectus mox vt iussum fuerit conualescat, admirationem sanitatis suæ sanantis etiam charitate superabit. Talia facta sunt illo tempore quo deus in vero homine quātum sat erat hominibus apparebat, sanati languidi, mūdati leprosi, incessus claudis, cæcis visus, surdis auditus est redditus. Homines illius temporis aquam in vinum conuersam, saturata quinq; milia quinq; panibus, transita pedibus maria, mortuos resurgentes viderunt. Ita quædam corpori manifestiori beneficio: quędam vero menti occultiore signo: & omnia hominibus maiestatis testimonio consulebant. Sic in se tunc animas errantes mortaliū diuina commouebat authoritas. Hæc Augustinus. Chrysostomus ad idem ꝑterquam ꝙ sępe, ad saluatoris nostri virtutem potentiamq; ostendendam miracula idonea esse dixit, quę insuper terrarum orbē allexisse confitetur, super Ioānem, tandem super acta Apostolorū inquit. Proinde ex miraculis certam & indubitatam facit resurrectionis fidem, vt non solū euidens esset eius ętatis hominibus, verum etiā omnibus secuturis. Hieronymus super Math. ad idem ait. Ne hominibus rusticanis, & absq; eloquij venustate indoctis & illiteratis nemo crederet pollicētibus regna cœlorum, dat potestatem infirmos curare, leprosos mūdare, dæmones eijcere, vt magnitudinem promissorum ꝓbet magnitudo signorum. Ratio naturalis ad idē etiam est manifesta ex communi omnium hominū sensu, & quarumcunq; notionum: nisi enim iudicassent omnes verum miraculum diuinam authoritatem habere sufficienterq; probare, nequaquam totus orbis euangelicam legem super omnes alias, opera, verba, cogitatiōes, appetitusq;

Saluator noster multa fecit miracula vtilia.

Authoritas miraculorū diuina.

Homel. 2. & 71.

Homel. 1.

Cap. 10.

* Gregorius ad idē: Adiūcta sunt autē prædicatoribus miracula, vt fidē verbis daret virtus ostensa: & noua facerent, q noua prædicarent.

reprimentem, deos deasq; patrias quas venerabantur ab antiquo pellentem réciperet. Quando præsertim tyrānicus gladius, vel ob solam fidei cōfessionē, Christianos iugulabat. Verum quia communissimū: imo naturaliter notissimū erat, miraculum a solo deo fieri, & non nisi vera probare, breuissimo temporis spacio latissima mundi regna, ob visa miracula Christum, & hūc crucifixum in verum deum susceperūt, quem nūc nos colimus, totoq; animi affectu libentissime verum deū & verum hominem confitemur. Quod autē dicimus, miracula fidem generare: sic intelligendū est, vt fides dei donū infusum credatur. Et hoc enim donū dei est, teste Paulo, ac sic vt liberū quoq; hominis seruetur arbitrium in actu credendi iuxta Augustinum dicētem. Cætera potest homo nolēs. Credere autem nō nisi volens. Quid ergo faciunt miracula? Respondeo. Homines ad credendum, & vt faciant quod in se est, optime disponunt, & omnes excusatiōes tollunt: quia saluator dixit: Si opera non fecissem quæ nemo alius. &c. vsq; ibi. Nunc autem excusationem non habent.

* Authoritas ac virtus miraculorū aduersus gladios / flagella / & cædes cruentas prævaluit: & tandem totum orbē veræ fidei subiugauit.

## CAP. II.

Patres scholastici probatiuā vim veri miraculi, omnes quasi per vnum confessi sunt: tantum differentes, q̄ quidam illud de eo quod probat scientiam, hoc est, ad sensum certum & clarum: quidam vero fidē, id est, ad sensum certum & obscurum causare dixerūt. Qui primū sensum tenuerunt, eo moti sunt, q̄ ista duo principia, Omne reuelatum a deo est verū: Omne quod miraculo ꝓbatur a Deo reuelatur: clarissima esse dixerūt ac manifesta, quēadmodum illud principium. Quod

* Primā sensum secuti sunt Franciscus de maironis / & Dionysius carthusianus in prol. 1. lib. sent. Secundum vero / Durandus de sancto portiano / & Gregorius de arimino ibi.

libet est, vel nō est. Hoc enim admisso, quia clarū est, deū non nisi verum reuelare posse ex sua scientia & bonitate: & clarū similiter, omne miraculo probatū, a deo reuelari, qui solus miraculum facere potest. Iam qui ad probādam aliquam veritatem miraculum fieri videt, veram scientiam de illa habet: quia sic ex euidētibus & claris deducit: Omne reuelatum a deo est verū. Et omne miraculo probatum a deo reuelatur: sed hæc propositio a deo reuelatur, quia miraculo probatur. Ergo illa vera est. Antecedēs est clarū seu euidens: ac per idem consequens ex eo deductum. Sic aūt has duas propositiones. Christus est missus a deo. Filius hominis habet potestatē in terra dimittendi peccata: ab apostolis qui eas resurrectiōe Lazari, & sanatione paralytici probari viderunt, non creditas, sed scitas esse dixerunt. Hoc suum videre tali exemplo docent. Sicut qui clare deū, eumq; mouere intellectum alicuius ad assentiēdum alicui conclusioni videret, illam esse veram euidēter cognosceret: licet res illius non intueretur, eo q; clare nouit, deum neminē decipere posse: sic viator sciens verū miraculum quod solus deus operatur, ad ostendēdam cōclusionem aliquam fieri, nouit statī nō obscure, sed clare illam esse veram. Dicunt consequenter, eos tēpore Apostolorum, aut quouis alio, de illis rebus fidei veram scientiam habuisse, qui eas veris miraculis confirmari viderunt. Verbum Christi hos patres iuuat, qui miraculum facturus non vt credatis, sed vt sciatis dixit: Verbum autem scire, cognitionem veram, certam & claram importat. Qui autem secundum sensum sunt secuti, multas ad idem nec leues rationes formarunt, Tum quia si miraculum ad aliquid proban

* Nō disputarūt patres, an miraculum probaret, sed an fidem, an scientiam generaret.

* Quidam dixerunt verum miraculum nō fidem sed scientiam causare de illis veritatibus, pro quibus probādis sæpe ciuiliter fiunt.

Ioan. 11. Math. 9.

* Bonū exemplū ad propositum illorum.

* Math. 9. in curatione paralytici.

dum, euidenter concluderet, iam demonstraret: ac omnes videntes cogeret ad assensum, & nullam obscuritatem pateretur, sicut omnis demonstratio hos effectus habet. Hæc autem nō stant, quia nec omnes qui videbant, credebant, nec qui credebant sine obscuritate adhærebāt: perdidissent enim meritum, vt inquiūt, ex Gregorio dicēte, Fides non habet meritum vbi humana ratio præbet experimentum: tum quia & si sit per se notum Deum non posse fallere, omneq; reuelatum a deo esse verum, & miraculum non nisi a Deo fieri, non est tamē euidēs, an illud miraculum ad id quod ore humano dicitur fiat. Potest enim falsus ꝓpheta, ab aliquo vero futurum miraculum præscire. Et illud ad probādam falsitatem prædicere: nec est nobis euidēs, quod hoc fieret ad testificādum hoc, quod diceret iste vel ille qui miraculum prędicaret: quia de nullo homine est per se notum se non posse aut malitia aut ignorātia dicere falsum, nisi de eo sit per se notum ipsum esse deum. Quia ergo quis per reuelationem scire potest, deum quicquam supernaturaliter facturum, & ignorare propter quid, ac propria præsumptione vel malitia coniecturare, fingereq; ac dicere ꝙ deus illud facturus sit propter aliud quā fiat a deo, redditur in euidēs omnis miraculi probatio. Ambo hi modi dicendi probabiles sunt, amboq; suos actores habēt: non approbo quis eorum verior magis appareat, sed ambos refero quatenus probatiua virtus miraculi siue scientiam, siue fidē causet, quam omnes patres confessi sunt, nota fiat.

* Quidam dixerunt verum miraculum/non scientiam/sed fidē generare/etiā de rebus/quas speciali ter probat.

Gregorius i quadam homelia. Experientia tollit meritum fidei: addē non simpliciter/ sed in eodē actu experientiæ.

* Vnde redditur in euidens miraculi probatio secundum hos patres: cuius tamen authoritatem diuinam esse concedunt: pro quo videri potest Abulen. Deut. 13. q. 1. & infra. 18. q. 7.

## CAP. III.

Dixi verū miraculum, quia falsum non sic, sed lōge aliter se habet. Potest enī ea dæmon facere, falsitates

ſuadere, & errores inducere manifeſtos. Paulus ad hoc ait. Et tũc reuelabitur ille iniquus quem dominus Ieſus iterficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratiõe aduẽtus ſui eum, cuius eſt aduentus ſecundum operationem ſathanç, in omni virtute, & ſignis, & prodigiis mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis, iis qui pereũt, eo ꝙ charitatem veritatis non receperũt, vt ſalui fierent. Ideo mittet illis deus operationẽ erroris, vt credant mẽdacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. Ecce quod falſa miracula, ſigna ſcilicet mendacia virtute ſathanç fieri, & in errorem mittere affirmat. Saluator noſter quoq; ad idẽ dixit. Tunc (Ante deſtructionem Hieruſalem, vt quidam: vel ante aduentum ad iudicium, vt alij volunt) ſi quis vobis dixerit. Ecce hic eſt Chriſtus aut illic, nolite credere. Surgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetç, & dabunt ſigna magna & prodigia: ita vt in errorem inducantur ſi fieri poteſt etiam electi. Ecce prç dixi vobis. Quod ſi dixerit quiſpiã. Falſa miracula plurimũ valent apud homines viatores, qui corporalia nõ niſi per ſenſus & ſenſibilia norunt, quos dęmon deludere ſua arte poteſt: vt non minus falſum miraculum appareat verum, ꝙ ipſum verum. Quomodo ergo poterit quis vnum, ab alio diſcernere: aut quam culpam habebit falſo deceptus? Reſpõdemus, poterit optime ex multis. Primum ex reuelatione cogitationum ſecretiſſimarum cordis, quç tantum domini ſunt, quia Scrutãs corda & renes deus. Nec poteſtas ſathanç quę ad corpora, & corporũ ſenſus extẽditur, huc intrat. Deinde ex prçmonitione diuina qua prçuẽti ſumus, ne quæ aduerſus eccleſiæ obſeruantias facta fuerint ſigna, vera mira

2. ad Theſ. 2.

* Falſa miracula quæ Paulꝰ vocat ſigna mendacia poſſũt fieri: imo fiũt ſæpiſsime arte dæmonis: etiã veris quoad ſenſum ſimilia in aliquibus: ſed non in omnibus.

Math. 24.

Quãuis falſa miracula veris miraculis in aliquibus quoad ſenſũ ſint ſimilia: multaſſũt ex qbus examinari poſsunt.

* Scotus in prolog. primi lib. ſẽt.

Diuina præmonitio optima ratio.

*1. Timo.3.

cula credamus. Paulus hoc docuit, dicens. Hæc tibi scri bo fili Timothee, sperans me ad te venire cito, si autē tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei cōuersari: quæ est ecclesia Dei viui colūna & firmamē tum veritatis. Q ui autem ecclesiam Colūnam & firmamentum veritatis dicit: nihil contra suas obseruantias prædicari admittit. Idem pro eodem expressius ad uersus Christianæ veritatis perturbatores quibusdā dixit. Miror q̄ sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud euangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & vo lunt conuertere euangelium Christi. Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euāgelizauimus vobis, anathema sit. Sicut p̄ diximus, & nūc iterum dico. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Saluator noster quoq;, quū dixisset: Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere: Surgēt enim pseudochristi & pseudoprophetæ: & dabūt signa magna & prodigia, ita vt in errorē inducantur, si fieri potest, etiam electi: subdidit. Ecce prędixi vobis. Idem ad idē. Attēdite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimētis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos. Multa alia assignari possunt, quibus nequaquā Christi fideles arte dæmonis per falsa miracula decipiantur, sed quia ista sufficiūt, & potissima sunt, de aliis supersedeo.

*Galat.1.
*Saluator noster nos p̄monuit vt a falsis signis caueremus: ne quic quam contra illū recipiamus. Paulus quoq; ad idē docet, ad tribunal institiæ trahēda esse quæcunq; de nouo prædicata fuerint.
*Math.24.

*Math.7.
* Opus quo falsus propheta cognoscitur euidēter est, si contra ecclesiam insurgit: quam Paulus columnam & firmamentum veritatis appellauit.
*1. Timo.3.

## CAP. IIII.

Dixi verum miraculum a solo Deo fieri posse, quia cū omne miraculū, super totū ordinē naturalem, & super totam creatam naturam sit, nulla nisi diuina virtus

miraculum aliquod etiam minimũ operari valebit. Verum, An virtus faciendi miracula creaturæ cõmunicari possit, quasi res quædam potẽtia seu forma, qua actionem miraculosam attingat, & verum miraculum aliquo modo efficiat, nequaquam determinauimus: grauis difficultas est, discussione etiam nõ breui indiget; certa vero ab incertis, ea in quibus omnes cõ ueniunt, ab illis in quibus quidam differunt distinguentes, dicimus. Primum est quidem virtus faciẽdi miracula gratia quædam ad gratis datas pertinens, creaturæ a creatore non tam ad sui, quã ad ecclesiæ vtilitatem concessa. Paulus hoc testatur dicẽs. Diuisiones vero gratiarũ sunt: idem autẽ spiritus. Et diuisiones ministrationũ sunt, idem aũt dominus: & diuisiones operationũ sũt, idem vero deus, qui operatur omnia in omnibus: Vni cuiq; autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem; Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij aũt sermo sciẽtiæ scđm eundẽ spiritũ, alteri fides in eo dẽ spũ, alij gratia sanitatũ in vno spũ, alij operatio virtutũ, alij ꝓphetia, alij discretio spirituũ, alij genera linguarũ, alij interpretatio sermonũ, sequitur: Hæc autẽ oia operatur vnus atq; idem spũs diuidẽs singulis prout vult. Vides hic gratiã sanitatũ & opationẽ virtutũ a deo esse: & hoibus ad vtilitatẽ dari: sicut & alias grãs gratis datas secũ annumeratas. An autẽ qui hãc gratiã habet, per illã quasi per formã, aut potentiã miraculosas actiones operetur? Nequaquã. Aut enim tunc virtus illa infinita esset simpliciter, & sic increata contra statim dictam authoritatem Pauli: aut opus per illam proprie factum miraculum non esset, quum solum illud miraculum sit quod super totũ ordinẽ, & sup

*Miraculum est super totam naturam creatam: obid a sola diuina fieri potest.

*An virtus faciẽdi miracula creaturæ cõmunicari possit.

*Virtus faciendi miracula gratia gratis data, ꝓut creaturæ communicatur.

x. 1. Corinth. 12.

*An qui hãc gratiam habet per illam quasi per formam operetur a sic vt a adactiões miraculosas attingat

totam virtutem creatę naturæ est. Quamobrem quod per actionem creaturę propriam fit, nullatenus miraculum erit, quia intra ordinem naturalē manet. Naturale est enim cuiq; per formam aut potētiam, quam habet operari: siue illa naturaliter, siue supernaturaliter inducta fuerit. Nanq; si lapis potentiam visiuam ad actū reducibilē supnaturaliter accepisset: nihil minus per illam naturaliter videret, ac si illam ex natura habuisset. Cæcus natus supernaturaliter oculos habuit, quibus tamen habitis, naturaliter vidit. An vero qui huiusmodi gratiam accepit, per illam quasi per instrumentum dei ad actionem miraculosam proprium operetur? Minime. Nanq; in vniuersum omne instrumētum propriū ad aliquam operationem propriam actionem habet ꝓportionatam: licet ad aliam nō nisi motum agat, velut serra, malleus, & similia. At non videtur: sed nec intelligitur, quomodo accidens aliquod, siue in corpore, siue in anima subiectatum, proprium instrumentum miraculorum esse possit. Nam Rogo. Quam actionem habebit proportionatam ad varias sanitates infirmorum etiam cōtrarijs morbis laborātium, ad resurrectiones mortuorum, & ad miracula etiam quę per rerū creationem fiūt? Quid ergo dicendum? Quid est quod facit illa gratia, si per illam non quasi per formam, aut potētiam naturalem: nec quasi per proprium instrumentū miracula fiunt? Respondemus. Est instrumentum deputatum, seu institutum, quia habēti hanc gratiam diuina virtus particulari quodam modo assistit: doctrinam eius confirmat, orationi & precibus condescēdit. Fit enim ea posita, vt Deus quasi instrumentaliter vtatur vel interiori motu habentis, vel eius locutione, vel

* Sanctus Thomas. 1. part. q. 110. art. 4. Qui p formam aut potentiam quam habet/ operatur attigēs proprie actionē formæ/iam naturaliter operatur licet supernaturaliter formam habuerit.

Ioan. 9.

* An qui habet gratiam faciendi miraculum per illā operetur/quasi per proprium instrumentum.

* Qui habet gratiā faciendi miraculum/per illā quasi per instrumentum deputatum ad placitum dei ordinatā seu institutū: quo varia miracula fiūt.

* Durādus de sancto portiano. 3. sent. dist. 14. q. 5. ad. 2. Sanctus Thomas 2. 2. q. 178. art. 1.

aliquo exteriori actu, seu etiam aliquo contactu corporali corporis etiam mortui, sic vt aliquo horum posito solus deus miraculum operetur. Pulchra exempla huius sunt diuina sacramenta: sunt enim instrumēta gratiæ iustificantis, non quidem propria ex natura rei: sed tantum ex diuina ordinatione, qua disposuit deus optimus, maximusq;, assistere illis, & ad vsum illorum sine fictione susceptum, gratiam iustificantem suscipienti prçstare. De his patres optime dicunt. In libris sententiarum.

* Abulēs. super Math. c.9.q.102

*Pulchra exempla ad hoc sunt diuina sacramenta.

Lib.3. dist.14. & lib.4.dist.1.

## CAP. V.

Quod autem sit illud donum, aut cui gratiæ nominatim operatio miraculorum tribuatur, nō est euidēs. Dicūt enim quidam illam gratiā, non fidem esse: quia Apostolus illam velut a fide distinctam nominauit, an numerauit q;: sed fidei tribui, quia fidem consequatur, siue faciētis, vt ibi. Si habuero omnem fidem ita vtmō testranferam: siue eorum propter quos miracula fiūt, iuxta illud. Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum. Tribuitur autem fidei rationabiliter valde: tum quia operatio miraculorum infidei cō firmationem ordinatur: tum quia ex dei optimi omnipotentia cui fides innititur procedit. Nominabitur iuxta hāc horum patrum sententiam, donum istud fides, non per proprietatem, sed per attributionem. Quidā vero alij dicūt virtutem faciendi miracula esse fidem: non quidem quæ est virtus theologica ad credendum, quia hanc omnibus Christianis communem norunt: sed quæ est donū: & inter gratias gratis datas ponitur. Probant autem primo, quia saluator discipulis dixit,

Sic .S. Tho. 2. 2. q.178. art.1.

1. Corinth. 12.

1. Corint. 13.

Math. 13.

Quidam dicunt istā gratiam non esse fidem: sed fidei tribui.

* Alii dicunt istam gratiā esse fidem: non qua credimus: sed qua confidimus.

* Abulens. super Math. c.17.q.165

Math. 17.

*Math.17. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc illuc, & trā sibit, & nihil impossibile erit vobis. Alibi, Apostolis sibi dicentibus. Adauge nobis fidem, dixit. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro. Eradicare & transplātare in mare, & obediet vobis. Iterum. Mirantibus discipulis quomodo aruerat ficul

*Luc.17.

*Math.21. nea dixit. Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, nō solū de ficulnea facietis, sed & si mōti huic dixeritis, Tollere & iactare in mare: fiet, Et omnia quæcūq; petieritis in oratione credētes: accipietis: Iacobus quoq; ait. Siquis indiget sapientia, petat a deo qui dat omnibus affluenter: postulet autem in fide nihil hæsitās: qui autem hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento circunfertur: non existimet autem homo ille q̄ accipiat aliquid a deo. Quum igitur ex omnibus istis locis constet, operationem miraculorum tanquam in illud, quo posito ponitur, & quo non posito non ponitur, miraculum in fidem, non in eam, quæ est ad credēdum, sed in eam quæ est ad confidendum referri, non videtur quid aliud tanquam instrumentum miraculorum poni oporteat. Quid nos hic approbare aut reprobare possumus? Modi dicendi sunt: ambo suas rationes habēt: iudicet qui legerit, & eligat quem voluerit. Cæterum si quod sentimus audentes exponere tenemur scribentes: dicam quod de huiusmodi quæstione arbitror. Primum non sunt idem re, fides virtus theologica qua credimus, & fides donum inter gratias gratis datas posita qua confidimus. Illa enim ad totam ecclesiam & singulas eius partes indiscriminatim de necessitate, hæc autem nō ad omnes, sed tantum ad quos

*Quæ de hac re dicēda vidētur.

*Prima assertio. Nō sunt idem re fides virtus qua credimus: & fides donū qua cōfidimus.

*Fides virtus ad omnes & singulos pertinet.

dam de ecclesia pertinet. De illa saluator dixit. Qui vero non crediderit, cõdemnabitur. Paulus quoq; Oportet accedentem credere: de ista autem Paulus ait. Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum, Alteri fides in eodem spiritu, Alij gratia sanitatum in vno spiritu, Alij operatio virtutum, Alij prophetia, Alij discretio spirituũ, Alij genera linguarum, Alij interpretatio sermonum. Hæc aũt omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Hæc Paulus. Vides fidem, quę est donum inter gratias gratis datas poni: nota verbum. Diuidens singulis prout vult, vt intelligas illam, non ad singulos, sed ad quosdã de ecclesia pertinere, sicut alias gratias, cũ quibus annumeratur. Non enim alijs admissis, & illa omissa, imo alijs & illa etiam annumeratis nominatisq;, dixit Paulus. Hęc autem omnia operatur vnus atq; idẽ spiritus: non simul infundens, sed diuidẽs singulis prout vult. Quare hoc? Vtiq; vt per hęc nouerimus, sicut nõ alia dona: Sapiẽtiam scientiam, gratiam sanitatum, operationũ, virtutum, prophetiã, discretionem spũum, genera linguarũ, interpretationẽq; sermonum: ita nec fidem donũ ad singulos de ecclesia pertinere. Illa de illorũ genere est, quæ propter habentis: ista vero de illorũ, quæ propter ecclesiæ vtilitatem dãtur. De illa Paulus ait. Sine fide impossibile est placere deo, de ista vero nihil tale dr, imo absq; ista multi, ne dicã plures, deo placẽt sancti, & iusti: vnde & Paulus dicit. Vnicuiq; aũt datur manifestatio spũs ad vtilitatem, scilicet ecclesiæ. Habere

*Marc. vlt.

*Hebr. 11.

*1. Corint. 12.

*Fides vero donum qua confidimus/non ad omnes/sed solum ad quosdam.

*Optima probatio/imo in materia demõstratio.

*Tho. ob hoc dixit/fidem absolute nõ annumerari inter gratias gratis datas. 2. 2. q. 4. art. 5. ad. 4.

Fides virtus qua credimus/ datur propter bonum personæ habẽtis: fides donum qua cõfidimus/ & miracula fiunt/ datur propter bonũ ecclesiæ.

enim ſpiritum, vtilitas habētis: manifeſtari autem ſpiritum vtilitas eccleſiæ eſt, quia confirmātur in fide credentes. Illa de credibilibus eſt, qua credimus omnia illa vera eſſe: iſta de operibus miraculoſis, qua confidimus abſq; cunctatione illa futura. Illa credimus deum talia opera facere poſſe, iſta confidimus indubitanter ipſum illa facturum. Qui diſcredit: aut qui dubitat in illa, infidelis eſt: qui vero in iſta nequaq̃. Poſſū enim credere firmiter ſicut credo, deum omnia poſſe. Quia nō eſt impoſſibile apud deum omne verbum: & dubitem an deus velit facere anq; faciet certū miraculū, quod fieri volebam. Secundum, operatio miraculorū, ſeu virtutum, & fides quæ eſt donum, videntur etiam realiter differre ſicut res, & res: tū quia Apoſtolus illas virtutes tanquam diſtinctas numerat, & quaſi ad alium & aliū ſtatum in eccleſia pertinentes ponit: ſicut prophetiam, & genera linguarum, quod conſtat ex litera: tum quia minus videntur differre gratia ſanitatum & operatio virtutum, q̃ fides donum: & operatio miraculorū: quā obrem quum illa ab Apoſtolo quaſi realiter diſtincta numerentur, alijq; & alij conceſſa dicantur, magis illa diuerſa ſunt. Aut rogo, ſi vnum & idem realiter eſſent illa duo, quomodo Paulus fidem alij, operationem vero virtutum alij præſtari ab ſpiritu diceret? Nequaquam. Tunc enim, cui vnum horum, & alterum ſimiliter daretur ſtatim. Fieri enim nequit, vt quę idem realiter ſunt, ab inuicem realiter diſtinguantur, & diſtincta realiter, diuerſis dentur. Tertium nō ſic operatio virtutum fidei virtuti tribuitur: ſed nec ſtante lege poſita tribui poteſt, vt fides huiuſmodi etiā in quāto-

*Abulēſ. de hac materia / quoad differentiam horum bene dixit / ſuper Math.

*Fides virtus & fides donum de quibus propriè ſunt.

*Dubius in fide infidelis eſt. ex. de hæret. c. dubius. & 4. ſent. diſt. 13. Luc. 1.

*Secunda aſſertio. Fides quæ eſt donum & operatio miraculorum / realiter differre videntur.

*Quia iſta duo numerum ponūt & diſtinctis mēbris dari dicūtur

Tertia aſſertio. *Operatio miraculorum non tribuitur inſeparabiliter fidei qua creditur.

cunque gradu habita, operationē miraculorū quasi co mitē indiuisum nācisscatur. Monstratur: quia nec om nis Christianus qui fidem, nec Ioannes Baptista qui il lam in magno gradu habuit, virtutem faciendi mira cula obtinuit. Quod non omnis fidelis sensus omniū nostrū nouit, ꝙ non Ioannes euangelista docuit dicēs. Nec enim Ioannes signū fecerat vllum. Quid clarius? Tribuitur tamē gratia hæc fidei virtuti: tāquā ei, ꝓpter quā firmandā datur: fidei vero donū tanq̄ ei, cui quasi inseparabilis comes præstat. Hoc & nō aliud pro bāt modi illi duo dicendi, quos ex Thoma & Abulens. memorauimus.

Nota ex hoc qualiter intelligenda sit glo. quæ dicit fidei excellētiam inter gratias gratis datas cōputari.

*Si quis autē de fide Ioannis contendat, saluatorē audiat dicentem Inter natos mulierum nō surrexit maior Ioāne Baptista. Math.

*Quomodo tribuitur hæc gratia fidei virtuti: & quomodo fidei dono.

## CAP. VI.

Rogo, qui virtutē probatiuā miraculorum negauerint: quo dei clemētiam fidei Christianæ firmitatem, & hominis viatoris naturam seu cōditionē explodūt? Fides enim miraculis confirmata fuit: si miracula diuinā authoritatē non habēt, qua probent, fidei firmitas vbi erit? Hominis cōditio viatoris præsertim hæc est, vt veritatem intelligibilem maxime de rebus extra se per aliquos effectus obtineat: aliquam scilicet per naturales iuxta illud Pauli. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles: aliam vero per supernales. Quā? Illam quam creata natura monstrare non valet, velut quod Deus homo factus sit, ꝙ sit Deus trinus & vnus quod virgo concepit & peperit: ꝙ diuina sacramenta virtutem spiritualem contineant, qua gratiā præstent & animam suscipiētes sanent. Et similia. Rogo, homo qui has veritates non est expertus, quas nec naturales effectus ostendere possunt, quomodo ad illas nisi per

*Vbi firmitas fidei, si miracula quibus probata ē diuinā authoritatem nō habent. Marc. vlt.

*Homo aliquid dei cognoscit p effectus naturales Roma. 1.

Homo aliqd dei cognoscit per effectus supernaturales.

*Qui veritates diuinas indemōstrabiles per creaturas non est expertus: quomodo nisi per opera a solo deo facta: & ob id diuina, ad eas ascendere valebit.

supnl'es, hoc est, per miracula ascēdere valebit? Quod si dixeris aut non, aut non sufficienter probare. Quæso vbi ponis certitudinem fidei, quam insufficienter probatam dicis, & vbi similiter dei clementiam, quam hominem non credentem veritates insufficienter probatas damnare concedis? Nos enim cōstanter sic theologizamus. Deus homines damnat, qui visis miraculis, etiam supernaturales veritates non credunt. Amicus, clemens, iustus, & misericors est. Ergo miracula sufficienter monstrant, quod probant. At monstrare, nobis sufficienter veritates supernaturales, non nisi diuina virtus, quæ supernaturalis est, valet. Dānat nūc deus eos qui has veritates non credunt, etiam si miracula nō videant, amicus, clemēs, iustus & misericors. Verum hoc ideo est, quia Christiana fides iam sufficiētissime probata est: vnde nunc ad illam miracula de nouo fieri non est necesse. Optime de hoc patres in libris sent.

* Miracula eo diuinam authoritatem habere probantur, quo deus clemens, misericors, iustus, & amicus homines dānat, qui visis miraculis non credunt. Lib. 1. Dist. 16.

## CAP. VII.

* Si miracula nō monstrāt, quid aliud sensibile in Christiana religione mōstrare valebit.

Aut quo prīcipio quæ Christianæ religiōis sunt, sufficiēter probabimus, si vera miracula ex diuina authoritate mōstrare negauerimus? Nouimus enim sacram scripturam authoritatem habere diuinā: sed hoc prioribus temporibus, solum miraculis nobis cognitū fuit: quibus factum est, vt diuini scriptores probarentur, & in eis diuina virtus & assistentia esse crederetur. Credimus ecclesiam quæ modo est errare non posse: hoc autem non reuelatione nobis de nouo facta imo illa antiqua in diuinis scripturis habita: Credimus veneramurq; toto animi affectu sacra vniuersalia concilia: sed hoc vnde, nisi ex tota ecclesia, quam representāt, exq;

* Quæ nūc apud nos in authoritate habentur, per miracula probata sunt.

diuina scriptura de eis satis superq; differẽte? Antiqua illa reuelatio est, qua pro ecclesia dicitur. Super hãc petram ædificabo ecclesiã meã: & portę inferi nõ præualebunt aduersus eã. Pro omnibus facit. Omniaq; hæc ab ea firmãtur, ecclesia ipsa in se, ecclesia in vniuersali cõsilio se representante, ac ecclesia in suo capite secũdario, Romano pontifice eã regente gubernãteq; sensibiliter: de quibus omnibus domino donãte tractabimus per singula, suis locis. Quod si dixeris. Ecclesiã nõ habere authoritatẽ per scripturã, sed magis scripturã p ecclesiam. Respõdemus, hoc aliud est, ad aliamque disputationem expectat, de qua infra: interim tamen rogo. Præter scripturam quo alio, nisi miraculo ecclesiæ authoritas primo probata est? Habet ecclesia authoritatem diuinam, sed nil refert ad propositum, an illã per scripturã, an per miraculum probatam habuerit: Similiter si opponas. Petrum maiorem authoritatem scripturę, quàm miraculo dedisse, dices. Habemus firmiorem propheticum sermonem: cui benefacitis attẽdentes. Similiter respondemus. Petrus non per respectum ad miraculum: sed per respectum ad sensum hęc dixisse, quia dixerat. Et hanc vocem nos audiuimus. &c. Et prophetæ, quo nisi miraculis, approbati erant? Sed hoc alias. Videant ergo qui authoritatem miraculorum negauerint, quo principia ea quæ Christianæ religionis sunt, cum maxima certitudine, etiam super omnes naturales euidentias monstrabunt. Norunt omnes quanta sit sensus certitudo aduersus quam nulla admittitur ratio: admittitur tamen fides: sensus dicit in sacramẽto Eucharistia non est alia substantia nisi panis; fides dicit, ibi non est substantia

*Math. 16.

*Romanus pontifex est caput secundarium totius ecclesiæ: ſ. de hoc magis infra. art. 3.

Lib. 3. disput. 1.

Ecclesia diuinã authoritatem habet/ & nõ refert hoc per miraculum/ an per scripturam probari.

*Infra lib. 3. disput. 1.

panis: est autē substātia corporis Christi: nō curamus de sensu: tenemus quę fides. Rogo, quæ authoritas prę ualere potuit aduersus sensus hominis apud homines, nisi diuina? Nulla. Sic qui in miraculis non agnoscit diuinam virtutem, quibus fides confirmata est, quomodo concedit, fidem apud hominem, hominis sensus recte superare.

*Nulla ratio naturalis/sed sola fides/quæ miraculis confirmatur/& admittitur cōtra sensum.

*Apud hominē cōtra sensum hominis nulla authoritas præualet nisi diuina.

## *Articulus secundus.*

## CAP. I.

SAcra scriptura diuinā habet authoritatē: qua verissima est, certissima ac firmissima: & quicquid dicit, sola sua assertiōe optime probat. Saluator noster hanc veritatem docuit: allegauit enim sæpe scripturas veteris testamenti tanquam eas quæ fallere non possent, & diuinā authoritatē haberēt. Dixit enim. Scrutamini scripturas, quia illę sunt quę testimoniū perhibēt de me: iterum. Si Mosi crederetis, mihi etiam crederetis: de me enim scripsit ille. Iterum. Non veni soluere legem, sed adimplere. Iterum. Vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerūt me gratis: Iterū. Oportebat impleri omnia quæ scripta erant de me in lege, & prophetis, & psalmis. At qui scripturas veteris testamēti sanguine pecudis aspersi diuinas esse docuit: multo magis scripturas noui testamenti proprio suo sanguine, morteq; confirmati diuinas esse mōstrauit. Petrus quoq; hoc docuit. Ipse enim, qui post Christū Christi ecclesiā accepit regendā cum plenitudine spiritualis potestatis, & scripturas veteris testamenti quā sæpe tanquā diuinas adduxit: & psalmis & prophetis

*Diuina scriptura diuinā authoritatē habet: quæ fortificata/etiam sola sua assertiōe probat.

Moses scripsit de Christo i multis locis/maxime/Genes.49.&. Deut.18.

Ioan.5. Math.5. Ioan.15. Psal.24. Luc.24. Luc.18.

Act.5.

Quibus quç noui ſunt non temere coçquauit, dicens. Chariſſimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſi bi ſapientiam ſcripſit vobis: ſicut & in omnibus epiſto lis, loquens in eis de his, in quibus ſunt quædam diffici lia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas. Ecce q̃ ſcripta Pauli, ac per con ſequens omnia omnium noui teſtamenti ſcriptorũ cũ aliis ſcriptis, nẽpe diuinis, paria fecit: ſeu potius paria eſſe indicauit. Paulus etiam frequentiſſime ex veteris teſtamenti ſcripturis, tanquam ex diuinis ſua deducit: maxime ad Rom. ad Gal. & ad Hebr. Quod & verbis ſuis mõſtrauit dicens. Tu vero permane in iſs quç didi ciſti, & credita ſunt tibi, ſciens a quo didiceris, & quòd ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem, per fidẽ quæ eſt in Chriſto Ieſu. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docẽdum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſti tia: vt perfectus ſit homo dei ad omne opus bonum in ſtructus. Ecce q̃ ſacras literas cõmendat, eaſq; diuini tus inſpiratas: obidq; tãquam metrum infallibile bonç vitæ habendas dicit. De ſuis etiam ſcriptis idem ſentit inquiẽs. Itaq; fratres ſtate: & tenete traditiones quas di diciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtrã. Paulus ergo tantus, qui non ab homine neq; per homi nem, ſed a deo & patre domini noſtri Ieſu Chriſti euã gelium acceperat, miniſter idoneus noui teſtamenti, dum ſcripturas legis ſacras, ac diuinitus inſpiratas te ſtatur: ſcripturas euangelii non minoris authoritatis eſ ſe, confeſſus eſt. Scriptura autem ſacra diuinituſq; in ſpirata, quam aliam niſi diuinam authoritatem habet? Nullam. Apoſtoli etiam alij, euangeliſtęq; totiens hãc

2. Pet. 3.

*Scripturæ noui & veteris teſtamẽti paris ſũt authoritatis.

*Verbum Pauli proſcriptura. Per totum.

*2. Timo. 3.

*Scriptura veteris teſtamenti etiam inſtruit ad fidem Chriſti: de quo ſupra in proœmio cap. 31. & 32. & infra lib. 3. diſput. 2.

*2. Theſ. 2.

* Quotiens Apostoli scripturas tanquã infallibiles adduxerũt totiens illas diuinam authoritatẽ habere confessi sunt.

veritatem confessi sunt, quotiens scripturas tanquam infallibiles adduxerũt. Et quid? Petri verbũ manifestũ est, quo ait. Et habemus firmiorẽ ꝓpheticũ sermonẽ cui bene facitis attẽdẽtes, quasi lucernę lucẽti in loco caliginoso, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Hoc primũ intelligẽtes, ꝙ omnis ꝓphetia scripturę, propria interpretatione non fit. Non enĩ volũtate humana allata est aliquãdo ꝓphetia, sed spũ sctõ inspirati loquuti sunt sancti dei hoies. Quid clarius? Augustinus quoq; ad idẽ, cum libros canonicos, id est sacræ scripturæ noui, & veteris testamenti numeris, & nominibus alibi explicasset, tandem contra Faustum de sacris, deq; humanis literis tradẽs, sic disserit. Distincta est a posterorum libris, excellẽtia canonicæ authoritatis veteris & noui testamenti. Quæ apostolorum cõfirmata temporibus per successiones episcoporum, & propagationes ecclesiarum, tanquã in sede quadam sublimiter constituta, cui seruiat omnis fidelis & pius intellectus. Ibi siquid velut absurdũ mouerit, nõ licet dicere, Author huius libri non tenuit veritatem, sed aut codex mẽdosus est, aut interpres errauit, aut tu non intelligis. In opusculis autem posterorum, quæ libris innumerabilibus continentur, sed nullo modo illi sacratissimę canonicarũ scripturarum excellẽtiæ coæquantur, etiam in quibuscunq; eorum inuenitur eadẽ veritas: longe tamen est impar authoritas: & infra. In illa vero canonica eminentia sacrarum literarum, etiã si vnus propheta, seu apostolus, aut euãgelista, aliquid in suis literis posuisse, ipsa canonis confirmatione declaratur, non licet dubitare qđ verũ sit, alioquin nulla erit pagina, qua humanę imperitiæ regatur infirmitas, si

* Petri verbum expressium ꝓ authoritate scripturarum.

De doctri. Christiana lib. 2. c. 8.

* Lib. 11. cap. 5. tom. 6.

* Authoritas scripturæ noui & veteris testamenti temporibus Apostolorum suo modo cõfirmata est per successiones episcoporum & propagatiões ecclesiarum ad nos peruenit.

* Diuina scriptura non admittit inquisitionẽ nec disputationẽ ad

librorū ſaluberrima authoritas, aut contẽpta penitus abo letur, aut interminata cõfũditur. Hæc Auguſtinus. Idẽ pro eodẽ ad Diuũ Hieronymũ ſcribens, ait. Ego enī fateor charitati tuę, ſolis eis ſcripturarũ libris quī iã canonici appellãtur, didici hũc timorẽ honorẽq; deferre, vt nullum eorũ authorẽ ſcribẽdo, aliquid erraſſe firmiſſime credã. At ſi aliquid in eis offendero literis, quod videatur contrariũ veritati, nihil aliud q̃ vel mẽdoſum eſſe codicẽ, vel interpretẽ non aſſecutũ eſſe qđ dictũ eſt, vel me minime intellexiſſe nõ ambigã. Hæc ille. Sancta dei eccleſia ad idẽ eſt, quę per illa duo ſacra venerãdaq; concilia Carthaginẽ. & florentinũ libros, qui canonici appellãtur, noui & veteris teſtamẽti, tanquã diuinã authoritatẽ habẽtes, eo quo regitur ſpiritu ſctõ, accepit obſeruãdos ſemp. Quod etiã quaſi notiſſimũ prędicat per multa. Aut quomodo potuerũt libri omnes noui & veteris teſtamenti ab antiquiſſimo tẽpore naſcentis eccleſię, ab omnibus canonici appellari, in uariabiliterq; per omnia loca, tẽpora, & pſonas, obſeruari, & obſeruãdi a ſingulis iudicari, niſi ipſi diuinam authoritatẽ ſup oẽs, & oium hominũ poteſtates habuiſſe crederẽtur? Quid multa? Petrus & Paulus Principes gl'ioſi in illis ſuis ſupra adductis locis teſtãtur nõnullas ſcripturas ſacras in orbe eſſe, illaſq; diuinã authoritatẽ habere, tãquam ſi eas dei ſpiritus ædiderit. Rogo, quę illę ſunt? An noui & non veteris teſtamẽti, an veteris & nõ noui, an noui & veteris ſimul? Nõ primũ. Timothe? enī abinfãtia ſacras literas nouerat: quę nõ noui ſed veteris teſtamẽti erãt. Nec ſecundũ. Apli nãq; nõ minores: imo maiores patribus & ꝓphetis veteris teſtamẽti fuere; quare ſicut illi, ita iſti ſacras ſcripturas ædidere.

videndõ, an vere dicat, ſed ſolum a videndõ quid dicat credimus enim illam veriſſimam eſſe, etiã ſi illam non intelligamus.

*Eccleſia etiam non ob aliud excellenter ſcripturas vtriuſq; teſtamenti diuinas appellauit, niſi quia in eis diuinã authoritatẽ cognouit. Diſt. 9. &. 15.

*2. Pet. 1.
*2. Timo. 3.

*Nõ ſunt minores, imo maiores patres eccleſiæ, quã patres ſynagogæ: ob id noſtri apoſtoli ſicut ſui prophetæ ſacram ſcripturam ædiderunt.

Paulus gradus ecclesiæ numerans, primum apostolos, deinde p rophetas posuit: quos tandem spiritus primitias habuisse dixit. Petrus quoq; Apostolos prophetas esse testatus est, quod & Ioelis testimonio verum esse comprobauit. Tertium ergo dandum est: quo vno ore & vno corde omnes scripturas noui & veteris testamẽti sacras, diuinasq; esse confiteamur. Apostolis dictum est, Sicut misit me pater, ita ego mitto vos: iterum. Dũ steteritis ante reges & præsides, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Paulus quoq; ait. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Quid ergo? Qui sic tanta authoritate missi sunt, vt spiritum haberent loquentes: quomodo non eundem spiritum haberent scribentes? Absit talis blasphemia in deũ & sãctos eius. Quis sic insaniat, vt talia dicat? At si scribentes spiritum sanctum habuerunt, vt reuera habuerunt, scripta ipsa sua diuina sunt: quia non authoritate humana, sed spiritu sancto inspirante ędita sunt. Quid clarius? Nomen etiam ipsum, quo scriptura noui, & veteris testamẽti sacra, diuinaq; appellatur, hanc præsentem veritatem confirmat. Nã rogo, quomodo particularius super omnes scripturas mundi, imo singulariter diuina dicitur, si diuinam authoritatem non habet? An forte titulus est sine re? Absit. An forte ex concursu generali, quo etiam falsa scriptura: an ex particulari, quo omnis & sola vera scribitur, sic diuina, sacraq; nominatur? Nequaquam. Sed ex particulari ssima assistentia dei quæ taliter isti sacrę, qualiter non alij, quantumlibet verę assistebat, assistitq; ho

*1. Corint. 12. & Eph. 4.
*Act. 2.

Omnis scriptura veteris testamẽti diuina est.

*Ioan. 20.
*Matth. 10.

* Apostoli sicut habuerunt spiritum dei loquentes: ita illum habuerunt scribentes.

*Non est titulus fictus quo scriptura noui & veteris testamenti diuina dicitur: sed verus.

Scriptura aliqua eo diuina dicitur quo in sui æditione a dei spiritu principaliter dimanauit, assistente mouente q ad scribendum.

die. Alias enim, cur omnis alia simpliciter, vel omnis alia vera, diuina non nominatur?

## CAP. II.

*Quæ sit particularissima ratio qua scriptura aliqua diuina dicitur.

Q uæ autem sit, aut qualiter habita fuerit ista assistentia particularissima dei, qua noui & veteris testamenti scriptura sacra diuinaq; appellatur, nō absre dissserendum existimauimus. Magna enim perfectio scripturarum est, excellentia prerogatiuaq; non parua, q altissimarum rerum sint: nec dubium, quin pre ceteris diuinæ sacræq; nominari potius valeāt. Nanq; quū fuerint in vniuersum scripturæ signa rerū, nihil prohibet quominus scripturarum illa nobilior dicatur, sitq; dignior, quæ nobilioris rei signum est: sic etiā illa diuinior aut magis, aut solum, quæ præ aliis altissimarum, diuinarumq; rerum significatiua est. Signum enim vt signum, prsertim quod ad placitum est, & hominum institutione represetat, qualiter scriptura omnis significans significat, non nisi ex rebus quas indicat, in seminus aut magis nobilis, differentiam habere potest. Etenim vt sic, relatiua est, signatum respicit, ab eoq; perfectionē sortitur. Magna ergo perfectio scripturę est, q diuinarū rerum sit signū, sed nec hæc ratio est, qua sola noui & veteris testamenti scriptura, diuina modo quodam particulari & supremo dicatur. Multi nāq; de deo, deq; rebus diuinis scripserūt, quorum scripta nō diuina, sed humana appellantur, nec diuinam, sed humanā authoritatem habent. Deinde nō est ignotum, quantum valeat scriptura aliqua excellentiam maiorē vel minorem, authoritatemq; similiter minorem vel maiorem iuxta suum immediatum scriptorē habere,

Cæteris paribus, illa scriptura dignior est quæ rē nobiliorē significat, quia signum & signatū debēt proportionari.

*Scriptura sacra non dicitur diuina eo tantū quo de deo est.

¶ Cæteris paribꝰ ſcriptura aliqua potuit dici / alia dignior / quæ a digno magis ſcriptore ædita eſt.

vt ea dignior magis dicatur, quæ a doctiori, ſanctioriq; authore ædita fuerit. Hanc authoritatem magnã eſſe, & hanc nras ſcripturas noui, & veteris teſtamẽti habere, ſed nec hanc ſufficere, nouimus. Quidam enim ſancti & docti ſcripſerunt, Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus, Gregorius, Chryſoſtomus, Cyrillus, Athanaſius, alijq; innumeri: quorum ſcripta non tãquam diuina, ſed tanquam humana veneramur. Præterea lumen quo res nouerunt, qui veritates rerũ ſcripſerunt, iuuat plurimum, vt eas veritates ſacras, & illas ſcripturas diuinas potius dicamus, quas proprij authores ſcribentes ſuperiori lumine, fide ſcilicet, aut reuelatione alia cognoſcebant. Magna ratio iſta eſt: ſed nec iſta ſufficit. Magna quidem eſt: quia certiſſimum eſt, non niſi verum a deo optimo maximoq; reuelari vnquã poſſe. Magna iterum eſt, quia nõ abs re ſcriptura illa particulari quodãmodo diuina dicitur: cuius veritas ſuperiori lumine dignoſcitur. Decipitur enim ſæpe ſenſus, ſçpeq; lumen naturale intellectus fallitur, quæ vera ſunt, falſa, & quæ falſa ſunt, vera exiſtimando: lumẽ autẽ ſuperius nequaquã; magna ergo ratio iſta eſt, ꝓpter hæc: ſed nõ ſufficit. Non ſufficit, inquã, qr nõ fides. Nõ enim quæuis ſcriptura, a quouis fideli vere ſcripta ſit, ſtatim diuina eſt: & ſi vera, & de rebus religionis exiſtat. Multi enim conati ſũt ordinare narrationẽ rerũ quæ in nobis completæ ſunt, vt refert Lucas. Hieronymus quoq; in pluribus locis. Auguſtinus etiã in de cõſẽſu euãgeliſtarũ; quorũ nõnullos Chriſtianos fuiſſe, non eſt dubiũ. Eccleſia tamen, eorũ ſcripta nullatenus tãquam diuina recepit. Non ſufficit: quia non alia reuelatio. Quantũ cũq; enim quis aut ſpecies, aut notitias rerũ cõplexas

¶ Cæteris paribꝰ illa ſcriptura magis digna videtur quæ de rebus in ſuperiori lumine cognitis ædidit.

¶ Senſus ſæpe decipitur / velut in coloribus iridis / & caudæ colũbæ & in fractione baculi pro medietate in aqua & ſimilibus.

Lucas.

¶ in lib. Illuſtriũ virorum / in quodam prologo ſup Matth. & in epiſtola ad Damaſcũ ibi habitam.

Lib. i.

etiam, enunciatiuasque diuinitus acceptas habuisset, si suis naturis relictus scribat, iam non diuinam, sed humanam scripturam condit. Primũ quia potuit vsus reuelatæ scientię multotiens impediri. Secundum, quia quid potest homo suis naturis relictus nisi humanam scripturam facere. Vt sic enim non habet, quo dicat, Manus mea calamus scribe velociter scribentis. Aut quis dubitat, vsum reuelatę sciętię posse impediri? An non certum est, ab ijs quę certo, euidenterq; naturaliterque nouimus, aut labilitate memorię, aut passione insurgente, aut notitia alia veniẽte, nos sæpe præpeditos cadere? Quomodo ergo ab illis quæ diuinitus accipimus, aliquo horũ impediti, deficere nõ valemus? Qđ si dixeris deũ specialiter hoc facere, vt nequaq̃ à reuelatis sciętijs rerũ cadamus. Respõdemus, hoc aliud nouũ miraculũ esse. Iam ibi nõ est sola reuelatio: imo & reuelatę sciętię cõseruatio. Sed quid? Demus hoc, cõseruet deus sciętias hominũ quas reuelat, an nõ potest homo suis naturis relictus, cõtra hãc reuelatã sciętiã operari? Ita. Petrus enĩ per reuelationẽ, Christũ verum Dei filiũ esse accepit, quẽ tamẽ postea ter negauit, eius reuelationẽ dixit, & eiusdẽ negationem prędixit Christus: tamẽ postea subsequutũ fuisse, euãgelistis scribẽtibus, nouimus. An forte refert, ore vel calamo, voce, inquã, vel scriptura, à reuelata veritate recedere? Minime. Quid ergo. Nihil prohibet aliquẽ, aliud ab accepta reuelatione scribere: sicut nihil prohibuit, quin Petrus aliud loquutus fuerit. Nisi deus optimus velit & reuelatã veritatẽ firmiter cõseruare, & habẽtẽ q̃tenꝰ iuxta illã opet, necessitare. Sic olim in Balaã factũ fuit, qui pplm dei, cui maledicere venerat, nõ nisi benedicere potuit.

¶ Reuelatio sola nõ sufficit vt homo suis naturis relictus diuinam scripturam condat.

Quis a reuelata sciẽtia cadere posit: sicut ab illa quam naturaliter per experientiã habet nisi specialiter sustẽtetur in illa reuelatione.

¶ Si quis in reuelata sciẽtia sustẽtatur hoc aliud est: sed nec ad ea crãscriptura sufficit: quia aliud est Deum cõcurrere cum aliquo, vt sciat: & aliud concurrere cum illo, vt scribat.

Matth. 16.

Nec dubiũ quin possit aliquis suis naturis relictus contra reuelationem agere: sicut hic pulchrũ exẽplum damus.

Numer. 23.

*Deus olim Balā necessitauit loqui iuxta reuelationē: sed illud particulare fuit/ & quid distinctō. *1. Corint 14. Spiritus sanctus illuminās pphetas/nō necessitās illos regulariter sic loqui.

At hoc aliud longe est, quā aliquid per reuelationē accipere, & reuelatas veritates in superiori lumine cognoscere. Apostolus hoc docuit: qui spiritum prophetarum prophetis subiectum dixit, vt illos illuminatos ad intelligendum, nō autem necessitatos ad loquendū, aut scribēdum intelligamus: quēadmodum in eo loco optime notarunt patres. Tandem reuelatio īmediata Dei erga diuinum scriptorem, quia necessaria non est, nō videt quomodo sit, sufficiat. Necessaria non est, quia Matheus, & Ioannes multa quę non reuelatione aliqua, sed solo sensu acceperāt: Marcus aūt quę a Petro: & Lucas, quę a Paulo audierūt, scripserūt. At quis scripturas horum negabit diuinas esse? Magnę eæ rationes sunt, dignæq;, vt sufficiētes videātur: sed quia non sufficiunt, vt mōstrauimus, alia ratio quæ sufficiat, & requiratur, quærenda est. Quæ ergo erit?

## CAP. III.

*Quidam euangelistæ nonnulla quæ per sensum: quidā vero quæ per relationē acceperunt diuinitus scripserunt.

Dei optimi maximiq; particularis quędā impulsio, ac eius particularis assistētia quibus suos scriptores mouet, vt scribant: & eis scribentibus assistit, vt nō nisi vere scribere possint, quæ vera sciunt: siue per sensū, siue per relationem alicuius, siue per reuelationē dei acceperint: ratio vna est, qua sola scriptura aliqua sacra, aut diuina dicitur. Hęc enī est, qua sola posita ponitur: & qua non posita, nō ponitur diuina scriptura: quo fit vt & requisita sit, & sufficiat. Primū quod sufficiat, manifestū est: nā nulla alia scriptura cōueniētius diuina dici pōt, q̄ea quę deo actore fit, nec aliqua scriptura manu hominum ædita, a deo actore est magis, q̄ ea, ad quam deus speciali modo mouet, & cuius scriptori specialiter inscribēdo assistit; nec aliqua magis in deū actorē refer-

*Ratio exactissima, qua scriptura aliqua diuina dicitur.

ri poteſt, quã iſta. Sic autẽ in vniuerſum ſi ſcriptura ali qua manu hominum ſcripta diuina dicẽda eſt, illa quæ iſto tali modo, deo actore ẽdita fuerit, abſq; dubio dicẽ da erit. Tunc enim, dum deus iſto modo ſpeciali ſcribẽ tẽ mouet, eiq; aſſiſtit, deus eſt qui principalis actor eſt: homo autem non principalis, ſed quaſi inſtrumẽtum. At opus aliquod non inſtrumento: ſed principali agen ti tribuitur, ſuumq; dicitur. Saluator noſter hanc attri butionem monſtrans, Apoſtolis dixit. Non enim vos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri, qui loqui tur in vobis. Paulus quoq; ad idem. An experimentum quęritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Dauid etiã. Lingua mea calamus ſcribe, velociter ſcribẽtis. Idem ſpiritus dñi loquutus eſt per me, & ſermo eius per lin guam meam. Loquebãtur quidem Apoſtoli, loquebatur Paulus, loquebatur & Dauid: ſed quia deo mouente aſſiſtenteq; ſpeciali quodammodo: non illi, ſed deus di cebatur loqui: & verba eorum nõ humana, imo diuina dicuntur. Sic ergo erit in ſcripturis, vt illa diuina optimo iure dicatur, quæ deo mouente, aſſiſtenteq; per ho minem quaſi per inſtrumentum dei ædita fuerit, quomodocunq; aut qualitercũq; id quod ſcribitur, ſciatur: ſiue per reuelationem, ſiue per ſenſum, ſiue per relatio nem. Quid clarius? Secundum autem, hoc eſt, q̃ hæc motio, ſpecialiſq; dei aſſiſtẽtia requiratur ad diuinam ſcripturam, ſimiliter notum eſt. Petrus ad hoc dixit. Hoc primum intelligentes, q̃ omnis prophetia ſcriptu ræ propria interpretatione non fit. Non enim volũ tate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſctõ inſpirati, loquuti ſunt ſancti dei homines. Ecce te ſtatur Petrus ſcripturam ſacram non authoritate hu-

Scriptura ſacra hominũ ædita: diuina ſpecialiſſimo modo dici nequit: niſi ad illam deus ſpeciali ter moueat / & ſcribenti aſſiſtat.

Opus non inſtrumento / ſed principali agenti tribuitur.

* Math. 10.
* 2. Corint. 13.

* Pſal. 44.
* 2. Reg. 23.

* Locutio per hominẽ facta diuina dicitur / dum deus ad illam mouet aſſiſtitq;. Similiter omnis & ſola ſcriptura per hominem facta diuina dicitur ad quam deo mouerit / aſſiteritq;.

* 2. Pet. 1.

*Nō potuit scriptura per hominē factā deo particulariter tribui sicut illa quæ diuina dicitur deo tribuuntur, nisi a illam deus moueat, assistatq;.

mana, sed spiritu sancto inspirante æditam. At quomodo potest scriptura hominis sic spiritui Dei tribui, nisi spiritus ipse ad illam moueat, assistatq;? Nequaquam. Scientia enim in hoc sæculo, nisi à Deo reueletur, infundatur: nullatenus diuina dicitur: verba hominū non appellantur diuina, nisi dum a deo specialissimo modo proferuntur. Si ergo in alijs ita est, vt nihil isto modo tribuatur deo, nisi quod ab ipso actore est: cur ita non erit scriptura, vt illa omnis, & sola Deo tribuatur, ad quam Deus mouerit? Nec valet dicere, Petrum hic nō de scriptura, sed de prophetia loquutū fuisse: nō valet, inquam, quia sermo erat de prophetijs veteris testamēti, de quibus dixerat. Habemus firmiorem propheticū

*Petrus dū prophetias veteris testamenti allegauit, scripturas illius allegasse cognoscitur.

sermonem, cui bene facitis attendentes: prophetias autem, non nisi scriptas Iudæis, alijsq; illius temporis in confirmationem suæ prædicationis, allegare potuit: quia alię non erant: nec alijs, id est non scriptis, illi attendere poterant: quia non scriptas non videbant. Quum ergo de prophetia scripta, quam allegare ipse potuit, & cui alij attendentes bene faciebant, loquutus fuerit: & illam non humana, sed diuina authoritate allatam dixerit, eam a Deo actore æditam fuisse monstrauit.

*Translatio alia multū a proposito.

At scripturam manu hominis factam, quomodo deus facere dicitur, nisi mouendo & assistendo? Alia translatio hunc esse proprium sensum docet, quę sic habet. Hoc primum intelligentes, quòd omnis prophetica scriptura propria interpretatione non fit. Quid clarius? Hæc enim propheticam scripturam habet, & hanc nostram veritatem satis monstrat. Paulus

2.a. Thimoh.3.

ad idem. Tu vero permane in ijs quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & q; ab infan-

tia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem, per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum. &c. Ecce ſacras literas eſſe teſtatur, quas Timotheum ab infantia didiciſſe dicit: & ſcripturam aliquam diuinitus inſpiratam ſupponit, quam omnem vtilem eſſe ad docēdum, aſſerit. Nunc rogo, quas literas dixit ſacras, niſi quas poſtea dixit diuinitus inſpiratas: aut quas ſupposuit diuinitus inſpiratas, niſi quas ante dixerat ſacras? Audacter, ſed vere dico: eaſdem dixit ſacras, & diuinitus inſpiratas, quia hæc duo, ſcriptura ſacra, & ſcriptura diuinitus inſpirata, abinuicem ſeparari non poſſunt: ſicut enim omnis diuinitus inſpirata, eo ipſo ſacra eſt: ita omnis ſacra, eo ipſo diuinitus inſpirata. Nam da, quæ ſit diuinitus inſpirata, & quæro vnde talis ſit? Non dubium, quin eo, quòd a Deo mouente, & aſſiſtente ſcriptori: hæc enim ſola ratio eſt, quæ ſcripturam reſpicit, & illam inſpiratam diuinitus facit. Aliæ enim rationes, ſcilicet infuſionem ſcientiæ, aut motionem linguæ, cognitiones, & voces reſpiciunt: & illas diuinas faciunt. At vtique quia omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, à deo mouente, & aſſiſtente ſcriptori eſt: omnis talis ſacra erit: quia non poteſt ſic à Deo actore eſſe, quin ſacra ſit. Iterum. Da, quæ ſit ſcriptura ſacra, & non dubium, quin aliqua ratione, quæ ipſam ſcripturam directe, & immediate reſpiciat: tale autem quid intelligibile nō eſt niſi ſpecialis motio, aſſiſtentiaque Dei, quibus ſcriptorem ad illam ſcripturam mouet: eique ſcribenti aſſiſtit: aliæ enim rationes, vt conſtat ad ſcripturam

*Paulus nonnullas eſſe literas ſacras teſtatur: & nonnullas ſcripturas diuinitus inſpiratas ſupponit.

*Paulus eaſdem ſcripturas dixit ſacras quas ſupposuit diuinitus inſpiratas: & econtra eaſdem ſupposuit diuinitus inſpiratas quas dixerat ſacras.

*Radē ratio eſt, qua ſcriptura aliqua ſacra dicitur iſto modo ſpecialiſsimo, & qua diuinitus inſpiratur.

immediate & directe non pertinent. Sic autem iam omnis sacra scriptura diuinitus inspirata erit: quia illa sola ratio est, quæ scripturā diuinitus inspiratam facit. Et quid multa? Videat quicunq;, quæ sit illa scriptura, quam Apostolus diuinitus inspiratam supponit, & vtilem ad docendum dicit: & sciat statim, nos omnem, & solam talem, diuinam sacramq; dicere. An forte dixerit quispiam nullam esse scripturam diuinitus inspiratam? Absit, quia si nulla esset, illa propositio Apostoli cathegorica affirmatiua absolutaq;, Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum: falsa esset: quia subiectum haberet, cui in re nihil responderet: falsa inquā esset, quia aliquid enunciaret de nihilo. Nunc autem quia verbum Apostoli verum est, aliqua scriptura diuinitus inspirata est: faciamus ergo vim in vero nomine, & iuxta significationem propriam rei rationem quæramus ad propositum. Scriptura per hominem facta, & humanis digitis porrecta, protractaq;, quomodo diuinitus inspirata dici potest vere & ꝓpriꝫ, nisi quia a deo mouente, & assistente sit? Nequaquam: quia sicut scientia non dicitur diuinitus inspirata, nec verbum hominis diuinitus inspiratum, nisi deus optimus maximusq; speciali quodāmodo se habeat ad scientiam, & verbum: ita nec scriptura per hominē ædita diuinitus inspirata dici poterit, nisi deus eo modo speciali eam efficiat. At modus iste specialis nullus alius ponendus est, nisi motio, assistētiaq; Dei erga humanū scriptorem: quia solus iste est qui ad scripturā respicit, & solus positus sufficit. Augustinus ad hoc optime in de consensu euangelistarū dixit, omnibus aūt discipulis suis per hominē quē assumpsit; tanq̄ mēbris sui

* Christiana locutio omnem & solā scripturā diuinā aut sacrā dicit, quā Apostolus diuinitus inspiratam supponit.

* Quia Pauli locutio vera est, nostra hæc assertio vera quoque esse comprobatur.

* Argumentum ex nomine a similisumptū optime facit: quia sicut nec locutio, nec scientia aliqua diuinitus inspirata dicitur nisi ad illam specialiter moueat deus, assistatq; : sic nec scriptura.

* Augustin. libr. cap. 135.

corporis caput est. Itaq; cum illi scripserunt quæ ille ostendit, & dixit, nequaquam dicendum est, quod ipse non scripserit: quandoquidem membra eius id operata sunt, quod dictante capite cognouerunt. Quidquid enim ille de suis factis, & dictis nos legere voluit, hoc scribēdum illis, tanquā suis manibus, imperauit. Hoc vnitatis consortium, & in diuersis officijs concordium membrorum sub vno capite ministerium, quisquis intellexerit, non aliter accipiet quod narrantibus discipulis Christi in euangelio legerit, q̄ si ipsam manum domini quam in corpore gestabat scribentem conspexerit. Opulchrum Augustini verbum. Quid ais o Augustine, qualiter intelligēdus est Christus se habuisse erga Apostolos, & euangelistas sua facta, & dicta scribentes? Hoc inquit, quisquis intellexerit, non aliter accipiat, quod narrantibus discipulis Christi in euangelio legerit, q̄ si ipsam manum domini quam in corpore gestabat scribentem conspexerit. Clamo nūc ex ista Augustini optima determinatiōe, & quæro, qualiter se haberet Christus circa manum suam ꝓpriam, si illa scriberet, nonne tanq̄ mouens & assistens? Ita. Simili ergo modo se habuit circa suos scriptores, mouens scilicet, & assistens eis scribentibus, quasi eorum manus eius instrumentum fuerit. Idem pro eodem in de ciuitate dei multa dicit, quæ omitto breuitatis causa. Idem pro eodem manifeste satis in de concordia euāgelistarum notat per spiritum sanctum procuratum fuisse, ꝙ Lucas & Marcus scriberēt: quibus fatetur impositum munus scribēdi, hoc est, officium vel onus: onus autē scribēdi imponi a deo proprie non dicitur, nisi deus ipse ad scribēdū specialiter moueat, assistatq;. Abulensis ad idem

Non aliter accipienda sunt scripta Apostolorum & euangelistarū: quā si ea manu domini quam in corpore gestabat scribi videremus

Lib. 18. c. 43. li. 4.

Abulens. quæst. 118.

in prologo ſuo ſuper Matheũ, ait: Patet generaliter q̃ Deus euangeliſtas impellat ad ſcribendum, & dirigat eos, quia ad Epheſios. 4. dicit, quòd Deus dedit in eccleſia quoſdam quidem Apoſtolos, alios autẽ prophetas, alios vero euangeliſtas. Ergo deus ponit eos in hoc officio, & tribuit eis iſtam gratiã, & non vſurpant ſibi ipſi hoc officium. Et patet, quia ſicut nõ eſt apoſtolus, niſi qui a Chriſto electus eſt. Math. 10. & ad prędicandum ab eo miſſus eſt, actuum. 1. & non eſt propheta, niſi qui a deo recipit occultorum reuelationes: ita non erit euangeliſta, niſi cui a deo datur ſpecialiter iſta gratia, & imponitur iſtud onus ſcribẽdi, cũ deus dicatur dare iſtos gradus in eccleſia ſua. Hæc Abulen. Vide ergo o lector iſta duo & diſtingue illa: quia aliud eſt, ſcripturam eſſe ſacram: aliud, ſcripturam manifeſtari ſacram. Aliud ſimiliter, ſcripturam ſacram eſſe diuinitus inſpiratam, aliud ſcripturam manifeſtari nobis eſſe ſacram, & diuinitus inſpiratam. Nãq; qđ ſcriptura ſacra ſit diuinitus inſpirata. Petrus, Paulus, Auguſtinuſq; docẽt: q̃ vero manifeſtetur nobis ſcriptura aliqua eſſe ſacra, hoc nos non habemus: ſed nec habere poſſumus, niſi per eccleſiam. Occultiſſima enim eſt illa motio, aſſiſtẽtiaq; dei ſpecialis: vnde nequaquam ſcire poſſumus, quis illã habuerit, niſi dei eccleſia, quę errare non poteſt, colũna & firmamentũ veritatis, mõſtrauerit. Quo doctus Auguſtinus dixit: Euangelio non crederem, niſi eccleſiæ me moueret authoritas. Videó Lucam eo ſcripturam euangelij ſui commendaſſe, q̃ ea quæ ſcribebat a vere ſcientibus, vereq; referentibus accepiſſet. Sicut tradiderunt inquit nobis, qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis, viſum eſt & mihi aſſequuto

*Epheſ. 4. * Eſſe euangeliſtã eſt diſtinctus gradus.

*Math. 10. *Act. 1.

* Aliud eſt ſcripturam eſſe ſacrã aliud manifeſtari ſacram eſſe. Scriptura eſt ſacra per hoc quod eſt diuinitus inſpirata: ſed manifeſtatur ſacra per eccleſiã.

Contra epiſtolã fundamenti. Luc. 1. *Præcipuã rationẽ: hanc ſcilicet quã hactenus docuimus motiõis & aſſiſtentiæ dei tacuit Lucas: tũ quia occulta & inſenſibilis: tũ quia magnã in eo excellentiã arguebat.

omnia a principio diligẽter ex ordine tibi scribere, optime Theophile. Video inquam hoc, sed non miror: nõ enim ex hoc virtutem diuinam, motionem, & assistentiã dei specialem negabat: sed illam, quia occultam nouerat, tacebat. Neq; in his explicuit, a quo motus scribebat, sed a quibus edoctus, ea quæ scribebat, sciebat: at diximus & nos ad sacrum scriptorem nõ referre, quomodo ea quę scribit, sciat: sed tantum, quo mouente, assistenteq; scribat, siue per reuelationem dei, siue per sẽsum proprium, siue per relationem hominis didicerit.

## CAP. IIII.

In vniuersum ergo: omnes & soli illi, qui hanc motionem, assistentiamq; specialissimam spiritus scribentes habuerunt: sacri diuiniq; scriptores fuerunt. Tamẽ quantum ad euangelium attinet, nulla scriptura de canone noui testamenti est, sed neq; esse potuit iuxta legem datam, nisi quam apostoli domini, aut per seęcdiderunt, aut ab alijs æditam, tanquã sacram receperũt. Mõstratur hęc veritas. Saluator noster apostolis dixit, sicut misit me pater, ita ego mitto vos. Iterum. Illis conuocatis dedit virtutem, & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent. Et misit illos prędicare regnum dei, & sanare infirmos. Iterum accedens Iesus locutus est eis, dicẽs. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: euntes ergo docete omnes gẽtes, baptizantes eos. &c. Iterum. Vos autem testes estis horũ, & ego mittam promissum patris mei in vos, vos autẽ sedete ĩ ciuitate, quoadusq; induamini virtute ex alto. Iterum accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem,

* Qui sacri, diuinique scriptores dicãtur proprie loquendo.

Ioannis. 20.

Luc. 9.

Ad apostolos pertinuit scripturas noui testamenti ædere, aut recipere.

Math. 28.

Luc. 24.

Act. 1.

& in omni Iudęa, & Samaria, & vsq; ad vltimũ terræ.

*Marc.16. Iterum: Euntes in mundũ vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ: qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condẽnabitur.

*Omnis euangelica prædicatio Apostolis cõmissa est. At istis omnibus luce ipsa meridiana clarius monstratur, omnem ac totam euãgelij prędicationem, omnẽq; ac totam Christianę fidei enunciationem, omnem & totam ecclesiæ ędificationem post Christum apostolis committi: vnde in Apocalypsi dicitur. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim, nomina duodecim apostolorum agni. Sic autem quum sacra scriptura firmissimã fidem faciat, tanquã verissimus, firmissimus, certissimusq; iudex, omnium illorum quæ dicit, maxime audiendus diuinam authoritatem habẽs: ma ıise stũest, eam quæ noui testamẽti est, ad omnes & solos apostolos pertinere, vel tanquam ad condentes, vel tanquam ad recipientes illam. Nam quis alius potuit sacras scripturas noui testamenti, firmissimas quidem regulas Christianæ prędicationis in Christianam religionem mittere, sine Apostolis saltẽ recipientibus, quibus omnem & totam suæ fidei, & legis prędicationem saluator noster ipse cõmisit? Augustinus ad hãc veritatem optime in de consensu euangelistarũ dixit. Proinde qui prophetas ante descensionẽ suam præmisit, ipse & apostolos post ascẽsionem suã misit: infra. Itaq; cum illi scripserunt, quæ ille ostendit & dixit, nequaquã dicendum est, q; ipse nõ scripserit: quandoquidem membra eius id operata sunt, quod dictãte capite cognouerunt. Quicquid enim ille de suis factis, & dictis nos legere voluit, hoc scribendum illis, tanquam suis manibus imperauit. Hoc vnitatis consor

*Augustinus ꝙ eadem sentẽtia. lib.1.cap.35.

tium, & in diuersis officijs concordium membrorum sub vno capite ministerium, quisquis intellexerit, non aliter accipiet quod narrantibus discipulis Christi in euangelio legerit, quã si ipsam manum domini, quã in corpore gestabat, scribentẽ cõspexerit. Idem pro eodem contra Faustũ inquit. Apostolus Paulus post ascensionem domini de cœlo vocatus, si non inueniret in carne Apostolos, quibus cõmunicando, & cum quibus cõferendo euangeliũ, eiusdem societatis esse appareret: ecclesia illi omnino nõ crederet. Sed cum cognouisset, eum hoc annunciantẽ, quod etiã illi annunciabant, & in eorũ cõmunione atq; vnitate viuentem, accedentibus etiã per eũ talibus signis, qualia & illi operabãtur, ita eum domino cõmẽdante, meruit authoritatem, vt verba illius hodie sic audiantur, in ecclesia, tanquã in illo Christus, sicut verissime dixit, loquutus audiatur. Hæc Augustinus. Hieronymus circa illud: Dominus narrabit in scripturis populorum, & principũ horum, qui fuerũt in ea: ad propositũ ait. Et principũ, hoc est, Apostolorum, & Euangelistarũ, horũ qui fuerunt in ea. Videte quid dicat. Q ui fuerunt, nõ qui sunt: vt exceptis Apostolis, quodcunq; aliud postea dicetur, abscindatur, nõ habeat postea authoritatem. Q uãuis ergo sanctus sit aliquis, post Apostolos: quanuis disertus sit, non habet authoritatem. Q uoniã dominus narrabit in scripturis populorũ, & principum horum qui fuerunt in ea. Hæc ille: qui tandem in de viris illustribus, euangeliũ Marci, a Petro: euangeliũ vero Lucæ, a Paulo approbata, seu potius recepta fuisse testatur. Pauli factũ hanc nostrã veritatem quoq; monstrat. Rogo, si ad duodecim primo vocatos, missosq;, ac sanctificatos

* Lib. 28. cap. 4. tom. 6.

*Sic tota prædicatio noui testamẽti ad Apostolos pertinuit: q Paulum nõ recepisset ecclesia, nisi tempore Apostolorũ venisset, &c.

*Psal. 136.

Hieronymus ad idẽ multa, prædicãs tandẽ, omnẽ euangelii prædicationẽ post dominum ad Apostolos pertinuisse.

nō tota Christianæ fidei prędicatio ptinebat, ad quid Paulus ipse tantus, ac talis Hierosolimam ascendit euāgelium suum conferre cum fratribus, ne cum alijs prædicasset, reprobus efficeretur? At si Paulus hoc fecit, quis alius potuit quicquam religionis scribere, & inconsultis apostolis ecclesiæ legendum commēdare? Auda cter sed vere dico. Nemo. Augustinus iterum ad idem contra Faustum ait. Distincta est a posterorum libris excellentia canonicę authoritatis. Quę Apostolorum cōfirmata temporibus per successiones episcoporum, & propagationes ecclesiarum, tanquam in sede quadā sublimiter constituta, cui seruiat oīs fidelis, & pius intellectus. Ibi siquid velut absurdum mouerit, non licet dicere, author huius libri nō tenuit veritatem: sed aut codex mendosus est, aut interpres errauit, aut tu nō intelligis. Nota verbum, Apostolorum confirmata temporibus.

Ad Gal. 2.

Lib. 11. cap. 5.

## CAP. V.

¶ Gratianus dixit male, Decretales epistolas inter canonicas scripturas annumerari. 19. dist. c. in canonicis.

Hic Gratianū admiror, qui alias doctus, nescio quo studio motus, inania garriens, decretales epistolas, quasi diuinas, inter canonicas scripturas cōnumerauit. Qđ gratiosius lubentiusq; audiendus, quodam Augustini dicto confirmauit: quo dixerat, In canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum quàm plurimum diuinarū scripturarum solertissimus indagator authoritatem sequatur: inter quas sane sint quas apostolica sedes habere, & ab ea alij meruerunt accipere epistolas. Admiror inquam hominē, tum in eo quod posuit: tum eo ꝙ a se inuentum, ex Augustino confirmare studuit: quū nihil minus fecerit Augustinus vnquā, quàm quòd hāc Gra-

Admirandus est Gratianus: tum in eo quod finxit: tum quia suū figmentū confirmare studuit.

tiani ſententiam ſtabiliret. Ruit illa funditus ex dictis ante. Nec potuit Auguſtinus Auguſtino eſſe contrarius, ſanctiſſimus, doctiſſimuſq;, ac memoria tenaciſſimus. Sed age mittamus alia: & fingamus Auguſtinū nuſquam alibi de his loquutum: etiam his poſitis auda cter dicimus: Neq; verba Auguſtini Gratiani ſententiam volunt: ſed nec ipſum operis caput, ex quo ſunt extracta, illam patiuntur. Non enim vt Gratianus refert, imo ſic Auguſtinus habet in de doctrina Chriſtiana. In canonicis autem ſcripturis eccleſiarum catholicarū quàm plurimum authoritatem ſequatur (ſolertiſſimus indagator, nempe de quo agebat) inter quas ſane illæ ſunt, quæ Apoſtolicas ſedes habere, & epiſtolas accipere meruerunt. Te quæſo, ſtudioſiſſime lector, videas hæc Auguſtini verba, perpendaſque in eis illud verbum, Inter quas, non ad ſcripturas canonicas, ſed ad eccleſias potius catholicas referri. Quod in verbis illis a Gratiano relatis non eccleſias catholicas, ſed ſolum ſcripturas ipſas canonicas refert. Nec dixit Auguſtinus: quas apoſtolica ſedes habere, vt Gratianus poſuit: ſed ait, quę apoſtolicas ſedes habere, vt nos fideliter ponimus. O magna differentia verborum Auguſtini: quis te nō videt? Nō ergo Auguſtinus decretales epiſtolas, ab apoſtolica ſede ſcriptas, aut receptas canonicis ſcripturis annumerat: ſed tātum in legendis canonicis ſcripturis: ne non canonicæ pro canonicis, aut canonicæ pro non canonicis habeātur, authoritatē eccleſiarū catholicarum, illarū maxime quibus apoſtoli prę ſiderunt, aut ſcripſerūt, velut eccleſiæ Romanorū, Corinthiorū Galatarū, Epheſiorumq; cōmendat. Vnde ſicut iam poſuimus, inquit: In canonicis aūt ſcripturis

Auguſtinus nō quam fuit Auguſtino contrarius niſi dum ipſe retractauit.

Lib. 2. c. 8. Verba Auguſtini fideliter relata

Verba Auguſtini in ſua propria forma Gratiano repugnant, d. 20.

¶ Gratianus male retulit Auguſtinum.

(quas totas dixerat legendas) ecclesiarū catholicarum quā plurimū authoritatem sequatur (quatenus nec alias scripturas nec aliter, nisi quas, & qualiter catholicæ ecclesiæ accipiunt & intelligunt, accipiat & intelligat solertissimus indagator) inter quas nempe ecclesias catholicas, sane illæ sūt, quæ apostolicas sedes habere: & epistolas accipere meruerunt. Quid clarius? Imo & litera sequens hoc idem declarat: quum enim in his verbis positis authoritatē ecclesiarum catholicarum in recipiendis legendisq; canonicis scripturis, auscultandā docuisset: ne lectoris mentē moueret, q̄ alia particularis eccl'ia has, alia vero illas, quasi canonicas scripturas recepisset, subdit. Tenebit igr̄ hūc modū in scripturis canonicis, vt eas quæ ab oībus accipiūtur eccl'ijs catholicis, prę̄ponat eis, quas quædā nō accipiūt. In eis vero quæ nō accipiūtur ab oībus, prę̄ponat eas, quas plures graviores q; accipiūt, eis, quas pauciores, minoris q; authoritatis ecclesiæ tenent. Si aūt alias inuenerit a pluribus, alias a grauioribus haberi, quanquā hoc inuenire nō possit: æqualis tamen authoritatis eas habendas puto. Sed quid plura? Verba statim sequentia has ignorātiæ nebulas fugant penitus: quibus quicquid de canone erat noui & veteris testamenti, Augustinus numerauit, nominauit q̄; sic vt nihil ibi nō expressum ad canonicas scripturas iuxta Augustini doctrinā pertineat: ait enim. Totus autē canon scripturarū, in quo istam considerationem versandā dicimus, his libris continetur. Quinq; Moseos, id est, Genesi, Exodo, Leuitico, Numeri, Deuteronomio, & vno libro, Iesu Naue, vno Iudicū, vno libello, qui appellatur Ruth: qui magis ad regnorū principia videtur pertinere: Deinde quatuor

*Sequens litera Augustini ostendit magis veram eius mentem.

*Augustinus cuius sententiæ fuerit, indicauit satis: dum in eodē capite omnes libros canonis annumerauit, nominauit q̄.

Regnorum,& duobus Paralipomenon, nõ consequentibus,sed quasi a latere adiunctis simulq; pergentibus. Hęc est historia quæ sibimet annexa tempora cõtinet, atq; ordinem rerum. Sunt aliæ tanquam ex diuerso ordine,quę neq; huic ordini,neq; inter se connectuntur: sicut est Iob,& Tobias,& Hester,& Iudith, & Machabeorum libri duo,& Esdræ duo,qui magis subsequi videtur ordinatam illam historiam, vsq; ad Regnorum vel Paralipomenon terminatam. Deinde prophetæ,in quibus Dauid vnus liber psalmorum, & Salomonis tres,Prouerbiorum,Cãtica canticorũ, & Ecclesiastes. Nam illi duo libri, vnus qui sapientia,& alius qui ecclesiasticus inscribitur,de quadam similitudine Salomonis esse dicũtur. Nam Iesus filius Sirach eos scripsisse constantissime perhibetur. Qui tamen quoniam in authoritatem recipi meruerunt,inter propheticos numerandi sunt. Reliqui sunt eorum libri, qui prophetę appellati sunt,duodecim prophetarum libri singuli, qui cõnexi sibimet,quoniam nunq̃ seiuncti sunt, pro vno habentur. Quorum prophetarum nomina sunt hæc, Osee,Ioel,Amos,Abdias,Ionas,Micheas,Naum,Abacuh. Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias. Deinde quatuor prophetę sunt maiorum voluminũ, Esaias, Hieremias, Daniel, Ezechiel. His quadraginta quatuor libris veteris testamẽti terminatur authoritas. Noui autem,quatuor libris euangelij,secundum Matheum, secundum Marcum,secundum Lucam,secundum Ioãnem,quatuordecim epistolis Pauli apostoli,ad Romanos,ad Corinthios duabus,ad Galatas,ad Ephesios,ad Philippenses, ad Thessalonicẽses duabus,ad Colossenses,ad Timotheum duabus,ad Titum, ad Philemonẽ,

Hieronymus in prologo Iudith/ notat illum librũ non esse de canone/quin potius agiographum, videatur quoq; ipse in prologo Galeato qui incipit Viginti & duas literas/ super lib. reg. quo loco nõ nullos horum librorum de canone esse negat.

*Abulensis quoque in prologo suo super Math. quæstione. 2. non credit oẽs hos libros de canone esse: imo quosdã apocryphos vocat.

ad Hebreos, Petri duabus, tribus Ioānis, vna Iudæ, & vna Iacobi, Actibus Apostolorū libro vno, & Apocalypsis Ioānis libro vno: Hæc Augustinus. Qui ergo totū scripturarū canonē in his libris contineri dixit, nullum alium ab his inter canonicas scripturas admisit, Sūt igitur decreta patrum, Romanorū inquam pontificū, vera, sunt firma, sunt ab omnibus cū omni obedientia obseruanda, vt infra magis dicetur: sunt etiā quodāmodo canonica dicenda, vt pote q̄ ab ecclesiastico principe ædita a toto orbe sint obaudienda, custodiendaq;: sed nequaquam illorum scripta Apostolorum & Euangelistarum scripturis coæquantur. Sunt inquā vera: imo & diuina in rebus fidei, sed humanis scripturis scripta: sicut quædam alia sunt, quæ humana sunt, & diuinis scripturis scribuntur de quibus alias.

¶ Articulo. 4 & 3. per multa.

¶ Quædam diuina humanis / & quædam humana diuinis scripturis traduntur.

## CAP. VI.

Quòd si q̄d diximus verū est, vt reuera est, sacras scripturas diuinā authoritatē habere, q̄si a deo mouēte assistenteq; æditas: erit vtiq; per cōsequēs verū, eas sup oēs humanas scripturas, firmissimas, ac certissimas, sicut omnino verissimas esse. In vniuersum enim oīs humanarū scripturarū, prout scripturæ sunt, certitudo, vel a sensu scriptoris, vel ab intellectu naturali lumine illustrato, vel a veracitate narrātis, vel a cōiectura ex præteritis est. Dare nāq; suis scriptis maiorē certitudinē q̄ ipse habeat, nullus vnquā scriptor potest: qui non nisi aliquo horū via naturali certus fieri valet. At quis nō videt, quantū sæpe & sæpius singula hæc, imo omnia simul deficiunt, sensus, intellectus humanus, veracitas narrantis, cōiecturaq; arguentis? Quotiens sensus veros colores esse, qui tantum apparētes,

¶ Diuina scriptura super omnes alias / verissima certissima ac firmissima est.

¶ Nullus scriptor potest dare suis scriptis maiorē certitudinē quā ipse habet.

& minime existentes sunt: baculū fractum, ripāq; moueri, falso iudicat? Quotiens intellectus fallitur a principijs deducendo, ad eadēq; resoluendo? Aut quā certitudinē habere intellectus potest, q res extra se positas, nō nisi præuio sensu, deceptibili valde, distincte intuetur? Vniuersaliter stat sententia: Si cæcus cæcū ducat, ambo in foueā cadunt. Quotiens veracitas hominis narrantis decipit, & decipitur? Aut quid proprius habet homo ex natura, quā quod mentiatur? Quotiens etiam cōiectura arguentis deficit, ex circunstantia aliqua temporū, locorum, personarū, aliarumue rerū variata? Memoria etiā scribentis quā labilis est, & inconstans sibi: quis non sæpe ea deceptus, putat se vidisse, quæ nō vidit: & e contra nō vidisse, quæ vidit: Humanarū quoq; potentiarum infirma capacitas, quæ pluribus intenta, minor est ad singula non parum hominis firmitatē infrīgit. Malitia insuper hominis scriptoris, qua vera false, & falsa vere scribere potuit, nonne totā humanarū scripturarū certitudinē, aut tollit penitus, aut suspectā reddit? Vtiq;. Mittamus hæc oīa: demus, humanū scriptorē nullo horū decipi, verāq; ac certam scripturam ædere. Rogo, quo lumine perfunditur, vt res per sensum, aut intellectū intueatur actu sensibiles aut ītelligibiles factas? nōne naturali siue corporali exteriori: siue spūali interiori? Ita. Sic autē quid? Profecto cum aliqua scriptura humana certa fuerit, eius certitudo non maior erit, quàm nata sit lumine naturali videri. At diuinarū scripturarū lōge maior est suprema infinitaq; certitudo: cum enim Deus ipse optimus maximusq; earū sit principalis actor, suos scriptores, quasi ꝓprios suos digitos mouēs, eisq; assistēs, nō humanis,

¶ Oīa per quæ certitudo humana haberi potest defectibilia sunt.

Math. 15.

Psal. 115.

¶ Argumētū ex coniectura quā fragile.

Memoria ob suā labilitatem defectiua.

¶ Malitia hominis humanitus scribentis infringit authoritatē/ certitudinem & firmitatem talis scripturæ.

¶ Lumen naturale etiam/ quo scitur/ quod humanitus scribitur/ infirmū tum est.

¶ Diuinarū scripturarum certitudo magna est nimis/ infinitaq; ob lumen ibi repertum.

sed diuinis potentijs nixus, non naturali, sed supernaturali (licet naturali sibi) lumine ꝑfusus, nō dubium quin eis infinitam certitudinem tribuat. Augustinus ad hoc optime de Christo loquens in de consensu euangelist. dixit. Quicquid enim ille de suis factis & dictis nos legere voluit, hoc scribendum illis tanquam suis manibus imperauit. Hoc vnitatis consortium, & in diuersis officijs concordium membrorum sub vno capite ministerium, quisquis intellexerit, non aliter accipiet, quod narrantibus discipulis Christi in euangelio legerit, q̄ si ipsam manū domini quam in corpore gestabat, scribentem cōspexerit. O pulchrum verbum, Augustino dignum: in vniuersum enim opus non instrumento, sed principali agenti tribuitur, cuius principaliter est. Christus ob id suis apostolis dixit, Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Loquebantur enim apostoli: sed quia a spiritu sancto docti, motiq; quasi eius instrumentum, locutio illa non illis, sed illi ad scribitur. Paulus etiam hoc significauit dicens, An experimentum vultis eius qui in me loquitur Christus? Non enim dixit, se, sed Christum in se loqui. Dauid quoq; ad idē ait, Lingua mea calamus scribe velociter scribentis: Ecce linguam suam instrumentum spiritus dixit. Iterum ad idem, Spiritus domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. Quid clarius?

*Lib. 1. cap. 35.

*Quia deus principalis actor est diuinis scripturis/vt monstratū est/cui simpliciter & absolute ipsæ scripturæ tribuuntur/exlumine suo infinito illæ infinitam certitudinem habēt.

*2. Corint. 13.

*Psal. 44.

*2. Reg. 23.

## CAP. VII.

Tanta est diuinarum scripturarum certitudo, & dignitas, vt res contingentes quas cōtinet, quodammodo sup se ipsas eleuet, easq; non necessarias, sed certas magis faciat, q̄ multa alia quæ in suis naturis necessaria sūt. Saluator hoc docuit, dum dixit, Cœlum & terra tran

*Matth. 24.

sibunt, verba autem mea non transibunt. Cœlũ enim & terra de necessarijs naturæ sunt: verba autẽ Christi multa contingentia enunciarunt. Necessarium naturæ est, solem oriri cras super nostrum hemisphęrium: contingens vero, diem iudicij fore. At mihi fideli certum magis est hoc contingens, q̃ illud necessarium: quia illud in ordine naturali, & ex naturis creaturæ: hoc autẽ in ordine gratiæ, & ex scripturis dei didici. Nanq; quũ quicquam in sua natura spectatur solum suis principijs intrinsecis durare, & a sua causa extrinseca prout ipsa dispoſuerit, pendere cognoscitur. Quum vero in diuina scriptura cõspicitur, iam nõ prout est in se, sed prout est in ordine ad diuinam volũtatem volentem illud fore, concipitur: sic autem certũ magis est. Iterũ quod in se consideratur, tantum in ordine naturę: quod vero in diuina scriptura, in ordine gratię ponitur, ad quem pertinet scriptura sacra, eiusq; diuina veritas. At quis non videt, ordinem gratiæ superiorem magis, nobiliorem, ac firmiorem ordine naturę? Vidimus sępe ordinem naturæ mutari, solem stare, imo & retrocedere, mortuos suscitari, cęcos videre, claudos recte ambulare, surdos audire, mutos loqui, aliosq; variis infirmitatibus detentos subito sanari: in quibus omnibus naturæ ordo mutatus est. Nunquam tamen vidimus ordinem gratiæ infringi: nec solum nõ vidimus, sed neq; vnquã visuri sumus. Quare hoc? Vtiq; quia ordo gratiæ superior, ordo autem naturę inferior est: fit consequens, vt inferior superiori seruiat: & propter illum suadẽdum, plantandum, conseruandũq; cesset: infringatur q; quotiens opus fuerit. Ordo vero gratię, quia supremus est, non habet aliũ propter quẽ infringi oporteat, ac ob id

*Futura contingentia prout in diuinis scripturis ponũtur magis certa quã ea creata, quæ in suis naturis sunt necessaria.

Ordo gratiæ maior, nobilior, verior, certior, ac firmior quã ordo naturæ.

*Iosue. 10.
*4. Reg. 20.
Ordo naturæ defecit imo deficit sæpe.

* Ordo gratiæ nunquã defecit, nec deficiet.

* Ordo naturæ deficit, ppter ordinem gratiæ: sicut cessat minus bonum propter maius bonum.

firmissimus, certissimusq; manet. An forte negabit aliquis, illas veritates ad ordinem gratiæ pertinere, quas nouimus, etiam contingentium rerum in diuina scriptura repertas? Nõ, nisi fatuus. Omnis prædicatio Christi de ordine gratiæ est, quę per ipsũ facta est. Quid ergo? Concludamus sicut ante proposuimus, Tanta est diuinarum scripturarum certitudo & dignitas, vt res contingentes quas continet, quodammodo super se ipsas eleuet: easq; non necessarias, sed certas magis faciat, quàm multa alia quę in suis naturis necessaria sunt. Dixi non necessarias, quia nec dei determinata volũtas, nec eius præscięntia, nec eius prædictio aut reuelatio horũ taliũ contingentiũ futurorum, eorũ cõtingentias tollunt: imo diuina voluntas, & præscięntia erga talia futura, sunt quæ illa cõtingentia faciũt: sicut enim in vniuersum nihil necessariũ est naturæ, nisi qđ deus vult, & ab æterno præsciuit necessariũ naturę esse: ita nihil cõtingẽs, aut liberũ naturę est, nisi qđ deus ab æterno voluit, præsciuitq; cõtingens aut liberum fore. Nanq; diuina voluntas est, qua res quæcunq; de non esse ad esse, etiã ad quęcunq; modũ essendi, vocantur. Aut forte dici potest, aliquid esse, aut fore, qđ Dei volũtas de nõ esse ad esse non vocarit? Absit. Aut forte dici potest, ꝙ oĩa quæ sũt, aut futura sũt, de nõ esse ad esse vocauit, sed qđ modos suos positiuos essendi, eis non pręfixerit? Quis sic insaniat? Ab ea enim est quicquid, & qualitercunq; positiue est: quæ omnia quęcunq; voluit fecit in cœlo, & in terra. Quicquid enim creatura positiue habet, totum ei debet: quia totũ ab ea recepit. Similiter nec Dei præscięntia futurorũ cõtingẽtias tollit, imo ponit. Non tollit, quia non destruit propositum di

¶ Quæ in diuinis scripturis ponuntur etiam cõtingentia / ad ordinẽ gratiæ pertinent.

Ioannis. 1.

¶ Certitudo diuinarum scripturarum res contingentes quodãmodo eleuat super se ipsas: tribuitq; illis maiorẽ certitudinem / non tamen absolutã necessitatem.

¶ Omnis modꝰ essendi creaturæ positiuus etiam essendi contingẽter a creatoris voluntate est primo

¶ Sãctus Tho. 1. part. q. 19 art. 3. de veri. q. 23. art. 1. 1. p. q. 22. art. 4. ad. 1. alii patres primo tent. dist. 38. & 46.

¶ Quicquid est / ideo est / quia deꝰ illud de non esse ad esse vocauit: & ad certum modum essendi / quẽ voluit illi dare.

*Bidẽ debemus & esse & modũ essendi.

uinç voluntatis,illa de non esse,ad esse contingẽter vo cantis:destrueret enim,si quod dei voluntas fecerat cõ tingens, eius præscientia faceret necessarium. Imo ponit: quia & ipsa quoq; causa efficacissima rerum est,eas in esse, & modo essendi ponens, quem& qua lem eas habituras prænouit. At quod aliquid in esse contingenti causat, profecto eius contingentiam non tollit, imo ponit. An forte dixerit aliquis, non dei præscientiam:sed solam eius voluntatem res contingẽ tes producere?Nequaquam.Deus enim optimus ma ximusq;,quum agens a proposito sit,immaterialis etiã ac infinitus,non nisi per intellectum & voluntatem a gere potest:vnde eius cognitio ac volitio causa rerum dicuntur:de quibus omnibus scholastici patres optime determinarunt.Augustinus quoq; docens dei præsciẽ tiam nõ ponere rebus præscitis necessitatem in de prç destinatione,&gratia ait.Si dicitur iam:Pharaonẽ non posse mutari,quia eum præsciuerat deus non esse mu tandum:Respondetur,dei præsciẽtiam non cogere ho minem,vt talis sit,qualem præsciuit deus:sed præscire talem futurum,qualis futurus est,quanuis eum non sic fecerit deus.Quem si cogeret esse,hoc vtiq; cogeret quod nõ est. Porro si hoc præscierat futurum esse,qđ non est,præscientia non est.Quod de deo q̃ impie di catur,aduertit quisq;,qui peccatis suis inde blanditur, quod deus eũ peccatorẽ futurum esse prçscierit. Hæc Augustinus. Hieronymus quoq; super Hieremiam ad idem inquit. Verbum ambiguum forsitan maiestati domini non potest conuenire:sed nostro loquitur affe ctu,vt liberũ hominis seruet arbitrium,ne ex p̃sciẽtia ei⁹ quasi necessitate,vel facere q̃d,vel nõ facere cogat,

¶ Diuina præscientia non tollit efficaciã diuinæ voluntatis.

¶ Deus est agens a proposito/ per intellectũ & volũtatem. liberũ quidem non solũ cõplacenter/sed etiam indifferẽter.
* 1.sent.dist.35. 38.39.&.45.&.46
* Cap.15.tom.7.

¶ Augustinus optime dixit.Dicere q̃ p̃sciẽtia dei hominem cogat aut necessitet/est dei præscientiã negare.

* Lib.50.

Non enim ex eo q̄ deus ſcit futurum aliquid, idcirco futurum eſt: ſed quia futurum eſt, deus nouit, quaſi præſcius futurorum. Idem pro eodem ſuper Exechiam ait. Loquitur aũt hæc deus ambigẽtis affectu, vt liberum hominis monſtretur arbitrium, ne præſcientia futurorum mali vel boni immutabile faciat, quod deus futurũ nouerit. Non enim quia ille ventura cognoſcit, neceſſe eſt nos facere, quod ille prȩſciuit: ſed quod nos propria voluntate ſumus facturi, ille nouit futurum quaſi deus. Hæc Hieronymus. Similiter nec prędictio aut reuelatio futuri, futuro illi neceſſitatẽ ponit, quod diuina voluntas & prȩſcientia contingenter eſſe definiunt. Non enĩ aliter prȩdicit, aut reuelat aliquid fore deus, niſi qualiter vult, & prȩſcit illud futurũ eſſe. Nec dei prȩdictio aut reuelatio vigoroſa magis eſt, aut efficacior, q̃ eius volitio, & præſcientia, vt quod iſtæ faciunt contingẽs, illa faciat neceſſarium. Chryſoſtomus circa illud. Neceſſe eſt vt veniant ſcandala: ad propoſitum ait. Nõ ergo prędictio ipſius ſcandala inducere putãda eſt: non enim quia futura ſcãdala prædixit, idcirco veniunt: ſed quoniam omnino ventura erant, idcirco prædixit. Nõ enim fierent, ſi nolent ea excogitare nequam homines atq; peſtiferi: q̄ ſi ventura non fuiſſent, nec ipſe futura prædixiſſet. Hæc Chryſoſtomus. Magna ergo eſt certitudo rerum etiam contingentium, in diuinis ſcripturis contentarũ: ſi vero quæratur. Quis fecit futurũ futurũ, poſtquã dei prȩſcientia illud non fecit futurũ? Reſpondeo. Diuina voluntas: & ſi iterũ dicatur. Quomodo voluntas illud prȩcognouit, quę nõ ferẽt in incognitũ? Reſpõdeo, q̄ ſimplices cognitiões oĩum rerũ, & oĩum cõplexionũ earũ, q̃ oĩa ſẽp nouit; hęc ad ſcholas.

*Lib. 5.

*Hæc veriſsima ſententia patrum qua dicitur/Non eo q̄ deus præſciuit futurã aliqd/ ideo futurum eſt ſed quia futurum eſt deus prænouit illud futurũ. Sic optime intelligitur/vt quemadmodũ verã ſcientiam dicimus/ quæ eſt de re exiſtenti/ita veram præſcientiam dicamus quæ eſt de re futura.

*Super Math. hom. 60.

*Præſupponitur diuina volũtas ad diuinam præſciẽtiam erga futura poſita in ſuturitione ſed dei præcognitio ſimplex omnium rerum & omniũ cõplexionum præſupponitur ad diuinam voluntatem.

*Primo lib. ſent. diſt. 39. vel. 38.

Nos quoq; Christi fideles certiores sumus de rebus creatis: etiam contingentibus, quas in sacra scriptura intuemur, quàm si eas in seipsis intueremur. Ratio huius hæc vna inuictissima est: quia eas prout ibi sunt, superiori lumine videmus, prout autem in seipsis, inferiori. Prout in scripturis, superiori, hoc est, supernaturali & diuinitus infuso: prout in seipsis inferiori, hoc est naturali, & naturaliter habito. Quia si quæras, quod est lud superius lumen, quo perfuti illustratique res in scripturis nouimus. Respondemus. Fides: hæc est enim, qua scripturis credimus, & res scripturarum nouimus. An nõ hoc maius lumen, quàm naturale intellectus nostri? Ita, quia speciale donum est, quod deus in nobis, & sine nobis operatur. Saluator ad hoc dixit. Hoc est autẽ opus dei, vt credatis in eum quẽ misit ille. Paulus quoq;: vobis datum est: non solum quod in illum credatis: sed etiã vt pro illo patiamini. Maius est, quia sine eo nõ nisi quæ hominis sunt sapimus: cum eo autem, etiam quæ sunt dei penetramus. Paulus ad hoc ait. Animalis autẽ homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia: & ipse a nemine iudicatur. Sicut scriptũ est. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis instruxit eum? Nos autem sensũ Christi habemus. Hæc paulus. Rogo nunc. Quis non certior redditur de his, quæ superiori, a falsitateq; remotiori lumine videt? Nemo. An non est fides, a falsitate remotissima? Imo est: quia donum dei, diuinitus in nobis, sine nobis cooperantibus infusum: vt mõstrauimus. Quid ergo? Procul dubio, id quod diximus dicendum est. Certiores sumus Christi fideles de re-

¶ Nos Christiani certiores sumus de rebus etiã cõtingẽtibus/ quas in diuinis scripturis nouimus: quã si eas in seipsis intueremur.

¶ Maius/ nobilius superius lumẽ est fides/ quo perfundimur vt Christiani: quàm lumen naturale/ quo illustramur vt homines.

Ioannis. 6.

Philip. 1.

1. Corinth. 2.
2. Corinth. 3.

¶ Fides est a falsitate remotissima nãq; de illis/ quæ deus in nobis sine nobis operatur sine nobis inquã coagentibus/ nõ tamen sine nobis disponentibus.

bus creatis etiã cõtingẽtibus, quas in sacra scriptura intuemur per fidẽ: quã si eas i seipsis intueremur lumine naturali. Hæc est victoria, quæ vincit mundũ, fides nostra: hac mysterium trinitatis, incarnationẽ filij dei, redemptionem generis humani, resurrectionem mortuorũ, glorificationem beatorũ, institutionẽ, virtutẽ & effectũ diuinorum sacramentorum in remedium peccatorũ, aliaq; id genus firmissime certissimeq; credimus, tali certitudine, quæ se teneat ex parte fidei illuminantis, ac mouentis, volũtatis affectãtis volentisq;. Hoc propterea dixerim, q̃ certitudo fidei non est clara, sed obscura: non clara, quã faciat manifestatio rei apud potentiã cognitiuam, sed subobscura, specularis, & ænigmatica, quã faciat fides apud intellectum. Paulus hoc docuit, dicens. Videmus nunc per speculũ, & in ænigmate. Iterũ. Fides est sperãdarũ rerũ substãtia, argumentũ non apparentiũ. At quod nobis nõ appareat, nullatenus clarã certitudinem apud nos habet.

ad Ioan. 5.

Certitudo fidei/ quoad veritatem est ex deo reuelante/ob idq; infinita: certitudo autẽ fidei quoad hæsionem qua rebus creditis adhæremus: est ab homine affectante/ amante ac volente.

¶ Certitudo naturalis euidẽtiæ necessitat homines adhærere rebus cognitis quia est clara: certitudo vero fidei nõ necessitat homines adhærere rebus creditis quia est obscura.

2. Corinth. 13. Hebr. 11.

## CAP. IX.

¶ Multa quæ hic tractari possent ad scholas mittũtur: tũ quia huic operi aliquantulum aliena: tum quia multanimis & speculatiua magis quàm quæ ad propositũ faciãt

Quæ, qualis, aut quãta sit: quomodo fiat, vnde, aut a quo veniat, seu rerũ, seu scripturarũ claritas, optimũ est tractare: sed longum nimis, tædiosum forte, atq; a proposito alienũ: ob idq; omittendũ. Iterũ quã multiplex, & differens quoad nos scilicet, quemadmodũ sensibilium rerum, earumq; enunciationũ: aut quoad naturã, sicut immaterialium entium, ac eorum propositionũ inquirere, atq; determinare vtile quidẽ est ad multa: verum scholis magis aptũ: in quibus principia quidẽ rerum cõtemplantur, scientiarũ autẽ exponũtur. Cæterũ quia in præsentiarũ de diuinis scripturis sermo est, de earũ claritate, vel obscuritate tractaturi, ne-

cessariũ duximus vel saltẽ prælibare, eas (quẽadmodũ & oẽs alias) claras, vel obscuras dupliciter esse posse. Primo quidẽ quoad sensum, quẽ volunt. Secundo vero quoad veritatẽ, quã enunciant. Sunt enim hæc duo ab inuicẽ differentia plurimum: nec minus (vt aiunt) q̃ cœlum & terra distãtia. Nos nãq; Christi fideles de tota diuina scriptura q̃ vera est, certi sumus: etiã si illam nõ intelligamus: qui tamẽ in multis, quẽ sensum faciat ignoramus, dubitamusq;. Rursus totã scripturã verissimã, ac certissimã credimus: multas tamen eius veritates non nobis claras, sed obscuras confitemur. Hæc enunciatio: Verbum caro factum est: verissima, certissima, ac firmissima est super oẽs mũdi certitudines, vt mõstrauimus: sensus etiã, quẽ vult, nobis manifestus est: veritas tamẽ eius nõ clara, imo obscura est. Aut qui illã sibi clarã putat, dicat, quo sensu, qua propria specie, aut qua beatifica visione, verbi vnionẽ hypostaticã præsentẽ intuetur? Sic igitur quia hactenus de veritate, certitudine, & firmitate diuinarum scripturarum satis superq; diximus, dabimus operã, vt in sequẽtibus tantum de claritate, & obscuritate earum, & quoad sensum quẽ volunt, & quoad veritatem quam enunciant, determinemus, Deo donante,

¶ Proprie ac exactissime loquẽdo omittendo alias claritates quæ potius ad res ipsas pertinere videntur / dupliciter scriptura / aliqua potest esse clara vel dupliciter obscura.

¶ Primus modus claritatis vel obscuritatis scripturarum est quoad sensum / quẽ vult scriptura ipsa. Secundus modus / est quoad veritatem quam enunciat.

¶ Propositio aliqua datur / clara quo ad sensum quẽ vult & obscura quoad veritatem quam prædicat.

## CAP. X.

Diuina scriptura multas enunciationes continet claras manifestasq; quoad veritates, quas enunciant, lumine naturali etiam homini viatori notas. Monstratur hoc, primũ ex natura rei. Principia enim bene beateq; viuendi, deum esse super omnia diligendum, summa ac veneratione colendum, æternum, & incommutabilem, in lumine naturali nota sunt, ac manifesta:

¶ Diuina scriptura multas enunciationes continet / claras quidẽ quoad veritates quas enũciãt omnibus hominib⁹ manifestas.

a ſapientibus mundi etiã conceſſa, monſtrataq; fuere: atq; ab omnibus mundi nationibus etiam barbaris hodie conceduntur, quaſi ipſa rei clara veritate cogente. Hæc autem nullibi quã in diuinis literis reperiũtur ex preſſius. Saluator dixit. Diliges dominum Deũ tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua: hoc eſt maximũ & primum mandatum: ſecundũ autẽ ſimile huic. Et proximũ tuum ſicut teipſum: ſubdit. In his duobus mandatis tota lex pendet, & prophetæ. Optime diuina prouidentia diſpoſuit, vt bona illa naturalia, ſcilicet intellectum, & voluntatem, haberet quilibet: principiaq; bonæ vitæ agnoſceret clare, quibus ad bona gratiæ præparare ſe, & ad bona gloriæ peruenire valeret, ſi vellet. Dauid ad hoc dixit. Signatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui domine: nempe quo bonũ cognoſcamus: de quo dixerat. Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona? Neq; enim tunc pro ſolis fidelibus, imo & pro infidelibus loquebatur: qui præſertim dicere poſſent. Quis oſtendit nobis bona? Nec mirũ: quia lex naturalis omnibus rationalibus indita, neq; in tabulis, aut chartis, ſed in cordibus mentibuſq; hominum beatificabilium impreſſa, nõ debuit eſſe manca: eſſet autẽ manca, ſi omnes ad bene viuendũ obligans, principia bene viuendi clara manifeſtaq; omnibus nõ haberet. Habet ergo. At ſi illa ſic, lex euangelica quomodo non: quæ legem naturalem continet, & illam ad ſuam antiquam perfectionem reſtituit, ea prohibens, quæ contra illã in lege veteri permiſſa erant? Saluator ad hoc libellum repudij ſoluens, & legem naturalẽ reſtituens, inquit. Quoniam Moſes ad duritiem cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab ini-

Math. 22. & hoc etiam. Deut. 6.

¶ Diuina prouidentia poſuit principia bonæ vitæ cunctis hominibus manifeſta: vt quilibet poſſet ſe ad gratiã parare & nullus poſſet ſe excuſare.

Pſal. 4.

¶ Lex naturalis omnibus hominibus indita & omnes homines mẽtis compotes, etiam non habentes exteriorẽ magiſtrũ obligãs: debuit habere: imo habuit principia bene viuendi cõmuniſsima: & manifeſta.

¶ Lex euãgelica reſtituit legẽ naturalem ad ſuum vigorem.

Math. 19.

tio autē non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicūq; dimiserit vxorē suā, nisi ob fornicationē, & aliā duxerit, mœchat̄: & qui dimissā duxerit, mœchat̄. Lex ergo euāgelica, quia legē naturalē īcludit, pricipia bonæ vitę clara habet. Paulus quoq; hāc veritatē testatur dicens. Reuelat̄ enim ira dei de cœlo sup̄ omnē impietatē, & iniustitiam hominū eorum, qui veritatē dei in iniustitia detinent: quia quod notū est dei manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciūtur: sempiterna quoq; eius virtus, & diuinitas: ita vt sint inexcusabiles. Quia quū cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis. &c. Ecce cur culpantur in vniuersum male viuentes, quia scilicet principia bene viuendi, hoc est, cognitionem dei, ac virtutē habuerunt clara. Quid clarius ex Apostolo? Idem pro eodem. Quū enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendūt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis consciētia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die quū iudicabit deus occulta hominum secundū euangeliū meum per Iesum Christū. Rogo quomodo gentes quę legē nō habent, naturaliter quę legis sunt faciunt, & sibi sunt lex, ac ostēdunt opus legis scriptū in cordibus suis, testimoniū reddente conscientia ipsorū, nisi quia principia bonę vitæ in lege expressa, etiā in lumine naturali sūt manifesta? Quidā religiosus AEgidius nomine, minori ita professione, noluit dicere. Credo in deū, sed scio deum

¶ Lex euāgelica includit legē naturalē iam restitutam in sua integritate.

*Roma 1.

*Multi gentiles Deum cognouerunt.

*Roma 2.

¶ Multi Gentiles principia bonæ vitæ quoad opera præcepta obseruarunt.

*Dionysius Carthu. refert. 1. q. p. log. sent.

non vt fidem negaret, ſed vt claritatem rei indicaret. Chryſoſtomus ad idem, circa illud domini. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei: cęteris autē in parabolis: ait. Sic & dominus generalē gratiā, id eſt intellectum boni, & mali omnibus dat, p neceſſitate naturæ: quia nec videmur eſſe homines ad imaginem dei creati, niſi habuerimus diuinum intellectū. Dignioribus autē dat ſpecialem gratiam, vt puta cognoſcendi myſteria: non pro neceſſitate naturæ, ſed pro remuneratione bonæ voluntatis, aut bonorum operum: vide ergo quomodo dicit. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni cœlorum. Non dixit. Vobis datum eſt, alicui qui habeat ſciētiam boni & mali. Si ergo eſt aliquis, qui nō habet gratiam ſcientię boni & mali, nō culpa eſt hominis non habentis, ſed dei non dātis. Si autem omnes homines intelligunt bonum, & malū: non tamē omnes habent gratiam cognoſcendi myſteriū regni: non eſt culpa dei non dantis, ſed hominis nō quærētis, nec feſtinātis, nec laborantis, vt mereatur accipere. Hęc ille. Ecce vir ſanctus, & doctus ſcientiam boni & mali, tanquam principia bene viuendi, omnibus hominibus datam dixit. Et quid multa adducimus? principium bonę vitæ apud Matheum, & Lucam poſitum eſt manifeſte, in lege naturali præceptū ſub his verbis. Omnia ergo quæcunq; vultis, vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis.

* Homel. 31. operis imperfecti.
* Matth. 13.

¶ Neceſſaria ad bonā vitā Deus dat oibus, quia verus dominus omnium: alia autē id eſt abūdanti ora bene diſpoſitis.

¶ Manifeſtū principiū bonæ vitæ ex lege naturali, in euangelio exprimitur.
* Matth. 7. & Luc. 6.

## CAP. XI.

Diuina ſcriptura multas enūciationes cōtinet claras quidē, manifeſtaſq; quoad ſenſus quos volūt, ſic vt nequaquā ſit dubiū quē ſenſū per eas actor voluerit. Primū oium ad hāc ſentētiā eſt, q̄ ſaluator ipſe, Apoſtoli etiā, ac Euāgeliſtę ei⁹ multas ſcripturas manifeſtis ver

¶ Diuina ſcriptura multas enunciationes continet claras quidē quoad ſenſum quem volunt.

bis interp̃tati sunt: quarũ sensus iã nunc manifestos habemus. Sed quia posset quispiã dicere, hos tales sensus p̃ huiusmodi interp̃tationes habitos, etiã de fide, qua interp̃tantibus credimus, esse: ac ob id nõ clare, imo obscure haberi, placet aliũ de hãc manifestã veritatẽ, mõstrare. Monstrat aũt. Quis nõ videt hęc oĩa. Fuit homo missus a deo, cui nomẽ erat Ioãnes. Hic venit in testimoniũ, vt testimoniũ p̃hiberet de lumine, vt oẽs crederẽt per illũ: nõ erat ille lux: sed vt testimoniũ p̃hiberet de lumine. &c. Et dię tertia nuptię factę sunt in cana galileę: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est aũt & Iesus, & discipuli eius ad nuptias &c. Erat aũt homo ex phariseis Nicodemus noĩe, princeps Iudęorũ. Hic venit ad Iesũ nocte, & dixit ei. Rabbi, scimus quia a deo venisti magister: nemo enim potest hęc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cũ eo. &c. Illud etiã domini Samaritanę dictum. Ego sum qui loquor tecũ. Et illud. Abrahã genuit Isaac, Isaac autẽ genuit Iacob. Illud quoq; Quũ ergo natus esset Iesus in Bethleẽ Iuda in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente venerunt Hierosolimã dicẽtes. Vbi est qui natus est rex Iudæorum. &c. Rogo inquam, quis non videt hęc omnia, multaq; alia innumera clara, manifestaq; esse, quoad sensus quos volũt? Legant omnes quotquot huius veritatis iudices esse voluerint diuinas scripturas, perpendant singula: & videant si non ita res se habeat: mitto alia: easdem in testes habere volo. Illæ faciunt satis.

* Ioan. 1.

* Ioan. 2.

* Ioan. 3.

* Ioan. 4.
* Matth. 1.
* Matth. 2.

¶ Multa alia sunt in diuinis scripturis manifesta, qualia sunt quæ prædicationẽ domini, opera, passionem, mortem, resurrectionem, & ascensionem enunciant.

## CAP. XII.

Diuina scriptura multas enunciationes cõtinet, imo vt ita dicam, pene omnes (demptis illis paucissimis,

¶ Diuina scriptura multas enunciationes continet nobis viatoribus obscuras, quoad veritates, quas enunciant.

de quibus paulo ãte egimus) obscuras nobis viatoribus quoad veritates, quas enunciant. Monstratur hæc veritas, in creatione mũdi ex nihilo, in incarnatiõe filij dei, in passione eius, morte, resurrectione, & ascensione: in redemptione generis humani, in institutione, virtute, ac effectu diuinorum sacramẽtorum: in resurrectione futura corporum, & in beatificatione sperata bonorũ piorumq; hominum. Horum nanq; omnium veritates & si nobis verissimæ, certissimę, ac firmissimæ sintper fidem, nobis tamen viatoribus non claræ, sed obscuræ sunt. Aut siquis ista clare se nosse existimat, dicat nobis qua alia cognitione, nisi fidei ea intueatur: quo sẽsu, qua propria rerum specie, aut qua clara visione essentiæ, in qua clare videntur omnia hæc, videat? Scimus nihil tale dandum fore: quia sola fides est, qua hæc omnia, multaq; alia nouimus. At fides quem alium sensum facit, nisi obscurum? Nullum. Paulum hic appello iudicẽ, qui ait. Videmus nũc per speculum, & in ænigmate: speculatis autem & ænigmatica cognitio nõ clara, sed obscura est. Aut quid est illud, Nunc, Pauli? nonne tempus viatorũ, & præsentis miseriæ? Ita. Idem pro eodem. Fides est sperandarum rerum substantia, argumentum non apparentium. Iterũ. Fides est de nõ visis. At de rebus quas non videmus, quomodo claram cognitionem habere possumus? Nequaquã. In vniuersum enim omnem & solam illam rem clare intueri dicimur, quam sẽsu, aut propria specie, seu natura, aut diuina essentia videmus præsentialiter. Rogo, si res fidei clare nosceremus, quod meritum fidei haberemus? Nullum. Gregorius ad hoc optime dixit. Fides nõ habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Experimentum

¶ Tales sunt oẽs enũciationes quarum res nos non nisi per fidẽ nouimus.

¶ Quia cognitio ænigmatica, qualis est cognitio fidei, obscura est: 1. Corint. 13.

¶ Paulus indicauit, qualis cognitio sit viatorum, quã de rebus diuinis & a sensu remotissimis per solã fidẽ habemus.

autem nullum magis est, q̃ dum quod cognosco, clare percipio. Rursus, si hæc quæ diximus aliũde q̃ ex fide nobis nota essent, quomodo illi, qui fidem non habẽt, & excellẽti ingenio pollent, ea non accipiunt? Fides ergo est quæ sola in hoc sęculo hæc ostendit vera, quæ solam specularem, & ænigmaticam habet cognitionem, vt testatur Paulus. Cæterum quia nusquã homines eos dico, qui sese Christianos profitentes aduersus hãc manifestam veritatem disputarunt, nedum senserunt luce sua clarissima victi: de ea satis.

## CAP. XIII.

Diuina scriptura nonnullas continet enunciationes, nobis viatoribus quoad sensum quem volũt obscuras, vt & si eas per fidem veras omnino credamus, earum tamen proprium sensum nõ intelligamus. Dei scriptura est, quę primo hanc veritatem docet. Danieli enim dictum est. Vade Daniel, quia clausi sunt, signatiq; sermones. Et ne quis ogganniat illã clausurã sermonũ solũ vsq; ad præfinitu tẽpus prædictã fuisse, illud apud Esaiã legat. Et erit vobis visio omniũ, sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti literas, dicẽt. Lege istũ, & respõdebit. Non possum: signatus est enim: & dabitur liber nescięti literas, diceturq; ei. Lege, & respondebit. Nescio literas. Q d̃ si quispiam dixerit, hoc Esaiæ verbum erga malos homines, fictosq; intelligendum tantum, non de alijs: audiat Paulum dicentẽ. Quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut supra scripsi in breui, prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi, quod alijs generationibus non est agnitum filijs hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apo-

¶ Quæ res clare intueri dicamur modos ad hoc ponimus quibus ad de modũ cognoscẽdi prophetalẽ/ quo res quæ non est/ clare videtur vnde prophetę olim vidẽtes dicebantur: nisi forte nitaris dicere prophetas non clare sed obscure intueri res futuras, quas p̃nũciãt/ q d̃ si cõrẽdas nõ curo. Tu videas: verbũ scripturæ tibi cõtrariũ est/ quo ipsi videre dicũtur/ & vidẽtes appellantur.

¶ Diuina scriptura nonnullas continet enunciationes nobis viatoribus obscuras quoad sensum quẽ volunt.

* Daniel. 12.

* Esaiæ. 29.

* Prophetæ expresse docent in scriptura diuina multa esse subobscura quoad sensum.

* Ephes. 3.

* Paulus quoq; in multis locis & per multa.

stolis eius, & pphetis in spiritu, gētes esse cohæredes, & cōcorporales, & comparticipes promissionis eius in Christo Iesu per Euangeliū. Ecce mysteriū vocationis gentium aliis ignotum, sibi aūt, Apostolis aliis, & Prophetis tunc reuelatū dicit, quod nihilominus ipse alias prædictū fuisse asserit, probat q; scripturas adducens. Hæc autē quomodo stāt, nisi scripturas illas subobscuras fuisse dicamus? maxime propter id quod infra ait. Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus euāgelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare oēs, quæ sit dispensatio sacramenti abscōditi a sæculis in deo, qui omnia creauit, vt innotescat principatibus, & potestatibus in cœlestibus per ecclesiā & c. Nec valet dicere, notam quidem fuisse Iudæis vocationem Gentium, sed non cessationem legalium: non valet inquam: quia & hoc Paulus alibi ex scripturis monstrauit. Quid ergo? Vtiq; dicendū est, esse diuinas scripturas in multis quoad sensum, quem faciūt, obscuras. Petrus manifestis verbis hoc docuit, dum dixit. Charissimus frater noster Paulus secūdum datam sibi sapientiā scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles deprauant. Rogo videant, qui hanc nostram veritatem negauerint, quid sit scripturam aliquam difficilem intellectu esse: perpendantq; simul, an scripta ipsius Pauli de diuinis scriptis sint: quia si sic, vt sic, quum nihil difficile intellectu fuerit vnquam, nisi quod obscurum habet sensum: necesse est affirmare, in diuinis scripturis nonnullas enunciationes, quoad sensus, obscuras esse. Eligant igitur quod voluerint,

* Rom. 15.

¶ Dispensatio sacramenti abscōditi innotescit principatibus/& potestatibus in cœlestibus per ecclesiam.

Vocatio gentiū & cessatio legalium olim prædicta fuere.

* Hæbr. 8. & ad Rom. & ad Gal. per multa. 2. Pet. 3.

Petrus etiam ad idem expresse testatur esse inscriptis Pauli/quædā intellectu difficilia.

¶ Scriptura non dicitur difficilis intellectu nisi qū obscurum habet sensum quē vult.

aut dicant contra Paulum, sua scripta diuina non fore: aut contra Petrum, in illis nihil esse intellectu difficile: aut contra sensum communem omnium sapientum nedum Christianorum, non esse idem, intellectu difficile, & obscurum: aut nobiscum nostram veritatem concedant. Augustinus in De doctrina Christiana, sacram scripturam in multis obscuram esse confitetur: vnde obscuritatem habeat, docet: & quo intelligibilis fiat, manifestat. Hieronymus in ipsa, quantum potuit humana fragilitas, vigil intissimus idem confessus ad Augustinum dixit. Etsi in Euangelijs, ac prophetis peruersi homines inueniant, quod nitantur reprehendere, miraris, si in tuis libris, & maxime in scripturarū expositione, quæ vel obscurissimæ sunt, quædam arcta linea discrepare videantur? O pulchra Hieronymi confessio: & si tanto viro scripturæ sacræ vel obscurissimæ visę sunt: cui nostrum non obscurę erūt? Chrysostomus super Matheum ad idem inquit. Non sunt scripturæ clausę, sed obscurę, vt cum labore inueniantur: non autem clausæ, vt nullo modo inueniātur. Propterea dicit Petrus in epistola sua de scripturarum obscuritate, quia non sicut voluit homo, loquutus est spiritus, sed sicut voluit spiritus, loquutus est homo. Infra. Non ergo abscondita est in scripturis veritas, sed obscura. Hilarius super Psal. confitetur, probatq; opus esse dei dono ad intelligentiam scripturarum. At quod non nisi dei dono intelligitur, optimo iure non clarum, imo vero obscurum existimatur. Deinde & si hęc omnia cessarent, quomodo quotidiana experientia hanc veritatem nostram non mōstraret? Quis enim nostrum non nouit, alia æquiuoca valde, alia

¶ Patres quoque sancti & docti ad idem iunt.

*Lib. 2. & 3. per multa.

*Epistola 74. inter epistolas Augustini.

*Homel. 44.

¶ Non sicut voluit homo loquutus est spiritus: sed sicut voluit spiritus loquutus est homo.

*Psal. 145.

¶ Experiētia quotidiana imo continua hoc docet.

¶ Diuina scriptura vnde habeat obscuritatē quo adsensum / quē vult.

parabolica, alia similitudinaria, alia allegorumena, alia amphibola, alia vero metaphorica hyppbolica, aut quę uis alia in diuinis scripturis contineri? Hęc aūt omnia, quomodo sine obscuritate esse possunt? Nequaquam. Quotiens etiam nomen metaphorice acceptum, metaphoricā variat significationem, vt nunc pro re aliqua, nūc pro dissimili, & alibi etiam pro cōtraria sumatur. Nouit hoc Augustinus in De doctrina Chriana dicēs. Non putemus esse præscriptum, vt quod in aliquo loco res aliqua per similitudinem significauerit, hoc eam semper significare credamus. Nam & in vituperationē fermentum posuit dominus, cum diceret. Cauete a fermento phariseorum: & in laudem, cum diceret. Simile est regnum cœlorum mulieri, quæ abscondit fermentum in tribus mensuris farinę, donec fermentaretur totum. Hęc Augustinus. Casus etiam miserorum hominum, hęreticorum, inquam, pręteritorum, non parum ad hanc veritatem clamat. Petebāt omnes scripturam sacram iudicē, quā non intelligentes, & suo videri adhęrētes ceciderūt miseri, Arrius, Sabellius, Photinus, Pelagius, Faustus, Iulianus, Nestorius, Eluidius, alijq; plures: q; si scriptura non obscura, sed clara erat: quomodo ab istis nō fuit intellecta? Q d si dixerint aduersarij, hos cecidisse, nec scripturam intellexisse, quia mali erant: & Si euangelium est opertum, ijs qui pereunt est opertum. Respōdemus, Inde sanctos patres magis volumus: non ceciderunt, sed steterunt: non perierunt, sed super cœlos migrarunt: ideo euangelium intellexerunt: quia Paulo teste. Si euangelium est opertum, ijs qui pereunt est opertum.

¶ Metaphorica nomen / metaphoricam significationē variat: & in varijs locis variam significationem habet: & nunc p re aliqua nūc pro dissimili aut contraria ponit.

Lib. 3. ca. 25.

¶ Casus hęreticorū / qui hactenus fuerunt. Omnes enim scripturas petierūt iudicē / & omnes scripturas ignorarūt / de quorum intelligentia garriebāt sicut optime ad Constantium Imperatorem dixit Hilarius.

¶ Patres sancti & docti veram intelligentiam scripturarum habuerunt / mōdi corde.

2. Corinth. 4.

## CAP. XIIII.

Vera igitur intelligentia diuinarum scripturarum non naturale quid est, sed dei donum: nec per assiduũ studiũ quasi naturaliter acquiritur, imo diuinitus præstatur bonis, beneq; laborantibus conceditur, malis vero negatur. Bonis conceditur, quia vniuersaliter dicitur. Intellectus bonus omnibus facientibus eũ. Iterum. Declaratio sermonum tuorũ illuminat, & intellectum dat paruulis. Paruulis inquit, hoc est, humilibus, sicut alibi dicitur. Cum esses paruulus in oculis tuis, principem Israel te constitui: & iterũ. Cõfiteor tibi pater domine cœli, & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Iterũ. Super quẽ requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & trementẽ sermones meos? Dauid iterũ cõfidenter dixit. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui. Sedet deus in scripturis suis quasi absconditus: qui posuit tenebras latibulũ suũ, habitans lucẽ inaccessibilem: nec tacet ibi, imo clamat inde: Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Damascenus in De orthodoxa fide ait. Si igitur fuerimus dicẽdi cupidi, erimus & multa discentes: nã diligentia, & labore, et indultoris dei gratia dirigũtur omnia. Qui enim petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Pulsemus igitur ad pulcherrimũ hortum scripturarũ suauissimũ, dulcissimum, venustissimũ, & omnigenis intellectualiũ volucrum cantibus circũsonet aures nostras, & tãgat corda nostra, mentem tristitia affectã consoletur, ira turbatã serenet, gaudio æterno impleat, ascendere faciat ad dorsa diuinę columbæ instar auri rutilantia, & splendidis eius alis ad vnigenitũ filium,

¶ Diuinarũ scripturarũ vera intelligẽtia dei donũ est.

¶ Bonis quidem laborãtibus/orãtibus/& suo modo seſe disponentibus/ad hoc datur.

* Psal. 110. & 118.
* 1. Reg 15.
* Luc. 10.

* Psal. 118.

¶ Deus enim qui posuit tenebras latibulum suum/etiã habitare dicitur lucem inaccessibilem.
* Lib. 4. cap. 18.

¶ Deus optimus maximusq; petẽti dat/quærenti fit obuius/ac pulsanti aperit.

& hæredem hortulani intelligibilem vitam reducat, & per ipsam patri luminum adducat. Hæc Damascenus. Hilarius quoq; monstrans, vnde nos super doctores & magistros legis mysteria scripturarum intelligamus, super Psal. ait. Intelligimus, quia nō mendax est, qui dicit. Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Et scriptum est, quia qui dixit. Quoniam oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi, & prophetis, & psalmis de me: tunc aperuit illis sensum, vt intelligerēt scripturas. &c. Malis autem negatur. Paulus enim ad hoc dixit. Qui cum cognouissent Deū, nō sicut Deū glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerūt in cogitationibus suis, & obscuratū est insipiens cor eorū. Iterum. Et sicut nō probauerunt Deū habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobū sensum, vt faciant ea quæ nō cōueniunt. Iterum. Quia nō crediderunt veritati, sed cōsenserūt iniquitati, misit illis Deus spiritum erroris. Idē pro eodem. Et nō sicut Moses ponebat velamen super faciē suam, vt nō intenderent filij Israel in faciem eius, quod euacuatur: sed obtusi sunt sensus eorum: vsq; in hodiernum enim diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet nō reuelatum, quod in Christo euacuatur. Sed vsq; in hodiernū diem, quum legitur Moses, velamē positum est super cor eorum. Cum autem conuersus fuerit ad dominum, auferetur velamen. Iterum. Quod si etiam opertum est Euangeliū nostrum, ijs qui pereunt, est opertū: in quibus deus huius sæculi excæcauit mentes infideliū, vt nō fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chri, qui est imago Dei. Idē pro eodem. Cæteri vero excæcati sunt, sicut scriptum est,

* Psal. 118.

¶ Malis hominibus hoc donum negatur.
* Rom. 1.

Obscuratur cor hominum peruersorum, vt faciāt quæ non conueniunt. Imo & q̄ non intelligāt.

2. Corinth. 3.

¶ Obtusi sūt sensus Iudæorum, vsque in hodiernum diē: & manet illis velamē. in lectione veteris testamenti.

2. Corinth. 4.

Rom. 11.

Dedit illis deus spũm cõpũctiõis, oculos, vt nõ videãt, & aures vt nõ audiãt vsq; in hodiernũ diẽ. Et Dauid dicit. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionẽ, & inscandalum, & in retributionẽ illis. Obscurẽtur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Esaias quoq; ait. Vade, & dices populo huic. Audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionem, & nolite cognoscere. Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. Iterum. Obstupescite, & admiramini: fluctuate, & vacillate: inebriamini, & nõ a vino: mouemini, & non ab ebrietate: quoniã miscuit vobis dominus spiritum soporis. Claudet oculos vestros, prophetas, & principes vestros, qui vident visiones, operiet. Et erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati: quem cũ dederint scienti literas, dicẽt. Lege istum. Et respondebit. Non possum: signatus est enim. Et dabitur liber nescienti literas, dicetur q; ei. Lege, & respõdebit. Nescio literas. Et dixit dominus. Eo q appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me: cor autem eius longe est a me: & timuerunt me mandato hominũ, & doctrinis: ideo ecce addã, vt admirationẽ faciã populo huic miraculo grãdi, & stupẽdo: peribit enim sapiẽtia a sapientibus eius, & intellectus prudẽtium eius abscondetur. Saluator noster etiã dixit. In iudicium ego in hunc mundũ veni, vt qui nõ vidẽt, videãt: & qui vidẽt, cæcifiãt. Iterũ. Quia vobis datũ est nosse mysteria regni cœlorũ: illis autẽ nõ est datũ. Qui enim habet, dabitur ei, & abũdabit: qui autem nõ habet, & quod habet auferetur ab eo. Ideo in

Esaiæ. 6. Math. 13. Ioannes. 12. Act. 28. Psal. 68.

Esaiæ. 6.

Esaiæ. 29.

¶ Cæcitas Iudæorum prænũciata olim pro peccatis.

Ioannis. 9. Math. 13.

¶ Mysteria regni cœlorum, bonis reuelãtur, malis non.

parabolis loquor eis, quia videntes nō vident, & audiē tes nō audiūt, neq; intelligūt: & adimplet in eis pphe tia Esaię dicētis. Auditu audietis, & nō intelligetis: & vi dentes videbitis, & nō videbitis & c. Sic autem ex istis optime cōcludimus, sicut proposuimus. Vera intelligē tia scripturarū diuinarum nō naturale quid est, sed dei donū: nec per assiduum studiū quasi naturaliter acqui ritur: imo diuinitus datur, bonis beneq; laborātibus cō ceditur: malis vero negatur. Quid ergo? Clamamus valenter. Qui habet aures audiendi, audiat: nec de se in intelligentia scripturarum diuinarū præsumat, imo sese humiliet. Deum sollicitet: pulsetq;: sanctos patres consulat, quos sanctos, & doctos nouimus: ac tandem Dei ecclesiā imitetur, colūnā & firmamentū veritatis.

¶Hæc est vera intelligētia diuinarum scripturarū: nō acquiritur solo studio naturali: nec quasi intelligentia aliarum scripturarum/artiū & scientiarū: sed maiori ope diuina opus est.

* 1. Tim. 3.

## CAP. XV.

Tu ergo, o Christiane lector, quū has voces audieris. Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum. Tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant quæ non conueniunt. Excæcauit cor eorum, & similia: ne firmes in mē te tua, Deum optimum maximumq; quicquam immittere in cordibus hominum quantumlibet peccatorū, quo posito ipsi non nisi peccare possint. Nō enim quid tale agit: sed tantū exacerbatus suo nos priuat auxilio: quo dempto, quid sumus, nisi filij iræ, potentes solū in iniquitate, ipso etiam dicente, Sine me nihil potestis facere? Illud nāq; volunt illę voces, quod istæ. Exacerbauit dominum peccator, secundum multitudinem iræ suæ non quęret. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis. In istis autem nihil positiuum Dei, sed tantū priuatiuū aut negatiuū

* Rom. 1.

¶Deus optimus maximusq; bonus/pius/iustus/& misericors nūquā immittit in mētes hominum quātumlibet per uersorū aliquod positiuum / quo posito ipsi nō nisi peccare queāt: sed hoc facit q̄ scilicet auxilium suum subtrahit.

notatur. Dauid etiã vnus & idem ambas has voces posuit, quibus ambabus eandẽ sententiã voluit: dixit enĩ. Ne tradas me domine desiderio meo: & iterum. Deus ne derelinquas me. Cur quæso orauit, qualibet harũ petitionum contentus? Quia vtiq; sicut idem est, aliquem tradi, & permitti: ita idem est, illum non tradi, & non permitti. Augustinus id quod in oratione dominica petimus. Et ne nos inducas in tentationem: in de sermo. dom. sic exposuit: q. & ad Probã dixit. Cũ petimus. Et ne nos inducas in tentationem: admonemur petere, ne deserti eius adiutorio, alicui tentationi, vel assentiamur decepti, vel cedamus afflicti. Cyprianus quoq; lib. de oratione dominica ait. Hac in parte ostenditur, contra nos nihil aduersarium posse, nisi deus ante permiserit, vt omnis timor noster, & deuotio cõuertatur ad deum. Ecce ij magni viri optime exponunt, nõ inducere per non permittere: quomodo etiam tradere, per ꝑmittere: & non tradere, per non permittere exponendum est: quũ sint idem tradere, & inducere. Mittamus hæc, ad proprium verbum tradere veniamus. Ambrosius in commẽtarijs suis ad hanc nostram sentẽtiam inquit. Tradere autem est permittere: non incitare, aut immittere: vt ea quæ in desideriis conceperant, adiuti a Diabolo explerent in opere. Hieronymus ad idem. In hoc quod deus tradidisse dicitur ꝑpriis desideriis peccatores, ostendit non quod ipse sit causa, sed quod per longanimitatem, & patientiam non inducendo vindictã patitur eos secundum cordis sui agere volũtatem: hoc facit, volẽs eos ad pœnitentiã conuerti. Itẽ tradere in scripturis dicitur deus: cũ nõ retinet delinquentes propter arbitrij libertatẽ, sicut ĩ psalmo dicit. Et dimisi eos

* Psal. 18.
* Psal. 80.
* Psal. 139.
* Psal. 70.
* Psal. 118.

¶ Augustinus sæpe ad hanc verissimam intelligẽtiam loquitur.

¶ Cyprianus etiã in de oratiõe dominica.

* Ambrosius ad hoc super apostolum.

* Hieronymus quoq; in commẽtariis.

¶ Deus in scripturis dicitur aliquẽ tradere quem nõ retinet.

secundum desideria cordis eorum. Hæc Hieronymus. Chrysostomus super Apostolũ ad idem ait. Declarat hinc ipsam impietatem in causa fuisse, cur leges depra uatę ac violatę fuerint: tradidit aũt hoc loco, significat permisit. Gregorius super Ezechielem, hæc Apostoli verba exponens post multa dicit. Quia de his in libris moralibus diu tractatum est, nobis nunc in eis diutius immorandum non est. Hoc aũt nobis cum tremore cõsiderandum est, quomodo iustus & omnipotens deus, quũ prȩcedentibus peccatis irascitur, permittit vt ęcca ta mẽs etiam in alijs labatur. Nota verbum, permittit, quo verbum, tradidit, exponit. Nos ergo optime dixi-mus, quod oẽs ij patres probãt, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, Athanasius, ac Cyprianus, Chrysostomusq;: Cyrillus quoq; super Ioannem circa illud. Propterea non poterant credere, quia iterũ dixit Esaias. Excæcauit oculos eorum: ad idem ait. Cęterum excæcat deus, & obdurat non efficiendo illam cordibus hominũ, sed deserendo, & nõ adiuuando. Quia enim priores eum deserimus, ipse culpis nostris id exigentibus etiam nos deserit, secundum illud Oseæ. Et oblita es legis dei tui: obliuiscar filiorum tuorum & ego. Manifesta est hæc veritas, quæ sic omnes patres ad se vnã venire coegit. Gloria est cum his tot, tantis, ac talibus, doctoribus sanctissimis, ac doctissimis sentire.

* Chrysostom⁹ ad Rom. hom. 3.

* Gregorius lib. 1. homel. 1.

* Cyrillus * Cap. 12.

* Patres sancti sic tradiderunt oẽs/ cũ quibus sentire gloria est.

## *Articulus Tertius.*

### CAp. I.

* Ecclesia vniuersalis per orbẽ diffusa / diuinam authoritatem habet.

Sancta dei ecclesia diuinam habet authoritatẽ, qua verissima est: & quicquid determinaret, si tota ad aliquem locum veniret, ipsa sua determinatiõe probaret,

De illis loquimur, quę ad Christianam religionem pertinerent. Monstratur hæc veritas. Saluator noster dixit. Super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, & portę inferi non prçualebunt aduersus eam. At præualerent vtiq; illę, si in illis quæ ad religionem pertinent, illa erraret: quũ error in huiusmodi poni nõ possit, quin præualeant portæ inferi. Quandoquidem illę tantum nituntur, vt ecclesiam ad errorẽ ducant: hec est sua vis & affectio. In hac ergo firmissima ꝓmissione ecclesia dei monstratur certissima, verissimaq;. Iterum. Dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcũq; petierint, fiet illis a patre meo qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ. Rogo, si in vniuersum in medio eorum duorũ est, qui in nomine eius congregantur Christus: quomodo nõ magis in medio totius ecclesiæ de rebus religionis agentis erit? An forte & tũc etiam in medio erit, sed ociosus, nõ illuminãs, docens, & mouens? Absit. An forte pater quoscunq; duos consentientes super terram exaudiet, totam vero ecclesiam non? Quis sic insaniat, vt talia dicat? Iterum. Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus, vsq; ad cõsummationem sęculi. An forta ssis Apostoli vsq; ad cõsummationem victuri hic erant? Nequaquam. Sed quia ecclesia vsq; tunc duratura erat, ideo principibus ecclesiæ, nobisq; in illis, tanquam ciuitati in rectoribus dixit. Ego vobiscum sum oĩbus diebus, vsq; ad cõsummationem sęculi. Est ergo in ecclesia, & nũc etiam Christus: nec solum in sacramento, vt prosit sumenti, ac amicabiliter credenti: imo & quasi custos, vt prosit regenti, totiq; ecclesiæ. Est quidem Christus corporaliter

* Math. 16.

¶ Si ecclesia vniuersalis errare posset, iã portæ inferi contra eã præualere posset quod absit.

* Math. 18.

¶ Iudicium ecclesiæ in cœlo cõfirmatur: ob quod certissimum est.

¶ Christus est in medio ecclesiæ, non ociosus, sed illuminans docẽs & mouens.

* Math. 28.

¶ Ecclesiæ in Apostolis Saluator noster suam præsentiã vsq; in cõsummationẽ sæculi promisit.

in cœlo: ſedetq; a dextris dei, inde venturus iudicare vi
uos, & mortuos: ſed quoad cuſtodiã, curam, ac prouin-
ciã eccleſiæ, in ea eſt: cui in Apoſtolis dixit. Ego vobiſ
cum ſum vſq; ad conſũmationem ſçculi. Paulus pro ec
cleſia ad hanc veritatem dixit. Mihi enim omnium ſan
ctorum minimo data eſt gratia hæc, in gentibus euan
gelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare
omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſæ-
culis in deo, qui omnia creauit: vt innoteſcat principati
bus & poteſtatibus in cœleſtibus per eccleſiam multi
formis ſapientia dei. Rogo, eccleſia quomodo in deter
minandis rebus religionis diuinam authoritatem non
habebit, quæ principatus, & poteſtates cœleſtes inue-
ſtigabiles diuitias Chriſti, ac multiformẽ ſapiẽtiã dei
docet? Iterum. Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſe ipſum
tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam la-
uacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glori
oſam eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam,
aut aliquid huiuſmodi: ſed vt ſit ſancta & immaculata.
At ſi eccleſia in rebus religionis erraſſet, iam non ſine
macula, & ruga eſſet: quum error in huiuſmodi, macu
lam, aut rugam faciat. Iterum. Hæc tibi ſcribo fili Ti-
mothee, ſperans me ad te venire cito: ſi autem tardaue
ro, vt ſcias quomodo oporteat te i domo dei cõuerſari,
quæ eſt eccleſia dei viui columna & firmamentum ve-
ritatis. O magnum verbum pro veritate, & authorita-
te eccleſiæ dictum. Quæſo, quomodo eccleſia colũna
& firmamẽtum veritatis eſſet, ſi in rebus religionis er-
rare poſſet: aut quam authoritatem niſi diuinã habet,
quæ colũna & firmamentum veritatis a Paulo veriſſi-
me appellat: aut quæ veritas eſt, cuius eccleſia Chriſti

* Marc. vlt.

¶ Chriſtus in cœlo eſt etiam corporaliter / i ſacramento ſacramentaliter / i eccleſia vt cuſtos.

* Ephe. 3.

* Ephe. 5.

* 1. Timo. 3.

¶ Non ob aliud eccleſia colũna & firmamentum veritatis dicitur: niſi quia diuinã authoritatem habet.

columna & firmamentum est, nisi ad religionem Chri
stianā pertinens? An forte mathematica, arithmetica
scilicet, geometrica, musica, aut perspectiua? an diale-
ctica moralis extranea, aut naturalis, metaphysicaue?
Nequaquam, sed Christiana. At Christianę veritatis
non potuit Christiana ecclesia colūna & firmamentū
esse, nisi Christi authoritatem haberet: qui ecclesiam
suam fundauit, fundatque hodie magis & magis: quiq;
fundamentum Apostolorum & prophetarum est. Pau
lus itē dicit. Christus caput est ecclesiæ. Ipse est caput
corporis ecclesiæ. Omnes nos vnum corpus sumus in
Christo, siue ex Iudaismo, siue ex Gētilitate, siue in ser
uitute, siue in libertate ad ecclesiam venerimus. Rogo,
huius corporis, cuius Christus caput est, quis, qualis,
aut quantus spiritus erit? Nō enim mortuum, sed viuū
est: quia si non viuum, sed mortuum esset, quomodo
Christus, qui viuit & regnat benedictus in sæcula, cor
poris mortui viuum caput foret? Quod enim maius
monstrū? Quia igitur nō mortuū corpus, sed viuum
est, quis eius spiritus erit? Paulus respōdet. Etenim in
vno spiritu ōnes nos in vnum corpus baptizati sumus:
de quo dominus. Vos autem baptizamini Spiritu sctō:
& alibi. Ego rogabo patrem, & alium paracletum da-
bit vobis, vt maneat vobiscum in æternum spiritus
veritatis. At corpus viuum, cuius caput Christus, & cu
ius spiritus, spiritus sanctus est, nullatenus errare pote
rit. Et quid multa? In symbolo Christianæ professio
nis sic habetur. Credo in Spiritum sanctū, sanctam ec
clesiam catholicam: sic omnes & singuli profitemur, di
cimusq; quotidie. Augustinus contra epistolam funda
menti ad hanc veritatem dixit. Euāgelio non crederē,

* Christiana veritas est cuius ecclesia colūna & firmamentū est.

* 1. Corint. 12.
* Ephes. 5.
* Colos. 1.

* Corporis cuius Christus caput ē Spiritus sanctus spiritus est ob cuius virtutem errare nō poterit.

* 1. Corint. 12.
* Act. 1.
* Ioan. 14.

* Symbolum ad idem.

nisi ecclesiæ me moueret authoritas. Quid grauius pro ecclesia dicere potuit Augustinus? Cyprianus ad idem ait. Alienus est, prophanus est, hostis est, habere nō potest deum patrem, qui vniuersalis ecclesiæ nō tenet vnitatem. Hieronymus ad idem. Omnibus cōsideratis puto me non temere dicere alios ita esse in domo dei, vt etiam ipsi sint domus eadem dei: quę dicitur ędificari supra firmam petram: quæ vnica colūba appellatur: quæ sponsa pulchra sine ruga, & macula, & hortus cōclusus, fons signatus, & puteus aquæ viuę, & paradisus cū fructu pomorum: quæ domus etiā claues accepit, ac potestatem soluendi, & ligandi. Hanc domum siquis corrigentem corripientemq; contempserit, sit tibi inquit sicut ethnicus, & publicanus. Gregorius in moralibus ad idem. Vnde etiam de agni hostia dominus præcepit dicens. In vna domo comedetis, neq; efferetis de carnibus eius extra fores. In vna nāq; domo comeditur, quia in vna catholica ecclesia vera hostia redēptoris immolatur: de cuius carnibus lex foras efferri diuina phibet: quia sanctum dari canibus vetat. Sola est quæ intra se positos valida charitatis compage custodit. Vnde & aqua diluuij arcam quidē ad sublimiora sustulit: omnes autem quos extra arcā inuenit, extīxit. Chrysostomus ad idem, præterquam q; in diuersis locis ecclesiam colū nam esse immobilem, firmam, inuictamq; confitetur, tādem circa illud: Videns autem Iesus turbas ascendit in montem: dicit. Mons ecclesia appellatur: de quo dicit propheta. Mons dei mōs vber. Ascēdit ergo Christus in montem, vt illic discipulis suis mysteria traderet veritatis, ostendens, quoniam omnis qui vult discere mysteria veritatis, in montem ecclesiæ debet ascendere.

* Hieronymus & habetur. 24. q. 1. Omnibus consideratis.

* Ecclesia est in qua sola salus est & quam qui non audierit sit sicut ethnicus.

* Gregorius in moralibus, & habetur. 24. q. 1. Quia ex sola.

* Ecclesia sola est quæ custodit.

* Chrysostomus in multis locis.

Math. 7. Homel. 9. Operis imperfecti.

Audacter, sed vere dico. Nisi ij tanti patres sanctissimi ac doctissimi in sancta ecclesia diuinam authoritatem cognoscerēt, nunq̄ de ecclesia talia prædicarent. Multa alia quæ ad istum articulum pertinēt, infra ponūtur.

Art. 3. & 6. & li. 2 c. vnico. & li. 3 disputatio. 2.

## CAP. II.

Hæc dei ecclesia vniuersalis, & si in se quoad singula membra, & partes, gradus etiam, atq; officia multiplex sit, diuisaq; tamen vna est, ab vno deo vero quem colit ab vna fide, per quam ambulat: ab vna lege, quā obseruat: ab eisdem sacramentis, in quibus cōmunicat: ac ab vno spiritu, quo illuminatur, docetur, viuificaturq;. Diuina scriptura pro hac veritate clamat. Vna est colūba mea, perfecta mea: vna est matri suæ, electa genitrici suę. Viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicauerūt eā. Paulus quoq; eam quoad singula docet, qui ait. Vnū corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus dominus, vna fides, vnū baptisma. Vnus deus & pater omnium, qui super omnes & p oīa, & in omnibus nobis. Alibi. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnū corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi: & omnes in vno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Infra. Vos autē estis corpus Christi, & membra de membro. Iterū. Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus. Cyprianus ad hoc dixit. Loquitur dominus ad Petrum. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Super vnum ędificat ecclesiam. Infra. Exordiū ab vnitate proficiscitur, vt ecclesia Christi vna mōstretur: quā vnā ecclesiā in Cātico quoq; cāticorū spiritus

* Ecclesia vniuersalis, & si multiplex sit in membris tamen vna est ex multis aliis rationibus.

Cantic. 6

Ephes. 4

1. Corint. 12

1. Corinth. 11

24. q. 1. loquitur.

¶ Diuus Cyprianus mōstrat multis tum verbis tū exemplis dei ecclesiam vnā esse.

sanctus ex pſona Chriſti domini deſignat, dicēs. Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matris ſuę, electa genitricis ſuæ. Hanc eccleſię vnitatē, & beatus Paulus Apoſtolus docet, & ſacramētum vnitatis oſtendit, dicens. Vnum corpus, & vnus ſpiritus, & vna ſpes vocationis noſtræ: vnus dominus, vna fides, vnū baptiſma, vnus Deus. Quam veritatem tenere firmiter, & vendicare debemus: maxime nos epiſcopi, qui in eccleſia dei pſidemus, vt epiſcopatum quoq; ipſum vnū, atq; indiuiſum probemus. Nemo fraternitatem fallat: nemo fidei veritatem perfida prȩuaricatione corrūpat. Epiſcopatus vnus eſt, cuius ſingularis in ſolidū pars tenetur: & eccleſia vna eſt, quę in multitudinē latius incremēto fœcunditatis extēditur: quomodo multi radij ſūt, ſed vnū lumen: & rami arboris multi ſunt, ſed robur vnum radice tenaci fundatum, & quomodo de fonte vno riui plurimi defluunt, & numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen ſeruatur integra in origine. Auelle radium ſolis a corpore, diuiſionem vnitas non capit. Ab arbore frange ramū, fructus germinare non poterit. A fonte prȩſcinde riuū, prȩciſſus areſcit. Sic & eccleſia domini luce pfuſa per totum orbem radios ſuos porrigit, vnum tamen eſt, quod vbiq; diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur: ramos ſuos per vniuerſum orbem copia vbertatis extendit: profluentes largitur riuos: ramos latius expandit, vnum tamen caput eſt, & vna origo, & vna mater copioſę fœcunditatis. Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti, incorrupta eſt, & pudica. Vnam domū nouit: vnius cubilis ſāctitatē in caſto pudore cuſtodit. Hęc Cyprianus. Hie-

* Exempla vnitatis eccleſiæ pulchra nimis quib9 vnitas ſeruatur in multis.

Hieronymus ad idē: & habetur .24.q.1. vbi ſupra

ronymus ad idem. Omnibus conſideratis puto me non

temere dicere alios ita esse in domo Dei, vt etiam ipsi sint domus dei: quę dicitur ędificari supra firmā petrā: quæ vnica columba appellatur: quę sponsa pulchra sine ruga & macula, & hortus conclusus, fōs signatus, & puteus aquę viuę, & paradisus cum fructu pomorum: quæ domus etiam claues accepit, ac potestatem soluendi, & ligandi. Hanc domum si quis corrigentē corripientēq; contempserit, sit tibi inquit sicut ethnicus & publicanus. De hac domo dicitur. Domine dilexi decorem domus tuę, & locum habitationis glorię tuę, & Qui habitare facit vnanimes in domo, & Letatus sum in his, quę dicta sunt mihi, in domum domini ibimus, & Beati qui habitant in domo tua domine, in sęcula sæculorum laudabunt te. Hęc ille. Gregorius pro eodem. Quia ex sola ecclesia catholica veritas conspicitur, apud se esse locum dominus perhibet, de quo videatur. In petra Moses ponitur, vt dei faciē contempletur: quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit, diuinam prędentiā non agnoscit: de qua soliditate dominus dicit. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Sola quippe est, per quam sacrificium dominus accipiat libenter: sola quæ pro errātibus intercedat fiducialiter. Vnde etiam de agni hostia dominus prędcepit, dicens. In vna domo comedetis, neq; efferetis de carnibus eius extra fores. In vna nanq; domo comeditur: quia in vna catholica eccl'ia vera hostia redēptoris imolatur, de cuius carnibus lex foras efferri diuina phibet: qa sāctum dari canibus vetat. Sola est quę intra se positos valida charitatis cōpage custodit. Hęc Gregorius. Fortassis nimius fui in re manifesta p bationes adducēs: sed sapiētibus, & insipiētibus scribimus: oportet oībus satisfaciamus, qui oībus debitores

24.q.1.vbi supra

* Gregorius & habetur. 24.q.1.vbi supra.

* Sola ecclesia est per quam dominus sacrific.ū accipit.

* Sapientibus & insipientibus debitores sumus. Rom.1

sumus.

## CAP. III.

Hęc dei ecclesia vniuersalis vna est ab vnitate capitis principalis Christi Iesu benedicti, qui est verus deus, & verus homo. Paulus ad hoc dixit. Propterea & ego audiens fidem vestrā, quæ est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, nō cessō gratias agēs pro vobis, memoriā vestri faciens in orationibus meis, vt deus domini nostri Iesu Christi pater glorię det vobis spiritū sapientię & reuelationis in agnitionē eius. Illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quę sit spes vocationis eius, & quæ diuitię gloriæ hæreditatis eius in sanctis: & quę sit supereminēs magnitudo virtutis eius ī nos, qui credimus secūdū operationē potētię virtutis eius, quā operatus est in Christo suscitans illū a mortuis, & cōstituens ad dexteram suā in cœlestibus supra omnē principatum, & potestatē, & virtutē, & dominationē: & omne nomē quod nominat, nō solū in hoc sęculo, sed etiā in futuro. Et oīa subiecit sub pedibus eius: & ipsū dedit caput supra omnē ecclesiā, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius: qui oīa in oībus adimpletur. Iterū. Veritatē aūt facientes in charitate, crescamus in illo per oīa, qui est caput Christus, ex quo totū corpus cōpactū, & connexū per omnē iuncturā submiistrationis, secundū operationē in mensurā vniuscuiusq; mēbri. &c. Iterū. Mulieres viris suis subditę sint, sicut domino: quoniam vir caput est mulieris, sicut Chrūs caput est ecclię. Alibi. Ideo & nos ex qua die audiuim⁹, nō cessamus ꝓ vobis orātes & postulātes, vt ipleamini agnitione volūtatis eius in omni sapientia & intellectu spūali, vt ambuletis digne, deo ꝓ oīa placētes, in oī opere bono fructificātes, & crescentes insciētia dei, in oī virtute cōforta

Ephe. 1
* Ecclesia Dei vniuersalis por. bem diffusa vna est/ab vno capite principali christo.

* Christus est super omne qđ nominatur/nō solā in hoc sæculo/ sed etiam in futuro.
Ephe. 4

* Christus caput est in quo totum corpus cōpactū est/ ac cōnexum.
Col. 2

tí ſecūdū potentiā claritatis eius in oī patiētia & longanimitate, cū gaudio gratias agētes deo patri qui dignos nos fecit ī partē ſortis ſāctorū in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarū, & trāſtulit i regnū filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redēptionē, & remiſſionē peccatorū: qui eſt imago dei inuiſibilis, primogenitus oīs creaturę: quoniā in ipſo cōdita ſunt vniuerſa ī cœlis, & in terra, viſibilia, & iuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates: oīa p ipſū, & in ipſo creata ſunt: & ipſe eſt āte oēs, & oīa in ipſo conſtāt. Et ipſe eſt caput corporis eccl'ię, qui eſt principiū, primogenitus ex mortuis: vtſit ī oībus ipſe primatū tenēs. Caput quidē eſt, cui ſoli oēs genu flectimus, ī cuius ſoli nōie vera ſalus animarū præſtat, & a quo oēs quicquid ſpūalis gratiæ, aut boni cuiuſcūq; habemus, recipimus: illuminatiōes etiā, directiōes, gubernatiōes, motus, & īfluētias tāquā a vero capite corporis eccl'iæ. Paulus ad hoc dixit. Propter qđ & deus exaltauit illū, & donauit illi nomē, qđ eſt ſup oē nomē, vt in nōie Ieſu omne genu flectat, cœleſtiū, terreſtriū, & infernorum: & oīs lingua cōfiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus ī gl'ia eſt dei pris. Petrus quoq;. Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt a vobis ædificātibus, q factus eſt in caput anguli: & nō eſt in alio aliquo ſalus. Nec enī aliud nomē eſt ſub cœlo datū hoībus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Ioannes etiā. Et đ plenitudine eius nos oēs accepimus, & gratiā p gratia: quia lex p Moſen data eſt: gratia et veritas p Ieſum Chriſtum facta eſt. Paulus iterum. Fundamētum enim aliud nemo poteſt ponere, prēter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Idē pro eodē. Ergo iā nō eſtis hoſpites & aduenæ: ſed eſtis ciues ſāctorū

* In Chriſto habemus quicquid boni habemus: et ipſe eſt ante oēs caput corporis eccleſiæ.

* Chriſto ſoli oēs optimo iure genu flectimus.

Phil. 2

Actuū. 4

* Nō eſt ſub cœlo aliud nomen datum hominibus in quo oporteat nos ſaluari. Ioannis. 1

1. Corint. 3

Ephe. 2

& domestici dei, superædificati super fundamentum Apostolorũ, & prophetarum, ipso summo angulari lapi de Iesu Christo, in quo omnis ędificatio cõstructa cres cit in tẽplum sanctum in domino, in quo & vos coędifi camini in habitaculũ dei in spiritu sancto. Augustinus super Psalmos. Iã ipsum caput nostrũ intueamur. Mul ti martyres talia passi sunt: sed nihil sic elucet quomodo caput martyrum. Ibi melius intuemur, quod illi exper ti sunt: protectus est a multitudine malignantium pro tegente se Deo. Protegẽte carnem suam in ipso filio & homine, quem gerebat: quia filius hominis est, & filius dei est. De hac veritate, quia & illa manifestior est quã quę probatione indigeat, modo satis.

¶ In Christo om nes edificamur: qui volumus sal uari.

¶ Augustinus ad idem hortatur nos, vt caput no strũ intueamur.

## CAP. IIII.

Hęc dei vniuersalis ecclesia quoad membra, gradus & officia multiplex, ac diuisa, viuente Petro vna erat etiã per respectum ad ipsum, tanquã per respectũ ad caput minus principale, caput inquam de capite princi pali Christo Iesu, eius generalẽ vicariũ, rectorẽ, pasto rẽ, ac principẽ omniũ aliorũ cum plenitudine potesta tis. Euãgelista hoc docens in catalogo Apostolorũ, di xit. Duodecim aũt Apostolorũ nomina sunt hæc. Pri mus Symon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius. Philippus, & Bartholomeus: Iacobus Zebedei, & Ioan nes frater eius. Thomas, & Matheus Publicanus: & Ia cobus Alphei, & Thadæus: Symon cananeus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum. Ecce inter omnes Apo stolos principes mundi, pastores, & rectores cæterorũ ciũm Petrus nõ solũ ponitur, sed & appellatur primus. Nec vim facio, ꝙ Petrus ĩ catalogo prius scribatur: scri buntur enim sępe minores prius: sicut in Actis Aposto

Petro viuente/ ecclesia vna erat respectu ad ip sum/ tanquã per respectũ/ ad ca put minus princi pale.
* Matth. 8.

❧ Prima Petri prerogatiua/ nõ solũ quia primo no minatur: sed quia primus dicitur.

A bordine literæ euangelistarum/ non potest argui maior perfectio in nominatis pa tet. Matth. 10. Act. 1. 3. & 15.

lorũ post oẽs alios domina nostra scribitur, quçlõge il los excellebat: sed illud prius existimo, q̃ Petrus ibi pri mus nominatur. Nullus enim ĩter alios primus dicitur, nisi qui in aliquo excedit, quo maior est: sic cũ Petrus nõ sit primus vocatione, sed Andreas frater eius, qui addu xit illũ ad Iesum, non nisi dignitate, potestateq; potuit appellari primus. Saluator noster ad idẽ Petro soli, alijs præsentibus, & tacentibus, sese dei viui filiũ confitenti dixit. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc pe trã ædificabo eccleſiã meam: & portæ inferi nõ præua lebũt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorũ. Et quodcunq; ligaueris super terrã, erit ligatũ & in cœ lis: & quodcunq; solueris super terram, erit solutũ & in cœlis. Rogo, quæ promissio domini ista est: an non ple nitudinẽ potestatis spũalis notat? Imo notat. Nomine enim clauiũ regni cœlorũ, non nisi potestas spiritualis signatur: quũ regnum huiusmodi, alias materiales non habeat. Sic aũt, cũ nos nõ dicamur claues regni, vel do mus cuiusuis dare, nisi oẽs demus: qui more nostro lo quẽdi, claues regni cœlorũ se daturũ dixit, nõ quasdã, sed oẽs promisit. Verba sequẽtia hoc mõstrant, quibus dicitur. Q uodcunq; ligaueris, erit ligatũ. Et quodcũq; solueris, erit solutum. Communia enim & cum distri butione posita sunt. Rogo rursus, cui facta est hæc pro missio: nonne Petro specialiter? Ita. Meruit enim so lus talẽ promissionẽ habere diuinitus, qui solus talẽ con fessionẽ obtulit, qualẽ nõ potuit scire humanitus. Ver ba antecedẽtia etiã id monstrãt. Dixerat enĩ dominus Petro, post cõfessionẽ Petri. Beatus es Symõ Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui ĩ cœlis est: subdidit statim. Et ego dico tibi, quia tu

¶ Qui primus dicitur / principiũ esse declaratur: ĩ aliquo ordine. Ioannis.1.

Math.16.

* Math.16 ¶ Secunda Petri prærogatiua ex promissione particulari: & amplissima.

* Ista promissio dei nomine clauium facta / vtique plenitudinẽ potestatis notat.

* Nihil excepit qui dixit quodcunq; extra de maiorit. & obed. c. Solite.

* Petrus solꝰ talem promissionẽ primatus accepit / quia solus talem confessionẽ fecit.

es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiã meã: & portæ inferi non præualebũt aduerſus eã: & tibi dabo claues regni cœlorũ. &c. Ecce nõ eſt dubiũ, quin oia iſta ſoli Petro dicta ſint, qui ſolus Symõ Bariona erat, cui ſoli Chriſtus omnia illa dicebat. Aut rogo, ſi nõ maior aliqualiter, ſed æqualis oĩno cũ ea, quæ aliis coapſtis dãda erat, Petro promiſſa fuit: quomodo hoc ſibi ſpecialiter dictũ eſt, quaſi in præmiũ excellentis confeſſionis, quã ſolus fecit, aliis præſentibus, & tacentibus? An nõ meruit ſpecialẽ promiſſionẽ, qui ſolus fecit ſpecialẽ confeſſionẽ? Ita. Iterũ ad idẽ ſoli Petro dixit. Vade ad mare, & mitte hamũ, & eũ piſcẽ, qui primus aſcẽderit, tolle. & aperto ore eius inuenies ſtaterẽ: illũ ſumẽs da eis pro me, & te. Quęſo cũ in collegio ſaluatoris multi eſſent diſcipuli, & coapſti: quid eſt, q̃ dñs nõ pro aliis, ſed tãtũ pro ſe, & Petro iuſſit ſolui tributũ, quod nõ niſi pro capite ſoluebatur? Vtiq; id nõ faceret õniũ bonorũ, totiuſq; veritatis magiſter, niſi Petrũ oĩbus aliis in regimine loco ſui præponeret. An ignoras, o homo, tributũ illud, nõ niſi pro capite peti, nec niſi pro capite ſolui? Si hęc ignoras, perquire actores oẽs, lege omnes hiſtorias, & perpende ſingula, q̃ ita res ſe habuit. Iterũ ad idẽ facta cõtẽtione inter apſtos, quis eorũ videretur eſſe maior, ſoli Petro dixit. Symõ, ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticũ: ego autẽ rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Quid eſt, q̃ dominus pro Petro ſpecialiter ſe oraſſe dixit, & ei ſoli curã cõfirmandi fratres cõmiſit, maxime eo tẽpore, quo de maioritate agebatur, niſi Petrũ inueret maiorẽ? Nihil aliud profecto: quũ præſertim confirmare fratres ad maioris officiũ

* Omnia illa verba dñi/etiam illa promiſſoria/ ad ſolũ Petrũ dicta ſunt: cui ſoli dominus loquebat ex noĩe ꝓprio.

Math. 17

* Tertia Petri prærogatiua/ ex eo q̃ pro domino/et pro illo ſolo iubetur dari tributũ ſolutio quidẽ capitis.

Luc. 22

* Quarta Petri prærogatiua ex officio ſibi commiſſo confirmãdi fratres.

pertineat: sicut oues pascere ad pastorem. Pastorem autem ouibus maiorem, præpositumq; eis esse, quis vnquam dubitauit sapiens? Iterum ad idem, præsentibus quibusdam alijs, etiam Ioanne, qui videbatur columna, soli Petro ait. Symon Ioannis diligis me plus his. Pasce agnos meos. Pasce oues meas. O magnum verbum. Pasce inquit agnos meos. Pasce oues meas. Profecto qui sic agnos, & oues suas communiter, & sine limitatione committit pascendas, aut ad aliquid aliud promittit alicui, non aliquot earum, sed omnes ei cõmittit, aut promittit. Quis hoc nõ videt? Sic aũt ex isto loco necessum est dare, omnes Christi oues Petro fuisse cõmissas: Ioãnem etiam, Iacobũ, Bartholomeũ, Mathçũ, cæterosq; Apostolos, qui quoq; suæ oues erãt. Videat ergo q voluerit, quę nõ fuit ab illo tẽpore vsq; nunc ouis Christi, & illam omnẽ, & solam Petro nõ cõmissam credat: alias enim, quãcunq; nouerit Christi fuisse, illam oportet Petro cõmissam concedat. Aut rogo si Petrus hic non maiorem, sed omnino parem potestatem super oues domini accepit cũ alijs coapostolis: quomodo ab ipso quæritur, an plus alijs dominum diligat? An non sufficit in Petro, quod sufficit in alijs? An nõ sufficit inquam in Petro æqualis amor Christi, vt accipiat æqualẽ potestatem in oues Christi? Nanq; ad æqualia, sufficiunt in vniuersum æqualia. Ad hanc veritatẽ sunt gesta ipsa Petri, qui post domini glorioſam ascensionem tam ante, quam post aduentum spiritus semper, aut sæpe solus, aut primus loquutus fuit, operaq; exercuit, quæ non nisi ad maioris officium pertinebãt. Nãq; in Actis Apostolorũ, quum opus fuit aliquẽ loco Iudę subrogari, quo primum institutus duodenarius

* Ioan. 21.

* Quinta Petri prærogatiua ex vniuersalissima cura omniũ Christi ouium sibi cõmissa, ppter maiorẽ suum amorem.

* Omnes Christi oues nulla excepta, Petro cõmissæ fuere.

* Petro a quo maior dilectio requiritur, vtiq; maior potestas datur.

* Sexta Petri prerogatiua ex eo quasi princeps apostolũ eligendum coram aliis proposuit/ Ananiã & Saphiram delinquẽtes puniuit/in cõcilio loquutus fuit primus/& quotiens opus fuit/etiam post aduentũ spiritus in locutione/& cura aliis prælatum sese ostendit.

numerus suppleretur: Petrus sermonẽ de electione proposuit, rei conueniẽtiã, necessitatẽq; declarauit: qui exurgẽs in mediũ fratrum dixit. Viri fratres, oportet impleri scripturã, quã prædixit spiritus sanctus p̃ os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum, qui cõprehenderũt Iesum, qui cõnumeratus erat in nobis, & sortitus erat sortẽ ministerij huius. Et hic quidẽ possedit agrũ de mercede iniquitatis: & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Et notũ factũ est omnibus habitãtibus Hierusalẽ: ita vt appellaretur ager ille lingua eorum, Halcedema, hoc est, ager sãguinis. Scriptũ est enim in libro Psalmorũ. Fiat cõmoratio eorũ deserta, & nõ sit, qui inhabitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscũ sunt cõgregati in omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos dominus Iesus, incipiens a baptismate Ioãnis, vsq; in diem qua assumptus est a nobis, testẽ resurrectionis eius nobiscum fieri vnũ ex istis. Et statuerũt duos. &c.

Rogo, cur Petrus primus, & solus electionẽ faciendam proposuit, qualitatesq; eligendi retexuit, si ipse caput, & princeps non erat? Iterum. Multi erant Apostoli, quibus iniuria fiebat: solus tamen Petrus, Symoni mago maledixit: ac Ananiam, & Saphiram precesua interemit. Petrus, & Ioannes simul adstabant concilio Iudæorum in Hierusalem: solus tamen Petrus repletus Spiritu Sancto dixit. Principes populi, & seniores Israel. &c. Multi Apostoli erant Hierosolimis: conciliũ celebrarunt, in quo Petrus primo loquutus fuit. Omnes simul erant in cœnaculo, die Pentecostes. Petrus vel solus, vel primus ad populum sermonem fecit: quo appositæ sũt in die illa animę circiter tria milia.

Act. 8

Act. 5

Act. 4

* Act. 15.

Act. 2.

Gal.1.

Paulus quoq; Hierosolimam videre Petrum venit: & apud eum diebus quindecim mansit, nō nisi quia ipsum principem loco Christi recognouit.

## CAP. V.

Sancti patres, animarū pastores, ecclesiæq; veri doctores, p hac veritate de primatu Petri semp, & vbiq; clamarūt. Augustinus enim in quęstionibus noui & veteris testamenti ad idem ait. Saluator noster cum pro se & Petro dare iubet didragma, pro omnibus soluisse videtur, quia sicut in saluatore erant omnes causę magisterii: ita & post saluatorem in Petro omnes continētur. Ipsum enim cōstituit esse caput eorum, vt pastor esset gregis dominici. Ambrosius ad idem testatur, Pensam didragmę solutionem fuisse capitis: qui tandem in quodam sermone inquit. Diximus frequēter ipsum Petrū a domino nuncupatum, sicut ait. Tu es Petrus: & super hanc petram ędificabo ecclesiā meam. Si ergo Petrus petra est, super quam ędificatur ecclesia, recte prius pedes sanat, vt sicut in ecclesia fidei fundamentum contineat: ita & in homine membrorum fundamenta confirmet. Ecce q̄ Petrum fundamentum ecclesiæ caputq; cęterorum dixit, quod esse nequaquam potuit, nisi Petrus princeps omnium aliorum fuerit. Quod enim caput & fundamentū regni est, supremus princeps regni optimo iure dicitur: alias enim quomodo caput, & quomodo fundamentum eius erit? Hieronymus ad idem præter ea quæ vbiq; docet aduersus Iouinianum, postquā obiecerit sibi, q̄ super Petrum fūdatur ecclesia. Respōdit, q̄ licet id ipsum in alio loco sup omnes Apostolos fiat. Tamē inter duodecim vnus eligitur, vt capite cōstituto, schismatis quoq; tollatur occasio. Gregorius ad

Augustquæst.79

* Patres sancti hanc veritatem conformiter docuerunt omnes.

Ambrosius, ser. 68.

Alibi. Circa illud Petre amas me, ait. Bene cōscius sui non ad tempus assumptū sed iam dudum deo cognitū Petrus testificatur affectum. Quis est alius qui de se hoc facile profiteri possit. Et ideo q̄ solus p̄fitetur ex oibus, oibus ātefert. Super Lucā. cap. vi. Idē super Marcū. & hr. 24. q. i. Non turbat.

Hieron. lib. 1.

Gregorius. lib. 1. cap. 6, lib. 4. c. 76.

idem epistolis quibusdam ex registro inquit. Cunctis enim euangeliū scientibus liquet, ꝙ voce dominica sancto, & omniū Apostolorū Petro principi Apostolo totius ecclesię cura cōmissa est. Ipsi quippe dicitur. Petre amas me, Pasce oues meas: ipsi dicit. Ecce sathanas expetiuit cribrare vos sicut triticū. Et ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus cōfirma fratres tuos. Ipsi dicitur. Tu es Petrus, & super hanc petrā ędificabo ecclesiā meam: & portę inferi nō pręualebūt aduersus eā. Et tibi dabo claues regni cœlorū. Et quodcūq; ligaueris sup terrā erit ligatū & in cœlis: & quodcūq; solueris sup terrā, erit solutū & in cœlis. Quęso, quid erit huiusmodi, quod ij solēnissimi patres

Hilarius, lib. 6.

Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, & Gregorius cōtestes nō ꝓbabūt? Nihil penitus. Hilarius in De trinitate ad idem dixit. O miser stultitię furor impius, nō intelligens beatę senectutis, fideiq; martyrem, & martyrem Petrū: pro quo patrem rogatus est, ne fides eius in tētatione deficeret: qui iterata a se dilectionis in deū postulata professione, tentari se adhuc tanquam ambiguū, & incertum tertia interrogatione congemuit: per id quoq; a domino post tertiā tētationis infirmitatem, pasce oues meas, ter meritus audire: qui in cunctorum Apostolorū silentio dei filium reuelatione patris intelligens, vltra humanę infirmitatis modū supereminentē beatę fidei suę confessione locum promeruit. Ecce fatetur, Petrum ob illā suam mirabilem de Christo confessionē, supereminentē locū promeruisse, qui vtiq; principis est, capitisq; ecclesię. Cyprianus ad idē: in De simplicit. prelat. ait. Loquitur dominus ad Petrū. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo

¶ Petrus ob fidei suæ confessionē supereminentē locum promeruit, qui nō nisi in primatu est.

Cyprianus. 24. q. 1. loquitur.

ecclesiam meã: super vnũ ædificat ecclesiam: & quãuis Apostolis omnibus post resurrectionẽ suam parẽ potestatẽ tribuat, & dicat. Sicut misit me pater, & ego mitto vos: accipite spiritum sanctũ: tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originẽ ab vno incipiẽtem authoritate sua dispposuit. Hoc vtiq; erant cęteri Apostoli quod Petrus fuit, pari consortio prędĩti, & honoris, & potestatis: sed exordium ab vnitate proficiscitur, vt ecclesia Christi vna monstretur, quam vnã ecclesiam in Cantico quoq; canticorum spiritus sanctus ex persona Christi domini designat, dicẽs. Vna est colũba mea, p̃fecta mea: vna est matris suę, electa genitricis suæ. &c.

¶ A Petro exordiũ proficiscitur vt ecclesia vna monstretur.

Quid clarius pro primatu Petri dicere potuit Cyprianus? Cyrillus in dialogis de trinitate cũ Hermia ad idẽ inquit. Hac enim ratione diuinus nobis sermo dixit beatũ Petrum eximium inter sanctos Apostolos. Idem circa illud. Et tu aliquando conuersus cõfirma fratres tuos q.d. Postquam me negato plorauerís, & si pœnituerís, corrobora cęteros fratres tuos, cũ te principẽ Apostolorũ deputauerim. Hoc enim decet, qui mecũ robur es, & petra ecclesiæ. Et super Ioannẽ notat, q̃ Petrus, vt princeps caputq; cæterorũ, primus exclamauit. Tu es Christus filius dei viui. Idẽ in libro thesaurorũ testatur, Apostolos in euãgelijs, & epistolis affirmasse in omni doctrina, Petrũ esse loco domini in ecclesia eius: ei dãtes locũ in omni capitulo, in oĩ electione, & confirmatione: & infra. Cui oẽs obediũt iure diuino, caput inclinãt: & primates mũdi tãquã ipsi dño Ihũ Christo obediũt. Quid manifestius? Chrysostomus ad idẽ sup̃ Mathęũ inq̃t. Animaduertis, quo pacto ipse ẽt ad altiorẽ de se opinionẽ Petrũ adducit, et seipsũ his duabus pollicitatioibus

Cyrillus. 4. dialo. tom. 2.

* Luc. 22.

* Ioannis. 21. Circa illud. Ego rogaui pro te Petre. Ait. Christus omissis cæteris venit ad Petrum cæteris præfatũ.

* Chrysostomus. Homel. 55.

Alibi. Prępositus & caput esto fratrũ: vt ipse te in loco mei assumẽtes, vbique terrarũ te in throno tuo sedentẽ prædicent & confirment & super acta apostolorum Petrus a filio super omne quod est filii potestatem accepit non vt moses in gente vna, sed in vniuerso orbe.

reuelando filium dei ostendit. Nam quę deus concedere solus potest, peccatorum scilicet remissionem, & vt futura ecclesia tot tantisq; fluctibus impetu irrumpẽtibus immobilis maneat, cuius pastor, & caput piscator homo, atq; ignobilis, terrarum orbe reluctante adamãtis naturam firmitate superet. Hęc inquam omnia quæ solius dei sunt, se pollicetur daturũ. Ita & pater ad Hieremiam dicebat. Sicut colũnam ferream, & sicut murũ eneum posui te: sed ipsum quidem genti vni pater: hũc autem vniuerso terrarum orbi Christus pręposuit. Idẽ pro eodem super Ioannem inquit. Quid tandem alijs omissis, his dũtaxat Petrum affatur? Oserat Apostolorum & princeps. Propterea & Paulus eum præter alios visurus ascendit. Simul vt ei ostenderet, iam sibi fiduciam habendam. Tanquam enim negationis obliuiscere tur, fratrum curam ei cõmittit, neq; negationis meminit, neq; exprobat: tantum dicit. Si amas me, fratrum curam suscipias. Idem pro eodem super Acta apostolorum quã est feruidus, quã agnoscit creditum a Christo gregem, quã in hoc choro princeps est, & vbiq; primus omnium incipit loqui. Idem ꝓ eodem in de sacerdotio ait. Quodnam vero inquam, hoc vno maius commodum existat, q̃ si ea nos facta præstare constiterit, quæ quidem dilectionis charitatisq; in Christum exẽpla esse Christus ipse nos docuit? Hic enim cũ Apostolorũ principe verba faciens. Petre amas me inquit, atq; illo id cõfitente, adiungit. Si amas me, pasce oues meas. Quid clarius? Eusebius Cęsarien. in ecclesiastica historia ad idem dixit. Cõtinuo in ipsis Claudii temporibus clementia diuinę prouidentiæ probatissimum omniũ Apostolorum, & maximum fidei magnificentia & vir

Homel. 87.

Petrus vniuerso terrarum orbi prępositus fuit.

mel. 3.

Lib. 2.

Eusebius. lib. 2. cap. 14.

tutis merito primorum principē Petrum ad vrbē Romanā, velut aduersum humani generis cōmunē pernicie repugnaturū deducit: ducem quendam, & magistrum militiæ suæ scientē diuina prælia gerere, & virtutum castra ductare. Basilius ad idem aduersus Eunomium. Per hanc vocē inquit intelligimus Ionā, qui fuit ex Bethsaide Andreę fratrem, qui ex piscatore in Apostolatus ministerium vocatus est: qui quoniā fidei præstabat, ecclesiæ in seipso ædificationem suscepit. Theophil. ad idem, circa illud Petri. Domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? inquit. Petrus cui cōmittenda erat ecclesia, quasi omniū curam gerens inquit, vtrum ad omnes hanc parabolā protulisset. Itē Christo dicente, Difficile fore diuitem intrare in regnū cœlorum: solus Petrus pro omnibus interrogat. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Dionysius testatur ferri, Paulum Petro ad passionem eunti dixisse. Pax tecum fundamentum ecclesiarum, & pastor ouium Christi. Origenes ad idē, quē non tanquam sanctum, sed tanquā antiquum adducimus, in initio Euangelij Ioānis. Nemo inquit nos existimet Petro Ioannem præferre. Quis hoc fecerit? Quis enim esset altior Apostolorum illo, qui est, & dicitur, vertex eorū? Patres moderniores ad idem quoq; sunt omnes, nullo eorum excepto. Leo papa in quodam suæ cōsecrationis sermone ait. Cōmune erat omnibus Apostolis periculū de tentatione formidinis, & diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant: quoniam Diabolus omnes cupiebat elidere: & tamē specialis a domino Petri cura suscipitur, & pro fide Petri proprie supplicatur; tanquā aliorum status certior sit futurus, si mens

* Petrus velut gñalis dux dei aduersus Roma destinatus fuit, quā subiugauit.

Basilius. Lib. 2

Theophil. Luc. 12

* Idem super illo Iosequere me dicit. Per hoc qđ dominus ait Petro. Sequere me cunctorū fideliū prælatū eum instituit.

Origenes.

Leo. Sermone. 2

* Dum pro solo Petro oratur, statui omnium subuenit, quia princeps erat & caput in quo alii corroborantur.

principis victa non fuerit in Petro. Ergo omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratię ita ordinatur auxiliū, vt firmitas, quæ per Christum Petro attribuitur, per Petrū Apostolis conferatur. Anacletus ad idem. In nouo testamēto post Christum dominū a Petro sacerdotalis (hoc est episcopalis) cœpit ordo: quia ipsi primo pōtificatus in ecclesia Christi datus est, domino dicēte ad eū. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meā. Idem pro eodem. Inter beatos Apostolos quædā fuit discretio potestatis. Et licet oēs essent Apostoli, Petro tamē a domino concessū est (& ipsi inter se voluerunt idipsum) vt reliquis omnibus præesset Apostolis: & Cephas, id est, caput, & principium teneret Apostolatus. Leo ad idem ait. Ita dominus noster Iesus Christus humani generis saluator instituit, vt veritas, quę antea legis, & Prophetarū prędicio continebatur, per Apostolicā tubam in salutem vniuersitatis exiret, sicut scriptum est. In omnem terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed huius muneris sacramentū ita dominus ad omnium Apostolorū officium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro omnium Apostolorum summo principaliter collocaret: vt ab ipso quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet: vt exortem intelligeret se diuini ministerij esse, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere. Hūc enim in consortium individuę vnitatis assumptum, id quod ipse erat, dominus voluit nominari, dicendo. Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiā meā. Quid clarius ij patres dicere potuerunt? Quod si quis dixerit eos Papas, & ob id in hac causa suspectos fuisse iudices, Respondemus. Papæ, sed non suspecti iudices

Anacletus.

Dist. 21. c. in nouo.

Dist. 22. c. Sacrosancta.

Leo. Dist. 19. c. Ita dominus.

* Exors est diuini ministerii qui audet a Petri soliditate recedere.

* Sancti viri, & si patres videant suspecti nō sunt.

fuerunt: quia viri sanctissimi erant, & potius gladium martyrij pro Christo, quã papatum pro mundo amarunt. Thomas ad hanc veritatem cum patribus inquit. Quanuis omnibus Apostolis communiter data sit potestas ligandi, & soluendi: tamen vt in hac potestate aliquis ordo significaretur, primo soli Petro data est, vt ostendatur q̃ ab eo in alios debeat ista potestas descendere: propter quod ei dicit singulariter. Confirma fratres tuos, & Pasce oues meas. Rogo, quid erit in vniuersum, quod tot loca scripturarum, omnesque ij patres sanctissimi doctissimiq; non monstrent, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, Hilarius, Cyprianus, Cyrillus, Chrysostomus, Eusebius, Basilius, Theophil. Leo, Anacletus, Thomas, alijq;?

Thomas. 4. sent. dist. 24. & ad idem multa etiam Dist. 19 eiusdem. 4. lib. sent. pro Papa.

* Boni testes audiendi recipiendiq;.

## CAP. VI.

Hanc autem vnitatem vniuersalis Ecclesiæ per respectum ad vnum caput sensibile, cui omnes, & singuli Christi fideles obediant, a Deo optimo maximóque præstari ei, vsque in finem duraturam, conueniens, vtile, imo quodammodo necessarium fuit. Primum ratione perfectionis. Etenim omnis mundi natio confitetur, id quod Aristoteles ille in lumine naturali testatur, Esse illud nobile magis, perfectiusque regimen, quod ab vno regente pẽdet: a quo primo deducantur, & ad quem vltimo reducantur omnia. Quod & natura quoque monstrat, in qua videmus grues sum habere ducem, & apes etiam ipsas vnam sequi. At hoc maius bonum in multis politijs repertum, quis nisi fatuus a spirituali Republica negare audebit? Cui maxime dictum est: Quid vltra debui facere vineæ meæ, & nõ feci? Ad idem est ratio supereminentiæ.

* Ista monarchia data fuit Petro, vt etiã post ipm duraret in suis successoribꝰ

Meta. 12. Ethico. 8. Polit. 3.

Monarchicũ regimẽ magis nobile.

Isaiæ. 5.

Heb. 8. 9. & 10. 1. Corinth. 10 2. Corinth. 3

Paulus vbiq; docet maiorem admodũ excellentiã ecclesiæ excellentia synagogæ, in sacramentis scilicet, sacramentorum ministris, aliisq; omnibus, adeo vt in illa figuram, vmbrã, exemplariaq; verorum præfuisse: in ista autem cœlestia, veraq; esse dicat. Quod si synagogæ populo quidẽ rudi, sub iugo graui legis presso, timoreq; cõfixo hęc perfectio, regiminisq; cõsummatio data est: qua sub vno sacerdote summo, eoq; supremæ authoritatis, a quo deuiare nõ liceret, ordinaretur, quatenus diuisiones, dissensionesq; resecarentur in populo: quomodo nõ magis hoc per ãplius & perfectius ecclesiæ sub Euangelio, magno dei amore perfusæ concedendum fuit, cui copiosius dona prçstantur, & a qua perfectius mala tolluntur? Ad idem est ratio deriuationis. Ioannes ait ecclesiam significans. Vidi ciuitatẽ sanctam Hierusalem nouã descendentem de cœlo, a deo paratã, sicut sponsam ornatam viro suo. Si autem ecclesia militans a triumphãti ecclesia deriuata est, vnde de cœlo descendisse dicitur, necesse est cõcedamus istam sicut illam ad vnũ manifestum caput ordinari: in quo hic sicut ibi monarchicus ordo saluetur. Bernardus ad Eugenium optime dixit. Non vilẽ reputes formã hãc, quæ in terris formam habet in cœlo: vidit hoc qui dicebat. Vidi ciuitatem sanctã Hierusalem nouam descendentem de cœlo. Sicut enim Seraphin, & Cherubin, & cæteri ordines sunt sub vno capite Deo: ita & hic Patriarchæ, Archiepiscopi, & reliqui sub vno Pontifice summo. Ad idem est ratio denominationis. Dicitur enim Ecclesia vniuersalis acies ordinata. Pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Hierusalẽ, terribilis vt castrorum acies ordinata. Dicitur & regnum. Mittet

* Argumẽtum ex figura fortissimum quidem ex verbis Pauli.

Deute. 17

* Argumentum ex deriuatione. Apocal. 21

* Ecclesia dicitur descendisse de cœlo.

Lib. 3. de cõsideratione.

* Argumẽtum ex nomine. Cantico. 6

Math. 13

filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Acies autem ordinata non nisi vnũ primum, sicut exercitus ordinatus vnum præpositum habet: nec regnũ dicit, nisi potestas regiminis apud vnũ toti multitudini præsidentem resideat. Ad id est ratio præceptionis. Præcipimur enim eandem fidem tenere idem sẽtire, dissensiones fugere, scãdala vitare, ac vnitatem spiritus in vinculo pacis seruare. At quũ sæpissime, ne dicam semper accidat, circa ea quæ religionis Christianæ sunt, dubia suboriri etiam nõ parua: quũq; in vniuersum tot sint sensus, quot capita: quomodo possunt huiusmodi suborta dubia finiri, contẽtionesq;, & schismata euelli funditus, nisi vnus supremus sit, qui debeat omnia finaliter terminare? Nequaquam. Hæc vna ratio est, eaq; inuictissima, qua Hieronymus aduersus Iouinianum, Petrum aliis Apostolis præpositum dixit, vt capite constituto schismatis quoq; tollatur occasio. Ad idẽ est cõformis patrum sanctorum doctrina: omnes quotquot sunt primatum Petri confitentur, vt monstrauimus, non in passione eius extinguẽdum, sed in perpetuum cum ecclesia duraturum. Personæ enim Petri, & per personam ecclesiæ, sed non propter personã, imo propter ecclesiam datus fuit: vnde nõ cũ psona obire, quin potius cum ecclesia durare debuit. Augustinus ad hoc in De doctrina Christiana dixit. Est eccl'ia corpus Christi, sicut Apostolica doctrina cõmendat: infra. Has ergo claues dedit eccl'iæ suæ, vt quę solueret in terra, essent soluta & in cœlo, & quæ ligaret in terra, ligata essent in cœlo. Idem pro eodẽ super Ioannẽ. Huius ecclesiæ Petrus Apostolus propter Apostolatus sui primatum gerebat figurata generalitate personã: quã

Math. 13

Argumẽtum ex præcepto. Heb. 11. Marc. vltimo. Ephe. 4 1. Corint. 1 Rom. 12 Philip. 2

Lib. 1 * Augustinus quoq; circa illud Psal. 49. Deus deorum dominus locutus est, & vocauit terram.

Augustinus

Serm. 124

tum vero ad ipsum ꝓprie pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Christianus, abundãtiori gratia vnus idemq; primus Apostolus: sed quando ei dictũ est. Tibi dabo claues regni cœlorũ, & quodcũq; ligaueris super terram. &c. vniuersam significat ecclesiam, quæ in hoc sæculo diuersis tẽtationibus quatitur. Idẽ super Ioãnẽ. Quodcunq; ligaueris super terrã, erit ligatum & in cœlis. Si hoc tantũ Petro dictũ est, non hoc facit ecclesia: si aũt in ecclesia fit, vtiq; quæ in terra ligãtur, & in cœlo: & quę soluũtur in terra, soluta sunt & in cœlis. Si ergo hoc in ecclesia fit, Petrus quando claues accepit, ecclesiã sanctam significauit. Hieronymus ad idem ait. Omnibus consideratis puto me non temere dicere, aliquos ita esse in domo dei, vt ipsi sint eadem domus dei, quę dicit ædificari supra petram: quę vnica colũba appellatur, quę sponsa pulchra sine ruga & macula, & hortus cõclusus, fons signatus, puteus aquæ viuæ, & paradisus cum fructu pomorum. Quæ domus etiam claues accepit, acpotestatem soluendi, & ligandi. Ambrosius in suo pastorali. A domino dicitur Petro. Petre amas me, & ille. Tu scis quia amo te, & cum respõsio fuisset subsecuta, repetitũ est a dño. Pasce oues meas: quas oues, & quẽ gregẽnõ solũ suscepit beatus Petrus, sed & nobiscum eas suscepit, & nos cũ illo eas suscepimus omnes. Chrysostomus ad idẽ in De sacerdotio ait. Nam qua de causa filio suo eiq; vnigenito Deus opti. max. vsq; adeo non parcendum putauit, vt etiam quem vnicum haberet, hũc dederet? Certe vt qui in ipsius offensionem incurrissent eos sibi reconciliaret, tum vero peculiarem selectumq; sibi populum redderet. Quanam item de causa ille idem sanguinem effudit suum? Certe vt pecudes eas acquireret,

* Habetur. 24. q. 1. c. quodcunq.

* Hieronymus.

* Habetur. 24. q. 1. c. omnibus.

* Ambrosius in principio.

* Chrysostomus lib. 3.

quarum curam, tũ Petro, tũ Petri succeſſoribus cõmit teret. Quid clarius ij patres dicere potuerũt? Paulus ad idem clamat, poteſtatẽ eccleſiaſticam in ædificationem eccleſiæ cõceſſam, graduſq; eius, paſtores etiam, & do ctores. Durabit ergo illa quouſq; ædificatio ſpiritualis durauerit: ſic aũt vſq; ad finem ſęculi: quũ non ante fini atur hominum in Chriſto regeneratio, peccatorumq; ad ipſum conuerſio, ac ſimul omnium fidelium in ipſũ directio. Diuina ſcriptura hoc probat. Paulus pro hoc clamat. Sancti patres hoc docent. Quis reſiſtit?

* 1. Corint. 12.
* Epheſ. 4.
* 2. Corint. 10. 13.

## CAP. VII.

Hanc ſenſibilem vnitatẽ, quodãmodo accidentalẽ, ac aduentitiã per reſpectum ad vnũ caput viſibile eccle ſia vniuerſalis dei continuo habuit a Petro vſq; ad nos, habetq; hodie ad Romanam ſedem tãquam ad Apoſto licam, & ad Romanum pontificem tanquam ad verum Petri ſucceſſorem, Chriſti generalẽ vicarium, omniũ & ſingulorum fideliũ paſtorẽ, rectorẽ, principẽq; cum plenitudine poteſtatis. Auguſtinus ad hanc veritatem pro authoritate & poteſtate Romanæ ſedis ſuper ali as, aduerſus Donatiſtas, eoq; ea inconſulta Cicilianum Carthaginẽ. epiſcopũ dãnarint, ait. Erat aũt in trãſma rinis vicina regioĩbus, & fama celeberrima nobilis: vn de nõ mediocris vtiq; authoritatis habebat epiſcopũ qui poſſet nõ curare cõſpirãtẽ multitudinẽ inimicorũ, cũ ſe videret & Romanæ eccl'iæ in qua ſemper apl'icæ cathedrę viguit principatus, & cęteris terris vnde euã geliũ ad ipſam Africã venit p cõminatorias literas eſſe cõiunctũ: vbi paratus eẽt cãm ſuã dicere, ſi aduerſarij eius abeo illas eccl'ias alienare conarent. Idẽ, p eodẽ cũ alijs patribus Meliuitani cõcilij Numidię ab Innocẽtio

* Primatus Romani põtificis eP time mõſtratur.

Auguſtinus epiſtola. 162.

* In Romana ecclesia viguit ſemper Apoſtolicæ cathedræ principatus.

tunc temporis Romano pontifice acta sua tanquam a Christi vicario, Petri successore, cęteris q; alijs superiore cōfirmari petij. Hieronymus ad idem Damasco Papæ dixit. Hęc est fides Papa beatissime, quam in catholica didicimus ecclesia, quā q; semper tenuimus; in qua si minus perite, aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus a te: qui Petri sedem, & fidem tenes. Si autem hæc nostra confessio Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunq; me culpare voluerit, se imperitum, vel maleuolum, vel etiam nō catholicum, sed herętícum comprobabit. Itē sancta Romana ecclesia, quę semper immaculata permānsit domino prouidēte, & beato Apostolo Petro opē ferēte, in futuro manebit sine vlla hęreticorum insultatione: atq; firma, & immobilis omni tempore persistet. Idem eidem pro eodem. Fatiscat inuidia, Romani culminis recedat ambitio, cū successore piscatoris, & discipulo Christi loquor. Ego nullum pręmium, nisi Christū sequēs, beatitudini tuę hoc est cathedrę sancti Petri communionem consortior. Super illā petram fundatam ecclesiam scio. Qui cunq; extra hanc domum agnum comederit, prophanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio. Ambrosius ad idem. Quędignior domus Apostolicę prędicationis ingressu, q̄ sancta Romana ecclesia? Aut quis pręferendus magis omnibus videtur, quā Christus? qui pedes suis consueuit lauare hospitibus, et quoscunq; sua receperit domo, pollutis non patitur habitare vestigijs: sed maculosos licet in ea acceperit vitæ prioris, in reliquum tamen mundare dignatur processus. Idem pro eodem se in omnibus sequi magistram sanctam Romanam ecclesiā profitetur. Gregorius ad

Hieronymus. 24.q.1.c. Hæc est fides.

* Quod Romanus pontifex approbat approbatum, & quod reprobat reprobatum est.

24.q.1.c. Quoniam vetus.

Ambrosius. 24.q.1 c. Quæ dignior.

* Idem super apostolum. 1. Timo. 3. Scribo tibi vt scias quam ecclesiam ordines quæ est domus dei vt cū totus mūdus dei sit ecclesia tamē domus eius dicatur cuius hodie rector est Damascus. Habetur. Dist. 22. Omnes.

idē in epistolis ex registro fatetur probatq; , Romanos pontifices vniuersales dici debere. Idem pro eodem Ioanni episcopo Syracusano dixit. De Constantinopolitana ecclesia quod dicūt, quis eam dubitet sedi Apostolicę esse subiectam? Tamen si quid boni, vel ipsa vel altera ecclesia habet, ego etiam minores meos, quos ab illicitis prohibeo in bono imitari paratus sum. Stultus enim est, qui se in eo primum existimat, vt bona quę viderit, discere contemnat. Item eidem. Nam q̄ primas Byzācenus sedi Apostolicæ dicit se subiici, si qua culpa in episcopis suis inuenitur, nescio quis ei subiectus non sit. Cyprianus ad idē aduersus eos, qui a loco delicti ad Romanam sedem purgandi cōfugiebant, ait. Post ista adhuc insup pseudoepiscopo sibi ab hæreticis constituto nauigare audent, & ad Petri cathedram, atq; ecclesiam principalem, vnde vnitas sacerdotalis exorta est, a schismaticis, & prophanis literas ferre: nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides Apostolo prædicante, laudata est: ad quos perfidia habere non possit accessū. Idem pro eodem ad Cornelīū Papam inquit. Nos enī singulis nauigantibus, ne cum scandalo vllo nauigarēt, rationē reddidisse nos scimus, & hortatos esse, vt ecclesiæ catholicæ matricem, & radicē agnoscerent, ac tenerent. Athanasius ad idem, prę̄ter id quod factis docuit, ab alijs damnatus ad Romanum pontificem, tanquā ad verum Christi vicarium, Petriq; successorem confugiens, Liberio Romano pōtifici, hæreticos tangēs dixit. Mutauerunt gloriam catholicæ ecclesię propria nouitate, sicut per ea quę illicite in eis defēsione gesta sunt, hæreticam turbulentiam introducentes, illud competens ad nos detinentes, quod bene ad Iesum filium Syrach

Lib. 4. cap. 92. Gregorius. Dist. 22. De constātinopolitana.

Cyprianus. Epistolarū lib. 1. Epistola. 3

* Romana ecclesia Petri cathedra vnde vnitas sacerdotalis exorta est.

Epistolarū lib. 4 Epistola. 8

Athanasius.

* Romano pōtifici vniuersalis ecclesia cōmissa a christo.

dictũ est. Vsq; ad mortẽ certa pro veritate, & dominus pugnabit ꝓ te. Huius rei gra vniuersalis vobis a Christo Iesu cõmissa est ecclesia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis: quia Dũ fortis armatus custodit atriũ suũ, in pace sunt omnia quç possidet. Irenæus ille Lugdunensis Archiepiscopus, & glorioſus Christi martyr, beati Polycarpi Ioannis Euãgelistç discipuli auditor adidẽ, aduersus Valẽtinũ, cæteroſq; sui temporis hæreticos inquit. Traditionẽ Apostolorũ toto orbe manifestam in omni ecclesia adest perspicere oĩbus qui vera audire voluerit, eam videlicet, quam primitiua illa ecclesia ab Apostolis acceptã per successionem continuã patrum, & episcoporum trãsmisit ad nos. Sed quoniam per omnes ecclesias discurrere prolixũ fuerat, & infiniti operis, ex omnibus maximã, antiquissimam, atq; oĩbus cognitã Romæ a glorioſissimis duobus Apostolis Petro, & Paulo fundatã eligens, eius inquit fidem traditionemq;, quam habet ab ipsis annũciatam, & per successiones episcoporũ ad nos peruenientem indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo pacto vel per sui placentiam, vel vanam gloriam, vel cęcitatem, & malam sentẽtiam, fidem præterquam oportet colligũt. Clamo hic. Quid potuit iste Christi martyr doctissimus sanctissimus, & antiquissimus apertius pro hac veritate testari? Pelagius episcopis omnibus orthodoxis adidem ait. Quanuis vniuersæ per orbem catholicę, & Apostolicę cõstitutę ecclesię, vnus thalamus Christi sit, tamen sancta Romana ecclesia catholica, & Apostolica nullis synodicis cõstitutis cęteris ecclesijs prçlata est, sed euangelica voce domini & saluatoris nostri primatum obtinuit. Tu es inquiens Petrus, & super

* Irenæus.

* Traditio Apostolorũ a Romana sede petenda.

* Pelagius. Dist. 21. c. Quanuis.

* Romana ecclesia euãgelica voce cæteris ecclesijs prælata.

hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Anacletus ad idem. Sacroſancta Romana & Apoſtolica eccleſia nō ab Apoſtolis, ſed ab ipſo domino & ſaluatore noſtro primatū obtinuit, ſicut beato Petro Apoſtolo dixit. Tu es Petrus, & ſuper hanc petrā ædificabo eccleſiā meā. Iulius orientalibus epiſcopis ad idē. Dudū a ſanctis Apoſtolis ſucceſſoribusq; eorum in antiquis decretum eſt ſtatutis, quæ hactenus ſancta & vniuerſalis Apoſtolica tenet eccleſia, non oportere præter conſcientiā Romani pontificis concilia celebrari, vel epiſcopum dānari: quoniā ſāctam Romanā eccleſiam primatū omniū eccleſiarū eſſe voluerūt. Et ſicut beatus Petrus Apoſtolus primus fuit omnium Apoſtolorū: ita & eccleſia ſuo nomine cōſecrata (domino inſtituente) prima ſit, & caput cæterarum, & ad eā quaſi ad matricem, atq; apicem omnes maiores eccleſiæ cauſæ & iudicia epiſcoporum recurrant. Marcellus vniuerſis epiſcopis p̄ Antiochiā ad idē. Rogamus vos fratres dilectiſſimi, vt nō aliud doceatis, neq; ſentiatis, q̄ quod a beato Petro, & reliquis Apoſtolis, & patribus accepiſtis. Ipſe enī eſt caput totius eccl'ię cui ait dominus. Tu es Petrus, & ſuper hāc petrā ædificabo eccleſiā meā. Eius enī ſedes primitus apud vos fuit: quæ poſtea iubente domino Romā tranſlata eſt, cui (adminiculante gratia diuina) hodierna præſidemus die. Si vero veſtra Antiochena, quæ olī prima erat, Romanæ ceſſit ſedi: nulla eſt, quæ eius non ſit ſubiecta ditioni. Nec ab eius diſpoſitione vos deuiare oportet, ad quā cuncta maiora eccleſiaſtica negocia (diuina diſponēte gratia) iuſſa ſunt referri, vt ab ea regulariter diſponantur, a qua ſumpſere principia. Innocentius Tertius Cōſtātino īperatori ad idē dixit. Nobis aūt in bea

* Anacletus. Diſt. 22. c. Sacroſancta Romana

* Iulius. 3. q. 6. dud. m.

* Romana eccleſia primatum habet omniū eccleſiarum.

* Marcellus 24. q. 1. Rogamus. Ad idem. c. per venerabilē. qui fi. ſit. leg ex. in c. fundamenta extra de electio. in. 6. &. c. quāuis diſt. 21. c. nolite er. diſt. 11. c. decreto. &. c. quiſe ſcit. 2. q. 6. & extrauagan. Ioānis. 21. quæ incipit. Licet iuxta doctrinā Apoſtolorum.

Extra de maior. & obedientia. c. ſolite.

to Petro sunt oues Christi cõmisse, dicẽte domino. Pasce oues meas, nõ distinguẽs inter has oues & illas, vt alienum a suo demonstraret ouili, qui Petrũ & successores ipsius magistros nõ recognosceret, & pastores, vt illud tanquam notissimũ omittamus quod dominus dixit ad Petrũ, & i Petro dixit ad successores ipsius. Quodcũq; ligaueris sup terrã, erit ligatũ & in cœlis. &c. nihil excipiẽs qui dixit, quodcũq;. Ad idẽ sũt grauissima, atq; venerãda vniuersalia cõcilia etiã antiquissima, quç vel saltẽ vnũ, firmissimã fidẽ in huiusmodi rebus religionis apud omnes totius orbis fideles generare valẽt, vt monstrabit. Nicenũ nanq; conciliũ vniuersale trecẽtorũ decẽ et octo episcoporũ tẽporibus Siluestri Papæ, et Cõstãtini imperatoris ad idẽ diffiniuit, vt nullus episcopus, nisi in legitima synodo, & suo tpe apostolica authoritate cõuocata sup quibusdã terminatioĩbus pulsatis audiatur, & dãnetur. Qd si secus a quibusdã psumptũ fuerit, in vanũ deducatur quod egerint, nec inter ecclesiastica vllo modo cõputẽtur. Ipsa vero prima sedes (hoc est Romana) conuocãdarũ generaliũ synodorũ iura detinet, & iudicia episcoporũ singulari priuilegio illi sedi euãgelicis, & apostolicis, atq; canonicis cõcessa sunt institutis. Ita vt semp maiores causę ad sedẽ apostolicã referãtur. Nec vllo modo potest maior a minori iudicari. Ipsa nãq; oĩbus maior & plata est ecclesijs. Calcedonẽ. vniuersale cõciliũ ad idẽ dixit, firmauitq;. Si qs episcopus pdicatur ifamis, liberã habeat potestatẽ appellãdi ad beatissimũ episcopũ antiquę Romæ, quẽ habemus Petrũ petrã refugij: & ipsi sibi libera potestate loco dei sitius discernendi episcopi infamiã secũdũ claues sibi a deo datas. Constantinopolitana synodus ad idem.

* Alienus est a saluatoris ouili/ qui Petrũ & successores eius nõ recognoscit pastores.

* Determinationes conciliorum vniuersalium.

Art. sequenti. Cõciliũ Nicenũ.

* Romanæ sedis iura. cõcilia conuocare generalia episcopos iudicare i & oĩes causas maiores ecclesiæ terminare.

Concilium Calcedonẽñ.

* Romanus pontifex in tota ecclesia. Petrus/ Petra refugii.

Veneramur ſecundum ſcripturas, canonum definitiones ſanctiſſimum antiquæ Romę epiſcopum primum eſſe, & maximũ epiſcoporum. Octaua ſynodus ad idẽ epiſtolam Ignatij Conſtantinopolitani patriarchæ ad Adrianum Romanũ pontificem directam legit, recepitq; in qua ſic erat. Solus & ex toto magiſter omnium Deus dixit Petro magno & ſummo Apoſtolorum. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiã meam: & portę inferi & c. Iterũ. Tibi dabo claues & c. Tales enim beatas voces non ſecundum quandã vtiq; ſortem Apoſtolorum principi Petro ſolum circũſcripſit, & definiuit: ſed per eum & ad omnes qui poſt illum ſecundum ipſum efficiendi erant ſummi paſtores, & diuiniſſimi, ſacriq; pontifices ſenioris Romę tranſmiſit. Ad idem eſt confeſſio publica ſolenniſq; admodũ Armenorum, & Grecorum in concilio Florentino: in quo priſtinos ſuos errores prorſus abdicantes Romanæ eccleſię ſeſe ſubdidere in hac forma. Diffinimus ſanctã Apoſtolicam ſedem, & Romanum pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, & ipſum Romanum pontificem ſucceſſorem eſſe beati Petri principis Apoſtolorum, & verum vicarium Ieſu Chriſti, totiuſq; eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorũ patrẽ, & doctorem exiſtere: & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalẽ eccleſiã a domino Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe: quemadmodum & in geſtis œcomenicorum, & in ſacris canonibus continetur. Hanc determinationem magna examinatione præhabita Armeni, Græciq; ſequẽti ſubſcriptione approbarũt. Nos igitur oratores nomine noſtro, noſtriq; reuerendi patriarchæ, & omniũ Armenorum, ſicut &

Synodus octaua.

* Promiſſio domini ad Petrum Petro & Romanis pontificibus Petri ſucceſſoribus in Petro facta.

* Concilij Florentinum.

* Ioannes Gerſon idem part. 1. lib. de Auferibilitate Papę ab eccleſia cõſiderat. 8. & 20. & i trac. de cõcilio vnius obedientiæ. & in libel. quorundã articulorũ theologicorum contra Petrũ de Iuna. art. 3.

* Publica cõfessio Græcorũ & Armenorum de primatu Romani pontificis: in vniuersali concilio habita.

vestra sanctitas in ipso decreto attestatur hoc saluberrimũ synodale decretũ, cum oĩbus capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, prçceptis, & statutis: omnẽq; doctrinã in ipso descriptã, necnõ quicquid tenet, & docet sancta sedes Apostolica, & Romana ecclesia cũ omni deuotione, & obediẽtia acceptamus, suscipimus, & amplectimur. Illos quoq; doctores, & sanctos patres, quos ecclesia Romana approbat, reuerẽter suscipimus. Quascunq; vero psonas, & quicquid ipsa Romana ecclesia reprobat, ac dãnat: nos p reprobatis, ac dãnatis habemus. Profitentes tanquã verę obedientiæ filij nomine quo supra ipsius sedis Apostolicę ordinationibus fideliter obtẽperare. O sancta huius cõcilii Florẽtini diffinitio, & o sãcta Armenorũ, Greçorũ q; cõfessio, p testatioq;, ac simul omniũ cõformitas. Quid hac diffinitione clarius? quid hac cõfessione iucundius? aut quid hac cõformitate pulchrius? Rogo, quid erit in vniuersũ, quod testibus p bari habeat, & his oĩbus nõ mõstreť, Augustino, Ambrosio, Hieronymo, Gregorio, Cypriano, Athanasio, Irençeo, Pelagio, Anacleto, Marcello, Innocẽtio, Niceno concilio, Calcedonen. Octauo, Cõstãtinopolitano, Florẽtino, Armenis, & Greçis?

## CAP. VIII.

Concludamus pro primatu Romani põtificis, cum pulcherrimo dicto Bernardi: dicamus nũc Paulo, quod ille olĩ dixit Eugenio. Tu quis es? Tu sacerdos magnus, pontifex summus, princeps episcoporũ, hæres Apostolorum, primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abrahã, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, authoritate Moses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctiõe Christus. Iterum, Tu es, cui traditæ sunt claues regni

Lib. 2. De cõsideratione ad Eugenium.

Bernardus.

* Descriptio optima Papæ. Lib. eodẽ. c. 6.

cœlorum: cui oues traditæ sunt. Sunt quidē & alij cœli ianitores, & gregū pastores, sed tu tāto glorioſius, quā to & differētius vtrunq; præ cęteris hereditasti. Habēt alij assignatos greges singuli singulos: tibi vniuersi creditisunt. Vnus vni nec modo ouiū, sed & pastorum: tu vnus omniū pastor. Vnde illud ꝓbetur quæris? ex verbo domini: cui nō dico episcoporū, sed Apostolorum etiā sic absolute, & indistincte totæ cōmissæ sunt oues. Si me inquit amas, pasce oues meas. Quas? illius, vel illius populi, ciuitatis, aut regionis, aut certe regni? Oues inquit meas: cui nō planū, nō designasse aliquas, sed assignasse omnes? Nihil excipitur, vbi dicit nihil: & forte præsētes cæteri discipuli erāt, cū cōmittēs ecclesiā vni vnitatē oibus cōmendaret, in vno grege, in vno pastore, secundū illud. Vna est columba mea, formosa mea, perfecta mea. Vbi vnitas, ibi perfectio: reliqui numeri perfectionem non habent, sed distinctionem recedentes ab vnitate. Iterum. Locus inquam, in quo stas, terra sancta est. Locus Petri est, locus principis Apostolorum, vbi steterunt pedes eius, quem constituit dominus dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ. Constantinus imperator hoc recognoscens optime dixit. Vnde congruum perspeximus nostrum imperium, & regni potestatem ab orientalibus transferri regionibus, & in Byzātiæ prouinciæ optimo loco nomini nostro ciuitatem ædificari, & nostrū illic imperium constitui. Quoniam vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab imperatore cœlesti constitutū est, iustū nō est, vt illic imperator terrenus habeat potestatē. Est ergo Apostolica sedes, ac primatus spiritualis in Romana ecclesia, Romanoq;

* Romanus pōtifex vnus omnium / non solū ouium / sed & pastorum pastor.

Ioannis. 21.

Cantic. 6

* Romanus pontifex princeps omnis possessionis ecclesiasticæ

Habetur. Dist. 96 c. Constantinus.

* Iustinianꝰ imperator. c. de sum. trin. & fid. cath. inter claras ait / omnes sacerdotes orientalis tractus & subiicere & vnire sedi vestræ sanctitatis properamꝰ eo q caput est omniū sanctarum ecclesiarum.

pontifice: verum nō sic quin possit Papa, qui & Romanus episcopus est, Romanā ecclesiam relinquere, & inde Petri cathedrā ad aliā ecclesiā transferre. Est quidē nunc, fuitq; semper a Petro, vsq; ad nos Apostolica sedes in Romana ecclesia, quia placuit hactenus successoribus Petri, Petri sedē in ea ecclesia conseruare, in qua Petrus viuens ipsam habuit, ac moriens reliquit. Reliquit inquā, non mandato, sed facto, hoc est, quia in illa obijt, inde ad martyrium raptus. Verū non sic quin possit Papa inde ad aliam ecclesiā huiusmodi sedem transferre: tum exemplo Petri, qui primū Antiochiæ illā habuit, vnde eandem Romā transtulit: tum quia primatus huiusmodi diuinitus institutus nulli particulari ecclesiæ aliquo diuino iure adscribitur: quo fit vt diuina sit eius institutio, vt monstrauimus: humana autē eius isti, vel illi ecclesię applicatio. Quę autē humana sunt, Papa mutare potest.

* Romanus pō tifex potest Petri cathedrā ad aliam ecclesiam transferre / quæ tunc caput esset omniū sicut nūc est Romana. Dist. 22 c. Sacro sancta. & 24. q. 1 Rogamus.

Cap. 5. 6. & 7.

## CAP. IX.

Habet Papa ratione primatus sui spiritualis a domino in Petro instituti, q; vt Papa procedens in his, quæ ad statū vniuersalem totius ecclesiæ, seu fidei, seu morum pertinent, finaliter errare non possit. Saluator noster hoc docuit, qui Petro, & successoribus Petri in Petro officiū confirmandi fratres, pascendiq; omnes suas oues commisit, dicens. Tu aliquando conuersus cō firma fratres tuos. Iterum. Pasce oues meas. Hęc enim primatus huiusmodi sunt: & omnes subditos obedire obligant. Nam rogo quomodo possunt hæc ad primatum non pertinere, quæ in aliquo posita primatum concludūt? Quid enim aliud primatus iste spiritualis est, nisi summa & plena potestas cōfirmandi fratres, & pas

* Papa vt Papa in his quę ad vniuersalē ecclesiæ statū pertinēt errare non potest.

Luc. 22 Ioannis. 21.

* Pro quo etiā tributum solui iussit solutionē quidem capitis / ac familiæ, gubernatoris.

cendi omnes Christi oues? Nihil: quia in alijs, hoc est in consecratione corporis domini, in dimittendis peccatis, ac in exercendis actibus iurisdictionis super omnes inferiores apostolis, æquales erāt Petrus & cæteri, quum omnibus simul dixerit dominus. Hæc quotiēscunq; feceritis, in mei memoriā facietis. Iterū. Accipite spiritū sanctū, quorū remiseritis peccata, remittūtur eis. Iterū. Sicut misit me pater, ita ego mitto vos. Iterū. Q uęcūq; ligaueritis sup terrā, ligata erūt in cœlo &c. Q uod ergo prę cipuū est, quod primatū Petri, nō solū monstrat, sed & constituit? Vtiq; quia officium confirmandi etiam fratres, & pascendi omnes oues à domino accepit: alij accipiunt officium confirmandi & pascendi alios non se adinuicem. Petrus vero vniuersalius cō firmandi etiā fratres, & pascēdi omnes. Aut rogo, quo modo potuit primatus iste, cum his iuribus institui, & alios ad obedientiam confirmationis, & pastus, hoc est directionis, gubernationis, aliorumq; similiū non obligari? Minime: frustra enim esset, si ita esset. Deus autē nihil facit frustra, sicut nec natura. Q uū ergo ista primatum huiusmodi monstrent, imo & constituant, & omnes obedire teneantur: manifestum est Romanum pontificem in huiusmodi errare non posse, sicut nec tota ecclesia, quæ illi obedire tenetur. Aut si das, quòd Papa errare possit, vide quantam, aut qualem facias certitudinem ecclesiæ, quę illum sequi obligatur: cui in Petro dominus dixit. Confirma fratres tuos, & iterū. Pasce oues meas. Ad idem. Primatus iste, Papam in ecclesia, supremum principem cum plenitudine potestatis facit: ac ob id iura omnia principum supremorum talē potestatem, plenam inquam, licet secularē habentiū

Ioannis. 20

* Nō mireris lector q̄ Petrū dicimus aliis apostolis præpositū, sciens & illos etiam à Christo potestatem accepisse. Nā q̄ & Moses præpositus erat senioribus, & ipsi diuinā authoritatem habebant. Nota. 11. Arist. in de cœlo & mundo.

Luc. 22 Ioānis. 21

* Primat⁹ eccle siasticꝰ ō habet minora, nec pauciora iura, quam primatus secularis, imo multo maiora & plura.

Papæ tribuit, quum non minora, sed nec pauciora iura spiritualis primatus habeat, quã secularis. At quis non nouit ad sæculares principes ratione sui primatus pertinere, de sua iurisdictione tractare, causas omnes per se, vel alios decidere, rationes hinc inde adductas examinare, potiores eligere, ac tandẽ finaliter pronunciare, omni appellatione postposita, nisi forte a se non bene informato, ad se bene informandum appelletur? Sic autem Papa talia iura habens errare non poterit, ne illo errante erret ecclesia sibi subiecta, velut corpus capiti, & regnum regi. Hieronymus ad hoc optime dixit. Hæc est fides Papa beatissime, quam in catholica didicimus Ecclesia, quãq; semper tenuimus: in qua si minus perite, aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus a te, qui Petri sedem, & fidem tenes. Si autẽ hæc nostra confessio Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunq; me culpare voluerit, se imperitum, vel maleuolum, vel etiam non catholicum, sed hæreticum comprobabit. Hæc Hieronymus. Dixi Papa, vt Papa: quia secus est, si nõ vt Papa, sed vt priuata persona procedit: tunc enim siue sententiando, siue operando, siue in causa religionis, siue in actione, vel passione personę errare poterit. Nanq; & ipse homo est, neq; in gratia confirmatus. Quod si quæras, quando Papa procedit, vt Papa? Respondeo, quando adiutorio membrorum suorum vtitur in agendo, illorum maxime, quos nouit sanctiores, doctioresq;, siue viuẽtes, siue iam hac vita functos: quos in scripturis suis optime cõsulere potest. Quum enim Papa, vt Papa caput sit Ecclesiæ, vt monstrauimus, quicquid agit vt Papa, agit vt caput: caput autem, vt caput viuum, vtique sicut sine membris non

* Ad principem non habentẽ superiorẽ pertinet omnes causas sui regni per se/vel per suos officiales determinare.

* 24.q.1.Hæc est fides.

* Eadem sententia habetur.24 q. 1.A. Resa.&.25. q.1.Violatores.

* Papa vt priuata persona errare potest.

* Quando Papa procedit/vt Papa/& quando vt priuatus.

* Cap.5.6.&.7.

est, ita sine membris non agit: vtitur enim illis eo modo, quo potest: videt oculis, loquitur lingua, ambulat pedibus, palpat manibus, & alia id genus. Nam nullum horum potest dicere alij, non indigeo te: sic enim Deus disposuit in Ecclesia, vt alij alijs indigeamus: pastores etiam doctoribus, & doctores pastoribus: quēadmodum & Paulus testatur. Isto modo multi Papæ in his defecerunt, in quibus sua membra non consuluerunt: sic Anastasius errauit, quia sine concilio Episcopo rum, vel Presbiterorum, & Clericorum Ecclesiæ catholicæ, Fotino diacono Thessalonicensi communicauit, & Achatium occulte reuocare voluit: sic & Marcellinus Romanus pontifex, qui postea glorioſus martyr effectus est, prius compulsus a paganis, templum eorum ingressus grana thuris super prunas imposuit: sic supponitur vniuersaliter, Papam à fide deficere posse. Dixi in his quæ ad statum vniuersalem totius Ecclesiæ, seu fidei, seu morum pertinent: quia in alijs, hoc est circa facta particularia hominum, vt promotiones ad dignitates, & beneficia, ac iudicia contra aliquos, & pro aliquibus, aliaque similia, longe aliud est. Innocentius tertius ad hoc dixit. Iudicium Dei veriti, quæ non fallit, nec fallitur, semper innititur: iudicium autem Ecclesiæ nonnunquam opinionem sequitur, quam & fallere sæpe contingit, & falli. Dixi finaliter. Nam repente, & quasi primo motu, vel ante maturam, ac legitimam cum fratribus cōsultationem, deliberationemque, non mirum quòd etiam in grauissimis erret, corrigendis statim, consultis, consulendis. Non mirum inquam, quia sic etiam Natan propheta de ædificāda domo dei immature Dauid cōsiliū dedit;

* 1. Corint 12. * Ephes. 4.

* Dist. 19. c. Anastasius.

* Dist. 21. c. Nec autem.

* Dist. 40. c. Si Papa.

* Cap. A nobis 1. c. 2. de sententia excōmunic.

quod tamē postea domino illumināte reuocauit. Non mirū, inquā, quia Papa supremā potestatē habet in ecclesia, nō tamē supremā sciētiā: potestatē supremā habet in sua creatione diuinitus datā, scientiā autē nō nisi quam habet, aut habuerit humanitus acquisitam, quod & iura ipsa volunt, & quotidiana experientia testatur. Et Paulo teste, aliud est pastoratum, aliud doctoratum habere, distincti gradus sunt: non habet illos ambos, nisi ille cui a deo dantur ambo. Sic autem quid mirum q̄ a vero errēt potestas, & pastor, si non consulunt scientiam, & doctorem? Iura dicūt, Papam non posse agere contra apostolos, prophetas, & sanctos patres: quid ergo mirum si Papa erret, dum non mature eos cōsulit, contra quos agere non debet? Optimæ eæ distinctiones sunt, & iuxta illas complura iura intelligere oportet, quæ alias sibi inuicē dissona vidētur. Nec mireris.

8. Reg. 7.

Dist. 20. c. Decretales.

1. Corinth. 12 Ephe. 4

25. q. 1. Sunt quidam iuncto cap. Contra.

## CAP. X.

Habet Papa ratione primatus sui spiritualis cū plenitudine potestatis a domino in Petro institutī, vt in illis ordinationibus apostolorū quæ pure humana sunt, dispēsare, ac eas mutare valeat, causa rationabili existēte. Ad idem est primum sensus communis omniū, & manifesta veritas apud omnes hominū nationes: his enim nouimus par in parem, non habere imperium: multoq; minus inferius, in superiorem. Sic autem quum nō minus potens sit ecclesia quæ nunc est, quam fuerit ipsa olim tempore apostolorum, imo eandem authoritatē habeat, tunc sibi datam: & per Apostolos & alios patres ad se deriuatam, non est dubium, quin possit nunc ex rationabili causa in illis dispensare, quæ potuit tunc humanitus instituere, instituitque. Romanus ergo pō-

* Abulensis in suo prologo super Matheum. tenuit q̄ possit Papa dispensare in aliqbus dictis apostolorū, nō in omnibus. q. 31.

* Papa dispensare potest in positiuis apostolorū.

* Ecclesia q̄ nūc est tantam habet potestatem ordinis & iurisditionis, quantam habuit ecclesia primitiua.

tifex, quia Petri in plenitudine poteſtatis verus ſucceſſor eſt, vt monſtrauimus, poterit omnino in illis ordinationibus Petri, quæ pure humana ſunt diſpenſare: & eodem modo in omnibus ſimilibus, quæ alij Apoſtoli inſtituerunt, quibus omnibus Petrus nullatenus inferior, imo ſuperior fuit princeps, & caput illorum: pro quo ſolo inter alios Chriſtus dominus iuſſit ſolui didragma, ſolutionem quidem capitis. Alias enim iam par in parem haberet imperium, ſi in quæ Petrus humanitus inſtituit, Papa eius verus ſucceſſor diſpenſare nõ poſſet. Paulus excommunicauit Corinthium delinquentem, quem poſtea abſoluit pœnitentem, ne abundantiori triſtitia abſorberetur: nunc rogo, ſi potuit Paulus eum, quem excommunicauerat, abſoluere: quomodo ſucceſſor Pauli, aut quiuis alius Paulo in poteſtate Eccleſiaſtica non inferior illum eundem abſoluere non poſſet? Potuit ergo Petrus, potuit & Petri ſucceſſor: in quibus primatus Eccleſiaſticus durat hodie, durabitque in perpetuum. Aut rogo, quis vnquam Rex, Imperator aut princeps quicunque alius, ſiue Eccleſiaſticus, ſiue ſęcularis quicquam inſtituit aliqua poteſtate, in quod eius ſucceſſor in eadem poteſtate ex rationabili cauſa diſpenſare non poſſit? Aut quomodo valebit aliqua poteſtas huiuſmodi quicquam ſtatuere, quod non valeat ipſa reſcindere? Ad idem eſt factum totius Eccleſiæ: nanque Paulus dixit. Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, vnius vxoris virum &c. quo loco bigamum plurium vxorum in Epiſcopum ordinari interdixit, & ad preſbyteratum promoueri prohibuit: cum quo tamen Eccleſia Dei, & nunc ex rationa-

* Cap. 6. & 7.

* Math. 17.

* Par in parem non habet imperium.

* In quod quiuis princeps inſtituit eius ſucceſſor ex rationabili cauſa diſpenſare poteſt.

* 1. Timo. 3.

* Paulus prohibuit bigamũ ordinari in quo eccleſia olim iã diſpenſauit diſpenſatq; hodie.

bili causa dispensat, & iam olim similiter dispensauit. Ob id tantum, quod ex sola institutione humana huiusmodi bigamia pro irregularitate a Paulo inducta fuerit. In iure enim naturali, aut diuino stando, quid refert ad Presbyteratum, Episcopatumue, hominem, vnam, aut plures vxores habuisse: quas optime potuit successiue sine peccato habere? Nihil. Dispensauit autem Lucius Papa cum Panormitano bigamo, nec in hoc facto a viris doctissimis reprehenditur, imo approbatur, & quid multa? Presbyter fornicarius secundum canones Apostolorum olim deponebatur: cum quo tamen Grangren. concilium iuxta authoritatem beati Syluestri, si in vitio non perdurauerit, si sua spõte confessus fuerit, dispensat. In canonibus Apostolorum legitur. Si quis viduam, & eiectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de his quæ publicis mancipantur spectaculis, non potest esse Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex numero eorum, qui ministerio sacro deseruiunt: tamen Martinus Papa dispensat cum lectore ad subdiaconatum. Imperator etiam olim ex commissione Papæ cum diaconissa in ætate sexaginta annorum dispensauit: quam ponit Apostolus, vocans eam viduam: multo ergo magis Papa ipse propria authoritate dispensabit. Propter hæc glos. Decret. dixit. Sic ergo Papa dispensat contra Apostolum. Iterum hic concilium dispensat contra Apostolum in pœnis. Iterum. Satis potest sustineri, quòd Papa contra Apostolum dispensat: non tamen in his, quæ pertinent ad articulos fidei. Ad hanc veritatem est tota schola patrum; om-

* Dist.81.c.presbyteri.
* Dist.82.c.presbyter.
* Dist.34.c.Si quis.
* Dist.34.c.Lector.
* .C. de epi.& cle.l.nulla.
* 1.Corint.5.
* 23.q.1.Sunt quidam.

nes enim quasi per vnum id asserunt, posse scilicet Papam in statutis humanis Apostolorum, hoc est in illis, quæ nec iure naturali, nec diuino inducta sunt, dispensare. Petrus de Pal. pro eodem dixit. Papa cum omni bigamo ad omnia totaliter, & vniuersaliter dispensat (dat rationem) quia in omni pœna, quæ est ex statuto Ecclesiæ, vel prælatorum Ecclesiæ Papa dispensare potest. Huiusmodi est ista, quia Apostolus dicens vnius vxoris virum, loquebatur disponendo, & ordinando Ecclesiam, in qua non habuit maiorem potestatem Papa. Vnde & ibi dicit, non vinolentum, non percussorem: in quibus Papa dispensat. Et licet non possit facere de bigamo non bigamum: quia tamen bigamum non promoueri est de statuto Ecclesiæ, ideo potest illud amouere, sicut potest homicidam ordinare: licet non possit facere, quòd non sit talis. Idem pro eodem. Dicendum quòd non licet dispẽsare in his, quæ continentur in canone, quæ sunt de iure naturali, & de necessitate sacramentorum, & fidei: sed in alijs quæ sunt de institutione Apostolorum, licet: cum Ecclesia nunc habeat eandem potestatem destituendi, & constituendi, quam tempore Apostolorum habuit. Richardus de Med. Vil. ad idem ait. Quanuis Papa non possit dispẽsare contra ius naturæ, nec contra ius diuinum, quia sua potestas vtroque iure est inferior, & vtrunque supponit tanquam fundamentum: tamen quia est successor Petri, qui princeps fuit Apostolorum, æqualem potestatem habens potestati Petri, imo vt proprius loquar, eandem: & inferior non possit obligare superiorem, nec par parem,

* Lib. 4. sent. d. 27.
* Ibi q. 4. art. 1.
* Petrus de palud.

* Papa nõ facit de bigamo nõ bigamũ sed facit, vt bigamia non impediat.

* In responsione ad primum.

* Ecclesia habet eandẽ authoritatem instituẽdi & destituendi quã habuit tempore apostolorũ.

* Ibi princ. 4. q. 4.
* Richardus de med. vil.

Papa de plenitudine potestatis dispensare potest contra statuta Apostolorum quorumcũque, si tamen vim non habeant ex iure naturæ, vel diuino. Durandus de sancto Portiano ad idem inquit. Papa potest dispensare cum omni bigamo, quòd promoueatur ad omnes ordines, non solum minores, sed quoscunque maiores: cuius ratio est, quia in omnibus pœnis, vel defectibus, qui non sunt de iure naturali, vel diuino, sed solum de statuto iuris positiui, Papa potest dispensare pro libito voluntatis. Idem pro eodem. Non licet dispensare in his, quæ continentur in canone, quæ sunt de iure naturali, & de necessitate sacramentorum, vel fidei, sed in alijs, quæ sunt de institutione Apostolorum licet, cũ Ecclesia eandem potestatem habeat nunc instituendi, & destituendi, quam tempore Apostolorum habuit. Thomas quoque ad idem dixit. Contra ea quæ sunt iuris diuini, non dispensatur quoad illa, quæ etiam sunt de iure naturali: & quantum ad ea, quæ sunt de necessitate sacramentorum, ac fidei. In alijs vero, quæ sunt de institutione Apostolorum, id licet cum Ecclesia nũc habeat eandem potestatem statuendi, ac destituendi, quam tunc habuit per eum qui in Ecclesia tenet primatum. Hæc ille. Video quosdam dixisse, non posse Papam dispensare in huiusmodi propter nonnulla iura, quæ videntur oppositum sentire: sed non curo, quia illa non potestatem negant, sed difficultatem dispensandi notant: vt non nisi ex magna causa fiat, propter debitam reuerentiam Apostolorum. Vide ergo, o lector studiosissime, & tene mente, quod nonnulla sunt in diuinis scripturis noui testamenti statuta Apo-

* Ibi. q. 4. Durãdus de sancto Portiano.

Ad primum.

* Thomas gloriosus.

* Extra de biga. Nuper. Dist. 1. Si quis viduam. 25. q. 1. c. contra statuta.

ſtolorum non de iure naturali, nec diuino, ſed tantum humano ædita, obſeruanda quidem, ſed nihilominus per Papam verum Petri in primatu ſucceſſorem diſpenſabilia, vt monſtrauimus. Nec mirum eſt, quòd ſint humana ſtatuta ſacris literis ſcripta: ſicut nō eſt mirum, quòd ſit diuina ſententia in rebus fidei vniuerſalis concilij humanis literis habita, quod ſupra diximus. Cæterum ſi quærat quiſpiam quomodo cognoſci poſſint, quæ de iure naturali, aut diuino ſunt, vt ea ſola, & omnia indiſpenſabilia per hominem nouerimus? Reſpondemus. In vniuerſum ius naturale innititur rationi, tanquam ſuo principio, quo videri, regulari, iudicari, cognoſcique habet: ius autem diuinum in noua lege innititur articulis fidei, & Sacramentis, tanquam ſuis principijs. Vnde optime dicitur, Chriſtum Ieſum benedictum non nobis ſupra legem naturalem, quam in ſua integritate ſeruari voluit, præcepta alia tradidiſſe, niſi ea quæ ſunt fidei, & ſacramentorum. Auguſtinus ad idem dixit. Hanc noſtram religionem Chriſtianam, quam dominus noſter Ieſus Chriſtus ſub pauciſſimis ſacramentorum celebrationibus liberam eſſe voluit: quidā adeo premunt oneribus, vt tolerabilior fiat conditio Iudæorum &c. Iſtis ergo principijs conſultis, optime noſſe poſſumus, quæ præcepta in canone Noui teſtamenti ab Apoſtolis ædita iuris naturalis, diuini, aut humani ſint: ac per conſequens, quæ per hominem diſpenſari valent, & quæ non.

* Art. 2. c. 3.

* Ius naturale & diuinum quibus principiis innitā tur, & quomodo eorunde iurium præcepta cognoſci poſſunt.

* Lex euangelica quid cōtinet vltrà legem naturalem.

* Auguſtinus ad inquiſitiones Ianuarii.

## CAP. XI.

HABET ergo Eccleſia Dei, quæ nunc eſt, duo ca

pita, non quasi duo distincta, tanquam duos principes propria authoritate ex æquo principantes, sed quasi subordinata. Alterum scilicet primum, proprium, & principale, Christum Iesum benedictum, cui data est omnis potestas in cœlo, & in terra: quiq; sedet a dextris Dei. Alterum secundarium, commissarium primi, & minus principale, Romanum pontificem Christi generalem vicariũ cũ plenitudine potestatis, Petriq; successorẽ. Primũ caput sic caput est ecclesiæ, quòd nõ est membrum eius: secundum autem, & caput, & membrum est. Non est Christus membrum Ecclesię, quia totam Ecclesiam ipse ædificauit, secundum illud. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam: totamque redemit, mundans ipsam lauacro aquæ in verbo vitę: ipse vero non seipsum redemit verus Dei filius. Romanus autem pontifex non redemptor, sed redemptus est, vicarius filius, simulq; membrum Ecclesiæ, quotidie habens, vnde quotidie nobiscum dicat. Et dimitte nobis debita nostra. A primo capite omnem influxum spiritualem, inuisibilemq; habet Ecclesia, illuminationes, inspirationes, motiones, pulsationes, auxilium, gratiã, charitatem, cæterasque virtutes: quia gratia, & pax per Iesum Christum facta est, & de plenitudine eius omnes accepimus. A secundo vero, gubernationes personarum, ministrationes sacramentorum, institutiones ministrorum, declarationes dubiorum, solutiones vinculorum, reductionemq;, ac conseruationem omnium fidelium in vna fidei confessione, aliaque id genus. Leo Papa ad hoc optime dixit. Huius muneris sacramentum ita dominus ad omnium Apostolorũ offi-

* Christus caput principale ecclesiæ.

* Math. 28.
* Marc. vlt.
Papa caput min⁹ principale vicarius gñalis Christi.

* Christus supra totã ecclesiã Papa est pars.

* Math. 16.

* Ephes. 5.

* Papa nõ redẽptor/sed redemptus.
* Christus nõ redẽptus/sed redemptor.
* Influxus primi capitis.

* Ioan. 1.

* Influxus secundi capitis.

* Dist. 19. c. Ita dominus.

cium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro omnium Apostolorum summo principaliter collocaret, vt ab ipso quasi a quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet. Bonifacius quoque Christi glorio- * Dist.40.c.51. Papa.
sus martyr ad idem dixit, pro statu Papæ vniuersitatem fidelium tanto instantius orare, quanto suam salutem post Deũ ex illius incolumitate animaduertit pro pensius pendere. Sine primo capite nunquam Ecclesia est, sed neq; erit: sine secundo sæpe contingit esse, eo scilicet tempore, quo vacat Papatus ab obitu vnius, vsque ad creationem alterius Romani pontificis. Primũ caput est pontifex ille magnus, qui per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta: secundum autem, vicarius eius, cui primum caput dixit. Pasce oues meas. Multas alias differentias no uimus assignabiles, quas omittimus: tum quia istæ potiores sunt: tum quia illæ facile reperiri queunt: has placuit explicare, tantum vt monstretur, qualiter Papam caput Ecclesiæ dicamus: cuius caput Christum esse toto corde confitemur.

* Ecclesia nunquã est sine capite primo: est tamẽ aliquãdo sine capite secundo.

* Hebr.9.

* Ioan.21.

## CAP. XII.

MEMBRA huius vniuersalis Ecclesiæ, huius inquam, quæ hic in terris posita militat, patiturque sæpe, ac fluctuat, non sola gratia prædestinationis adunantur: sic vt soli prædestinati de Ecclesia huiusmodi sint. Ad hanc veritatem est primum diuina scriptura. Iudas nanque proditor Apostolus fuit apud Mathæum dicentem. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. Primus Symon, qui

* Membra ecclesiæ militantis nõ adunãtur per solam gratiã prædestinationis.

* Matth.10.

dicitur Petrus, & Andreas frater eius: Philippus, & Bartholomeus: Iacobus Zebedei, & Ioannes frater eius: Thomas, & Mathæus publicanus: & Iacobus Alphæi, & Thadæus: Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum. Apostoli autem omnes de Ecclesia sunt, primum gradum in ea tenentes apud Paulum dicentem. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores, & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Iterum. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secũdo prophetas &c. Sic ergo Iudas quandiu Apostolus fuit, de Ecclesia erat. Vltra Iudas damnatus est, quia ex duodecim a domino electis non nisi ille filius perditionis perijt, qui suspensus crepuit medius, & abijt in locum suum. Prædestinati vero omnes, & soli saluantur: quia in illis propositum Dei manet firmum: quibus omnia cooperantur in bonum, quique quum nati sint ex deo, non peccant: finaliter quia generatio Dei æterna seruat illos. Quid ergo? Vtique quia Iudas damnatus est, nunquam prædestinatus fuit: fuit tamen de Ecclesia, vt monstrauimus: igitur membra Ecclesię nequaquam sola prædestinatione adunantur. Ad idem est illa sacri concilij Constantien. veneranda determinatio, quæ aduersus Ioannẽ Huss damnat quoslibet dicentes in Ecclesia Dei homines sola gratia prædestinationis adunari. Ad idem est saluator noster, Paulus quoque Apostolus eius, qui dixerunt, per fidem & sacramentũ baptismi homines regenerari ad vitam spiritualem.

* Iudas proditor Apostolus fuit, ac ob id de ecclesia, quia tamẽ nõ prædestinatus sed præscitus, & reprobatus erat.
* Ephes. 4.
* 1. Corint. 12.
* Iudas damnatus ob id nõ prædestinatus.
* Ioan. 17.
* Act. 1.
* Roma 8. & 9.
* Ephes. 1.
* 1. Ioan. 3.
* Concilij Constantien.
* Ioan. 1.
* Roma. 6.
* Tit. 3.

Quomodo ergo de Ecclesia Dei non erunt, qui per fidem, & sacramenta Ecclesiæ vere regenerantur? An forte mala vita futura impedit præsentem iustitiam? Nequaquam. Iudas enim periit, qui aliquando sedem, cum alijs apostolis in cœlo habuit. Saul a facie domini proiectus est, quo aliquo tempore non fuit melior in Israel: quidam etiam teste Ambrosio super apostolum, retro abierunt, qui tamen nomina in cœlo scripta habuerunt. Sic ergo, quomodo tunc temporis de ecclesia militanti non erant ij qui in triũphanti nomina scripta, & sedes paratas habebant? Saluator iterum idẽ docuit, qui nos pro emendandis fratribus ecclesiam adire præcepit: nisi enim ecclesia nota esset, quomodo nos ad illam ire præcepisset? Iterum si sola prædestinatione vniretur, quomodo a nobis cognosceretur? Quis nouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut rogo, quomodo quis vnquam quietus erit, si ratione aliqua penitus sibi viatori incognoscibili, ecclesiam adunari confiteatur, extra quam nouit prorsus nullam esse salutem? aut quibus non agitaretur scrupulis? Abeant ergo, qui sic aduersus, dei ecclesiam, dei misericordiã, dei amorem, & hominum præsentes iustitias oggãnierũt. Chrysostomus super Mathæũ, circa illud domini ad apostolos. Vos qui secuuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, optime notat a sede tũc Iudę proditori signata, malam vitam futuram nequaquam impedire præsentem iustitiam.

* Mala vita futura non impedit præsentem iustitiam.

Math. 19

2. Reg. 9.

Rom. 9.

Ambrosius.

Ecclesia dei manifesta est.

Math. 18

Rom. 11

Sapi. 9

Esaiæ. 40

Math. 19

Homelia.

## CAP. XIII.

Membra huius militantis ecclesiæ, non sola gratia iustificante vniuntur, sic vt soli iusti & qui in gratia

* Membra huius ecclesiæ nõ vniuntur sola gratia iustificante.

Math. 13

dei sunt, de ecclesia dicantur. Saluator noster hoc docuit, qui dixit. Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti: quam educentes, & secus littus sedentes elegerunt bonos in vasa sua: malos autem foras miserunt. Rogo, quo modo ecclesia Dei velut sagena bonos pisces eligendos, & malos foras mittendos haberet: nisi omnes & bonos, & malos fideles contineret? Aut quomodo malos fideles contineret, nisi & ipsi de Ecclesia essent? quũ præsertim de eadem domo, prouincia, aut regno quis dicatur, in quo velut habitator continetur. Iterum. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Quæso, quæ sunt ista scandala per angelos Christi de regno eius colligenda: an non mali fideles? Imo. An nõ in istis locis, per regnum cœlorum, & regnum Christi Ecclesia huius temporis significatur? Absit. Significatur enim, & sub illis nominibus nobis manifestatur: vnde Gregorius dixit: regnum cœlorum præsentis temporis, Ecclesia dicitur, de quo in alio loco dominus dicit. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scãdala. Neque enim in illo regno beatitudinis, in quo pax summa est, inueniri scandala poterunt, quæ colligantur. Iterum apud Ioannem dixit. Qui non credit iam iudicatus est: quare non credentes, non in iudicio discussionis, sed tantum in iudicio damnationis apparebunt: apud Mathæum vero, se damnaturum quosdam non ob defectum fidei, sed solum ob defectũ operis asserit. At hæc non nisi quia in Ecclesia etiam mali cum bonis sunt, iusti cum iniustis, damnandique cum sal-

* Ecclesia militãs bonos & malos cõtinet sicut sagena missa in mare bonos & malos pisces cõgregat.

Math. 13

& regori? in quadam homelia.

Ioannis. 3.

Math. 25

* In ecclesia sãt boni cum malis iusti cum iniustis/saluãdi cum damnãdis sicut in area triticum cum palea.

uandis. Ob quod Ecclesia area domini nuncupatur, in qua boni cum malis, quasi grana cum paleis permixta iacent. Apostolus ad idem cum peccatoribus, qui nũquam fidem receperunt, commisceri non prohibuit: cum aliis autem, qui fidem professi sunt, prohibet, dicens tandem. Quid enim mihi de ijs qui foris sunt iudicare? Nonne de ijs qui intus sunt vos iudicatis? nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Rogo, qui sunt illi mali, auari, rapaces, idolis seruientes, quos dicit foras esse: & qui illi mali, fornicarij, auari, idolis seruientes, quos dicit intus? Aut quid est intus, & foras esse? Nonne per intus, Ecclesiam significauit? Ita. Quid ergo, quomodo intus, aut intra Ecclesiam peccatores esse dixit, quos punit, & iudicat, fornicatores, auaros, idolisque seruientes, si in Ecclesia tantum per gratiam iustificantem adunantur membra? Absit. Idem alibi, eos qui foris sunt tangit, eos tantum qui infideles sunt, intelligens. Et quid multa? Idem Apostolus in eodem Capitulo Corinthium illum fornicarium excommunicauit, in quo ad se de ijs qui foris sunt, non pertinere dixit, & quem insuper postea ab excommunicatione absoluit. Sic ergo, qui sui iudicij non esse dixit, eos qui foris sunt, & illum mortaliter delinquentem iudicat, iam illum non foris, sed intus esse, & ad suum iudicium pertinere affirmauit. Hoc autem fieri nequiret, si Ecclesia sua membra sola gratia iustificante adunaret. Ad idem est, vna illa ratio inuictissima paulo ante posita, Capitulo præcedenti: quia si aliqua ratione a nobis

* 1. Corint. 5.

* Paulus docet intra ecclesiam nõnunquã malos homines esse, & mortaliter delinquentes, in quibus profecto nõ est gratia iustificans.

* 1. Timo. 3.

* 1. Corint. 5.

* 2. Corint. 2.

* Ecclesia militans nō est penitus insensibilis.

non cognoscibili membra Ecclesiæ vnirentur, qualis est gratia iustificans, quam nemo certus est se habere, quia nemo scit, Vtrum odio vel amore dignus sit, quis vnquam sine scrupulis esset? Aut quomodo quis ad Ecclesiam tanquam ad arcam Noe confugere potest ab aquis diluuij saluandus, si rationem, qua intus Ecclesiam fiat, penitus non cognoscat? Aut quæ rebellio non erit, si subditi aduersus prælatos mortaliter delinquentes opponi possent, quòd de ecclesia non sunt? Abeant hæc figmenta: damnata sunt olim, in concilio Constantien.

Eccles. 9.

* Multa incōuenientia sequuntur, si homines in ecclesia p solam gratiā iustificantem adunari, cōcedatur.

## CAP. XIIII.

* Mēbra ecclesiæ militantis, p quid vniuntur.

Membra Ecclesiæ militantis per fidem vniuntur, & per eius confessionem, & diuinorum sacramentorum participationem manifestantur, sic vt cœtus fidelium Christi, qui sacramento baptismatis initiati, militiæ eius nomen dederunt, in doctrina Apostolorum perseuerantes, secundum successiones patrum ecclesia nominetur, & sit, siue etiam quidam horum talium male viuant, aut præsciti fuerint in fine tandem damnandi, dum modo fidem non amittant. Saluator noster ad hoc dixit. Super hāc petram ædificabo ecclesiam meam: per petram enim fidem & confessionem sui indicauit, quem petram esse, Paulus asseruit. Sic multi ex patribus locum istum exponunt: vnde Hilarius in De Trinitate ait. Super hanc igitur confessionis petram ecclesiæ ędificatio est. Hæc fides ecclesiæ est fundamentum: per hanc fidem infirmæ aduersus eam sunt portæ inferorum: hæc fides regni cœlestis habet claues. Chrysostomus super Mathæū circa illud.

Math. 16

Hilarius. Lib. 6. Aliquantulum ante finē.

Chrysostomus. Homelia. 55

Super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, exponit. Idest, fidem atque confessionem: infra. Non dixit super Petrum. Non enim super hominem, sed super fidem ædificauit ecclesiam suam. Cyrillus quoque in De trinitate ꝓ eodem inquit. Petram opinor per agnominationem aliud nihil, q̄ inconcussam & firmissimam discipuli fidem vocauit: ī qua ecclesia Christi ita fundata & firma esset, vt non laberetur. Quū igitur ecclesiam super fidem fundatam agnoscamus, necesse est cōfiteamur, per fidem homines in ecclesia adunari, & de ecclesia fieri, per baptismum regeneratos, Christia nęq; militiæ adscriptos. Idem pro eodē, fratrem delinquentem, nec correctum emendari volentem ad ecclesiam ducendum dixit: nanq; quomodo de ecclesia non erit, qui ore domini ad tribunal ecclesiæ conueniendus dicitur, nec prius vt ethnicus habendus, quàm ecclesiæ correctionem non audiat? Aut per quid tūc ille talis qui in mortali est, de ecclesia erit, nisi per fidē, & regenera tionē? Paulus ad idem. Quotquot baptizati estis, Christum induistis. Quomodo ergo de ecclesia non est, qui Christum nouus homo factus induit, & nomen suum Christianç militiæ dedit, in fide, & fidei confessione ꝓ manēs? Idem pro eodem. Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autē ad domesticos fidei. Rogo, qui sunt ij domestici, nisi qui de domo sūt? aut quæ domus ista est, nisi ecclesia? aut quomodo possūt homines domestici fidei dici: nisi quia illos fides domesticos facit? Idem pro eodē. Vnū corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę: ecce corpus mysticū, quod est ecclesia: subdit. Vnus dominus, vna fides, vnū baptisma. Ecce quibus cōser

* Cyrillus lib. 4. paulo post principium.

* Math. 18.

* Galat. 6.

* Fides facit domesticos ad quos maxime bonum operari præcipimur.

* Ephe. 4o.

uatur vnitas huius corporis: quid clarius? Idem. Non e-
* Rom. 9. nim omnes qui ex Israel sunt, ij sunt Israelitæ. Sed in
Isaac vocabitur tibi semen, id est. Non qui filij carnis,
hi filij Dei: sed qui filij sunt promissionis, æstimantur
in semine. Ecce q̃ semen spiritale Abrahæ, in his qui in
fide promissionis eius cõseruantur, conseruatur: vnde
ipse pater fidei nostræ ab Apostolo appellatur. Quid
ergo? Vtique omnes illi ad domum Dei militantem p̃-
* Cap. 12. & 13. tinent, qui de domo, & semine Abrahæ spiritali sunt,
cui factæ sunt promissiones. Ad idem sunt omnes illæ
similitudines, ac parabolæ superadductæ, quas non est
opus modo referre: quum enim velint, doceantque in
ecclesia etiam bonos, & malos contineri: manifeste ostẽ
* Patres sancti & docti hoc etiam docuerunt. dunt, non per gratiam prædestinantem, nec per gra-
tiam iustificantem, sed per fidem, fideique confessio-
nem, ac baptismatis regenerationem homines de eccle
* Augustinus. sia esse. Augustinus ad idem, præterquam q̃ alijs in lo-
* Cap. 13. cis ecclesiam militantem, de qua loquimur, bonos, &
malos continere testatur. In De vtilitate credendi ad
* Lib. 13. cap. 16. Cap. 6. Honoratum cõtra Faustum Manichæum, & In De ve
ra, & falsa religione. In De fide ad Petrum ait tandem.
Firmissime tene, & nullatenus dubites, aream dei es-
se ecclesiam catholicam, & intra eam vsque in finem sæ
culi frumento mixtas paleas contineri, hoc est bonis
malos sacramentorum communione misceri, & in om-
ni professione, siue clericorum, siue monachorum, si-
* Athanasius. ue laicorum bonos esse simul, & malos. Athanasius cir-
ca illud Apostoli. In sapientia ambulate ad eos qui fo-
* Coloss. 4. ris sunt: ait. Et sapienter vos gerite, vt nullam occasio-
nem his detis, vt vel officere possint, vel offendantur
qui foris sunt, id est vel nobis minus familiares, vel qui

extra nostræ fidei aulam diuagantur, & infideles sunt: & subdit. Hi nanq; & si in eodem hoc mũdo versantur, quia ab ecclesia & cœlesti imperio longius absunt, foris esse dicuntur. Soli ergo infideles sunt, qui extra ecclesiam sunt: licet & multi alij extra sensibilem ecclesiam ponantur: ac velut ethnici, & publicani habeantur, vt excommunicati, schismaticiq;.

* Soli hæretici & omnes infideles extra ecclesiã sunt: licet excõmunicati & schismatici vt ethnici habeantur.

## CAP. XV.

Hæc igitur Dei ecclesia vniuersalis bonos, & malos continens nihilominus Tota pulchra dicitur, etiam sine macula & ruga, sancta etiam & catholica propter multa. Primum propter sanctitatem capitis sui principalis, quod supra monstrauimus esse verbum dei, hominem factũ, Christum Iesum benedictum, verũ deum & verum hominẽ. Nanq; q̃ sanctus ille sit, imo sanctus sanctorum, in quo patri complacuit, in quo instauravit omnia quæ in cœlis, & quæ in terra sunt: qui spiritum non ad mensuram habet, & in quo princeps mundi huius non habuit quicquam: quamque iustum fuerit corpus tale caput habens, ab eo sanctum dici, manifestũ est. Deinde propter spiritum Dei, quo illuminatur, docetur, iuuatur, regitur, iustificatur, viuificatur q; continuo, vt monstrauimus. Tertio a sanctitate legis est enim lex dei, quę in hac sua ecclesia posita est, immaculata, conuertens animas: testimonium domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Omnia omnium ordinans, operationes, delectationes, cogitationes, volitiones, concupiscentias, aliaq; id genus, siue interiora, siue exteriora fuerit prorsus nullum malum admittens: solicita hominem ad summæ philosophiæ apicem, nunc

* Cantic. 5. & 6.
* Ephes. 5.
* In symbolo.

* Ecclesia Dei vniuersalis & si bonos & malos contineat: iustos & iniustos: prædestinatos & reprobatos: tamen semper dicitur, & est sancta & tota pulchra.

* Psal. 18.

* Lex euangelica omnia omnũ hominum ordinat.

prȩcipiendo, nunc consulendo euehere, in salutem omni credenti: a tali ergo lege, iure optimo domus dei, quę est ecclesia dei viui sancta dicitur. Q uæso, qualis, quāta, aut quæ erit Christianę religionis ab euāgelica lege sanctitas, quando aliæ particulares religiones, Basilij, Augustini, Benedicti, Carmelitarum, Dominici, Franciſci, aliorumq; multorum patrum ob suas regulas, constitutiones, statuta, ac obseruantias sanctę appellantur? Vtiq; in vniuersum, defectus personarum particulariū non impediunt perfectiones religionum, sed per suas ordinatiōes vnaquęq; religio magis, aut minus pfecta regulatur. Q uarto a sanctitate diuinorum sacramentorum: sunt enim ipsa non solum sancta, quia sanctitatē diuinamq; virtutem continent, imo & sanctificantia, quia eandem gratiam, quam significāt, omnibus sese sumentibus, nec obicem ponentibus præstant. Augustinus ad hoc, ex isto capite magnam admodum differentiam inter sacramenta nouę, & veteris legis indicās ait: quia illa promittebāt tantum, & significabant, hæc autem dant salutem. Magister quoq; sententiarum pro eodem inquit: sacramentum enim proprie dicitur, quod ita signum est gratiæ Dei, & inuisibilis gratiæ forma, vt ipsius imaginē gerat, & causa existat. Ab ijs ergo tam sanctis sacramētis Christiana religio, in qua ipsa sunt, sancta, imo & sāctissima optime nominatur. Tandem a sanctitate nonnullarum personarum, nō solum quæ fuerunt, Apostoli, prophetę, Euāgelistę, martyres, cōfessores, virgines, viduęq;, & alię, imo & ab his quæ sunt. Nanq; quum ex verbo domini certi simus, portas inferi aduersus ecclesiam non præualere vnquā fit similiter notum nusquam in sancta ecclesia bonos, &

* 1. Timoth. 3.

* Defectus personarum nō impediunt perfecti ones religionum.

* Sacramēta nouæ legis sunt sancta propter diuinā virtutem quā habent: & sunt sanctificātia propter gratiam quā præstant:

* Super titulū Psal. 73. Vt quid Deus repulisti, nos in finem.

* Lib. 4. dist. 1.

* Quid sit sacramēta nouæ legis.

* Math. 16.

* In ecclesia semper sunt personæ iustæ.

iustos viros deesse: alias enim si quandoque oēs de eccle sia nequam, maliq; forent, iam tunc temporis aduersus illam inferorum portæ prçualerent. Absit. Clamemus ergo ꝓ eccl'ia, eiq; cū Salomone dicamus. Pulchra es amica mea, suauis, & decora. Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suę, electa genitrici suæ: viderūt eam filiæ Syon, & beatissimā prædicauerūt. Cōcludamus cum Paulo. Christus dilexit ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiā non habentem maculam aut rugā, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta, & immaculata. Qualiter hæc sancta Dei ecclesia vniuersalis eadem nunc sit, quæ fuit olim, quomodo nunquam defuit, ex quo cœpit, quando ortum habuit, an ab Adam, an ab Abel, quòd Christus Iesus semper caput eius fuit, quēadmodum etiam diuersis temporibus sub alijs, & alijs legibus vixit, & successu temporis diuersas partes, seu mēbra habuit: quæratur apud diuinas scripturas, & sanctos patres, scholasticos, ecclesiasticosq;. Animus erat hęc tractare: sed quia præsenti negocio non necessaria sunt, ideo ea missa fecimus.

* Cantic. 6.

* Ephes. 5.

* Nennulla horum infra ponētur. lib. 3. dist. 2.

* Augustinus De ciuitate Dei per multa ꝓgnāter lib.
* Alexander de Ales part. 4 q. 4.
* Sanctus Tho. 2. 2. q. 2.

## *Articulus. Quartus.*

### CAP. I.

VNiuersale concilium rite, ac recte cōgregatum diuinā authoritatē habet: qua ipsa sua determinatione ꝓbat, quicquid firmat. Verus est articulus, tā de cōcilio vniuersali ex parte conuocatorū, & capitis simul, q̄ de cōcilio vniuer

* Vniuersale cōcilium diuinā authoritatē habet.

sali ex parte capitis solum modo: vnde & de ambobus monstrabitur, primum tamen de primo hoc est de illo quod vtroque modo vniuersale est: in quo maiores ecclesiarum de toto Christiano orbe, cum authoritate Papæ conueniunt. Saluator noster hanc veritatem docuit, qui patribus ecclesiæ, Apostolis inquam, ac eis qui in loco eorum succedunt, dixit. Sicut misit me pater, ita ego mitto vos, & iterum. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: quum igitur in vniuersali concilio ij patres ecclesiarum conueniant, quos audire CHRISTI saluatoris nostri diuino præcepto iubemur: manifestum est, eos in illis quæ statuunt, errare nullo modo posse: quia quum totum residuum ecclesiæ eos sequi per hæc verba domini teneatur, si illi in suis statutis errassent, iam tota ecclesia vna cum illis similiter errare posset: quod fieri tamen non potest, vt superius a nobis explicatum est. Idem pro eodem. Si peccauerit in te frater tuus &c. vsque ibi. Dic ecclesiæ. Et si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Rogo, quæ est ista ecclesia, cui de fratre nostro non se emendare volenti denunciandum est? Vtique non materialis domus, in qua fideles ad orandum, percipiendumque diuina sacramenta conueniunt: quia illa inanimata est, nec fratrem monere, corrigere, aut punire valet: nec tota vniuersalis ecclesia per totum orbem diffusa: quia secundum omnes suas partes ad aliquem vnum locum conuenire nequit, quotiens illi de fratre corrigendo denunciandū fuerit. Rogo ergo, quæ ecclesia illa est? Certe dici non potest, illam aliam esse, nisi aut prælatum ecclesiæ, cui conueniat delinquentem monere, & delictum punire: aut

* Augustinus in de vnico baptismo.

* Glo. c. prim. Distinct.

* Ioan. 20.
* Luc. 10.

* Artes per multa.
* Math. 18.

* Declaratur iste locus iuxta patrum traditionem. infra lib. 3. dis. 4.

concilium, in quo principales partes ecclesiæ congregantur, quæ totam ecclesiam optime representant, sicut & senatores totam rempublicam, aut rectores ciuitatis alicuius ciuitatem ipsam totam representare solēt. At si quod concilium adeundum est pro fratribus ordinandis, maxime est vniuersale, ob id quòd ex maioribus partibus ecclesiæ congregatum, perfectius vniuersalem ecclesiam representat. Si vero non concilium, sed prælatus in illo loco intelligendus est, vt est, & ille ex verbo domini audiēdus est seorsum in sua cathedra existens: multo magis profecto patres ipsi ecclesiarū in vniuersali concilio congregati audiēdi sunt. Paulus ad hoc subditis dixit. Obedite ꝓpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri: prælatis vero ait. Et nunc ecce ego scio, quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transiui prædicans regnū dei. Quapropter contestor vos hodierna die, ꝙ mundus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi, quominus annunciarem omne consilium dei vobis. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. Propter quod vigilate. O pulchra Pauli verba. Quæso, quid clarius inquam pro concilio vniuersali, patrum dici potuit: quum in his manifeste satis superq; subditis omnem obedientiam erga ēpos, episcopis vero omnem regentiam, ac vigilantiam erga subditos, etiam signanter

* Quod in hoc loco nomine ecclesiæ prælati vt singuli intelligēdi sunt / patres scholastici docuerunt. 4. sent. d. 13.

* Hebr. 13.

* Prælati reddituri sunt rationē pro animabꝰ subditorū.

* Act. 20.

* Pauli præmonitio ad prælatos erga subditos.

* Paulus omnē vigilantiā cōtra hæreticos prælatis pro subditis mādauit.

aduersus hæreticos præcipiat: Ingenue fateor, & si nulla alia loca diuinarum scripturarum pro authoritate vniuersalis concilij patrum extarent, ista omnibus singulisque fidelibus sufficere debuissent: clara enim sunt magis, q̃ que interpretatione indigeant vlla. Paulus iterum pro eodem gradus ecclesiæ expressit, ac eos a Deo optimo in ea pro ea regenda, illuminandaque positos sub his verbis manifestis dixit. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores, & Doctores (ecce gradus) ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi (ecce actus, & officia graduum) donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi (ecce quousque ij gradus vtiles, necessariique erunt) vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circunuentionem erroris, veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ecce quo fine ij gradus in ecclesia positi sunt, vt scilicet illis magistris, ac præceptoribus non circunferamur omni vento doctrinæ: quin potius crescamus in veritate, & charitate. Nunc rogo quid aliud pro authoritate vniuersalium conciliorum in diuinis scripturis expressum desiderare possumus? Nihil penitus. Omnes enim ij gradus, quos Paulus expressit, & a Christo in ecclesia pro ea regenda positos dixit, in vniuersali concilio continentur, Apostoli, Prophetę, Euangelistæ, & Doctores antiqui in suis scripturis, pastores autem, & Doctores moderni in suis personis. Quia er

* Ephes. 4.

* Paulus vtiq; gradus ecclesiæ in ea pro ea regẽ da a domino positos dixit.

* Omnes gradus ecclesiæ in cõcilio vniuersali reperiũtur apostoli euangelistæ prophetæ, & doctores antiqui in suis scriptis, pastores & doctores præsentes in suis personis.

go Paulo teſte omnes illi gradus diuinam authoritatẽ pro rebus religionis determinandis habent a Deo, ad id poſiti: & concilium vniuerſale eandem diuinam authoritatem habebit, in quo omnes ipſi gradus ſunt. Ioannes pro eodem ait. Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo, a Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Nam ſi eccleſia Dei (quam Ioannes hic ſignificauit) in terris poſita a cœleſti deriuatur, ac iuxta pulchrum ordinem illius ordinatur: vnde a Deo parata, ſicut ſponſa ornata viro ſuo dicitur: quemadmodum & alibi. Vt caſtrorum acies ordinata, neceſſum eſt dare, vt in hac, ſicut in illa ſuperiores intelligentiæ quales ſunt, Paſtores, & Doctores inferiores illuminent, eaſque a neſcientia purgent. Deus olim hunc ordinem docens per prophetam maioribus populi dixit. Loquimini ſacerdotes in cordibus populi: minoribus vero. Interroga patrem tuum, & dicet tibi preſbyteros tuos, & annunciabunt tibi. Chryſoſtomus ad hunc ordinem ſuper Mathæum inquit. Deus alios voluit eſſe doctores, alios diſcipulos. Si autem omnes omnia ſcirent, doctor neceſſarius non erat: & ideo eſſet rerum ordo confuſus. Apoſtoli etiam ſuo exemplo hãc veritatem nos docuerunt: qui pro determinando dubio ſuo tempore circa legalia ſuborto, concilium celebrarunt Hieroſolimis, in quo rem determinarunt, ac diffinientes dixerunt. Viſum eſt ſpiritui ſancto, & nobis. Quod ſi dixerit quiſpiam illos fuiſſe Apoſtolos, ac ob id concilium congregaſſe, ac tanta authoritate determinaſſe. Reſpondeo, primum non erant omnes, qui in illo concilio fuerunt, Apoſtoli: imo teſte Luca ibidem, quidam non Apoſtoli cũ Apoſtolis erãt, dicitur enim.

* Apocal. 21.
* In hac eccleſia militãti ſicut & in triumphanti a qua deriuat/ inferiora debẽt illuminari perſuperiora & regi.
* Cantic. 6.

* Eſai 40.
* Deut. 32.
* Math 23.
* Homel. 44. operis iperfecti.

* Act. 15.

Conuenerunt Apostoli & seniores videre de verbo hoc: & infra. Apostoli & seniores fratres, his qui sunt Antiochiæ,& Syriæ,& Ciliciæ fratribus ex gentibus salutem; tamen, & Apostoli, & seniores fratres cum illis simul conueniunt, simul diffiniunt, simulque dicunt. Visum est Spiritui sancto, & nobis. Deinde quia id quod obijcitur, profecto magis hanc nostram veritatem ex Apostolorum exemplo firmat. Nanque si Apostoli domini tanti, ac tales primitias spiritus habentes quibus CHRISTVS dixerat. Qui vos audit, me audit: & iterum. Sicut misit me pater, ita ego mitto vos; quorum quilibet etiam solus optime determinare potuit quicquid vellet; subortum suo tempore dubium non nisi in concilio determinarunt; quanto magis nos exemplo sui, orta nostris temporibus dubia in concilio finire debemus? Aut rogo, quid illi hoc suo exemplo fecerunt magis, quàm quod nos suos posteros in similibus similia facere docuerunt. Paulus quoque dum sua ascendit communicare cum fratribus, quasi ad consilium pergens, ora canina omnium peruersorum obstruxit, ne de cætero auderet quispiam contra patrum communia dogmata oggannire. Quod si dixeris, Apostoli magni erant, dignique omni omnium communicatione. Respondeo, bene quidem: sed & Paulus etiam magnus erat, ac diuinitus edoctus, qui non ab homine, neque per hominem: sed à Deo, & patre domini nostri IESV Christi Euangelium accepit. Ad idem est totius ecclesiæ ab antiquissimis temporibus obseruatissimus vsus: quo ipsa continuo quàm citius potuit exemplum suorum principum sequuta Apostolos dico, orta succes

* Quum apostoli qui tanti erant cõcilio celebrarunt & in eo tunc orta dubia determinarunt/ nos posteros suos similia facere docuerunt: præsertim quia nõ omnes qui tunc cõcilio interfuerunt/erant apostoli.

* Luc.10.
* Ioan.13.

* Apostoli suo exemplo nos in similibus similia facere, docuerũt.

* Galat.2.
* Paulus sua cõmunicauit cũ fratribus.

* Galat.1.
* Vsus antiquissimus in ecclesia obseruatus.
* Dist.15.c. Canones.
Dist.16.c.sancta.
6.Sexta.c.prima

ſu temporum dubia in concilijs determinauit. Primũ nanque Nicena ſynodus temporibus Iulij Papæ, ſub Conſtantino principe acta eſt: in qua Arrianæ perfidiæ condẽnata eſt blaſphemia, quam de inæqualitate ſanctæ Trinitatis idem Arrius aſſerebat: conſubſtantialem enim Deo patri Dei filium eadem ſancta ſynodus per ſymbolum diffiniuit. Deinde temporibus Damaſci Papæ, & Gratiani principis, ſub Theodoſio ſeniore Conſtantinopolitana ſynodus congregata eſt, quæ Macedonium Spiritum ſanctum eſſe Deum negantem condemnans, conſubſtantialem Patri, & Filio Spiritum ſanctum demonſtrauit, dans ſymboli formam, quam tota Græcorum, & Latinorum confeſſio in eccleſijs prædicat. Poſtea ſub Celeſtino Papa, & Theodoſio magno, & iuniore ſynodus Epheſina prima ædita fuit: quæ Neſtorium duas perſonas aſſerentem in Chriſto iuſto anathemate condemnauit, oſtendens manere in Chriſto duas naturas, & vnam domini noſtri IESV CHRIſti perſonam. Vltra ſub Leone Papa, temporibus Martiani principis Calcedoneñ ſynodus habita eſt: in qua Eutice Conſtantinopolitanum abbatem verbi Dei, & carnis vnam naturam pronunciantem, & eiuſdem Dioſcorum defenſorem quondam Alexandrinum epiſcopum, & ipſum rurſus Neſtorium epiſcopum cum reliquis hæreticis vna patrum ſententia prędam nauit, prædicans eadem ſancta ſynodus Chriſtũ Deũ ſic natũ de virgine, vt in eo ſubſtantiã, & diuinæ & humanæ confiteamur naturę. Temporibus Iulij Papæ, & Iuſtiniani principis Quinta ſynodus in Conſtañ. celebrata eſt, cõtra Theodorũ Meſochenũ & oẽs hęreticos

* Trecentorũ decẽ & octo epiſcoporum.

* Centũ quinquaginta patrũ.

* Duorũ epiſcoporum.

* Sexcentorũ triginta ſacerdotum.

* Sacra vniuerſalia cõcilia hoc idem ſenſerunt, quando ab ipſis nõ eſſe appellandũ determinarũt quod nenerandæ Calcedonen. ſynodus decidit.

qui Theodorus dicebat, aliud esse Dei Verbum, & aliud Christum: & sanctam Mariam virginem negabat Dei genitricē fuisse. Sub Agathone Papa, & Constantino principe, Sexta synodus in Cōstan. acta fuit aduersus Macharium Antiochenum episcopum, & socios eius, qui vnam voluntatem, & operationem in Christo falsa suspicione asserebant. Et quid multa? Ante illa tēpora signata Cōstantini præfati persecutione feruescente, docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est: quia non erat patribus ecclesiarum, episcopis inquam licentia conueniendi in vnum. Verum postquam ipse primus facultatē Christianis libere cōgregari dedit, cœpit statim exemplum illud Apostolorum celebrādi cōcilia frequentari, continuarique continuo per successiones patrum, & propagationes ecclesiarum vsq; ad nostra hæc tempora aduersus omnes hæreses insurgētes. Iste ergo communissimus vsus ab ipsis domini Apostolis ortus, ab omnibus patribus continuatus, & ad nos vsque protractus, ac in sacris scripturis fundatus, imo ex pressus vtique diuinus est. Ad hanc veritatem sunt omnia illa loca, quę ex diuinis scripturis pro authoritate ecclesiæ supra induximus. Nam quum ipsa errare non possit diuina authoritate munita, & gradus suos in concilio repertos sequi teneatur, vt monstrauimus ex Apostolo, manifestum est, nec ipsum concilium errare posse. Nec enim est dubium, quin tota respublica illa errare valeat, cuius partes principales, quibus onus sui regiminis incumbit, errare valēt. Nanque firma stat in vniuersū sentētia. Si cæcus cæcū ducit, ābo in foueā cadūt. Aut rogo, quē de hac veritate nō facit certum ille locus

* Centum quinquaginta patrū.

* Isidorus Ety. lib. 6. cap. 18. dist. 15. c. Canones.

* Quando cœperunt vniuersalia concilia congregari post apostolos.

* Ad hanc veritatem faciunt oia quæ supra p authoritate ecclesiæ adduximus.

* Art. 30.

* Ephes. 4.

* Si ii ad quos pertinet totā regimen errare valent, tota respub. errare valebit.

Vbicunq; fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum: an forte illa verba talis personæ sunt, quæ possit non dicere verũ? Absit talis blasphemia. Quod si quicunq; duo, vel tres vbicũq; in nomine Christi congregati absq; dubio medium ipsum habent, quasi tertium, aut quartum, vt re vera habent: quanto magis patres ecclesiarum in vniuersali concilio congregati, præsertim pro rebus religionis Christianę fidei scilicet, aut morum determinādis Christũ mediũ habebunt? Tota ecclesia, prout est vniuersitas Christianorum errare nequit, quia colũna & firmamẽtum veritatis est, vt monstrauimus: sed nec tota simul habere potest actum vel operationem regulatam circa fidem, & mores: quia non valet tota simul conuenire, vt tota simul suum faciat actum determinādi veritatem. Quid ergo? Vtiq; in ea ponendum est tribunal aliquod supremi luminis, in quo eadem certissima, diuinaq; authoritas sit, cuius determinationes sequatur tota. At rogo, vbi illud conuenientius magis erit, quàm in vniuersali concilio? tum quia illud totam ecclesiam representat ex suis partibus principalibus congregatum: tum quia illud omnes gradus habet, quos Apostolus in ecclesia pro ea regenda a domino positos dixit: tum quia a temporibus Apostolorum inclusiue, vsq; ad nos per propagationes ecclesiarum, & successiões episcoporum, martyrum, & confessorum ad illud tanquam ad supremũ lumen pro rebus religionis determinandis habitus fuit recursus. Nunc rogo, quanta suarum determinationum certitudo, aut qualis earum fides erit, si ipsius concilij vniuersalis authoritas diuina nõ fuerit? Clamo hic, ores clarissima, & in huiusmodi manifesta monstratio.

* Math. 18.

* Patres cõcilii vniuersalis absq; dubio mediũ habent Christum.

* 1. Timo. 3. Art. 3.

* Tribunal supremi luminis ẽ in vniuersali cõcilio, licet in Papa sit supremum tribunal iurisdictionis: sed de hoc infra. lib. 3. disp. 4.

* Argumentũ optimũ ex figura.

Synagoga olim de ſuis dubijs fidei, aut morum diuina authoritate firmabatur: diuina reſponſa accipiens, per Moſen primum ad tabernaculum fœderis vidente populo: ſecundo ad ſancta ſanctorum, per ſeptuagínta ſeniores, ſuper quos cecidit ſpiritus propheticus, & cœperũt, & non ceſſauerunt prophetare: p prophetas alios etiam ſucceſſu temporis: ſic per Samuelẽ, ad quẽ iuit Saul: per Ahiam ſylonitem: per Hieremiã, Heliam Heliſeum, alioſq; plures: per ſacerdotes quoq; magnos veſtitos veſtibus ſacris, præcipue illa quę vocabatur, rationale & ephod. Dauid ad Abiathar dixit, applica ephod: quo applicato orationẽ fecit, & reſpõſum accepit per ſummos ſacerdotes ad ſancta ſanctorũ, quẽadmodum de Moſe diximus: per ſardonices etiam, ſiue onychinos ephod: ex quorum fulgore teſte Ioſepho populus iturus ad bellum de victoria certus fiebat: per ſõnia etiã poſt ieiunia, & orationes habita: ſicut innuitur ibi. Saul conſuluit dominũ, & non reſpondit ei per ſacerdotes, nec per prophetas, nec per ſomnia: per ſortes cõſultatorias, quando deus expreſſe mandabat: velut Ioſue diuiſit populum per tribus, & tribum Iuda ſorte captã, diuiſit per familias, & familiam Zare ſorte repertam per domos, & domũ Zabdi ſorte cognitam, diuiſit per viros, & cecidit ſors ſuper Achor, & lapidatus eſt. Quãto ergo magis eccleſia Dei, quæ modo ſub Euangelio tempore gratiæ viuit in ſuis dubijs, maxime fidei, & morum, diuina authoritate per ſuos filios, epiſcopos, paſtores, & doctores, patres & principes ad hoc in vniuerſali cõcilio cõgregatos firmari debet? Saluatore ipſo dicẽte. Vbicũq; fuerit duo, vel tres cõgregati ĩ noĩe meo, in medio eorũ ſum. Optime dicit. Iniuriã facit iudicio

a Exod. 25. & 28.
* Exod. 25. & 26 Num. 7. 27. & 36 Deut. 1. Num. 11.
a Reg. 9.
3 Reg. 14. Hierem. 36. & infrà vſq. 40. & 42.
1. Reg. 23. Leuit. 16.

2. Antiquitatũ.

3. Reg. 28.

Ioſue. 7.

* No. Omnes illi modi cõſulendi dominũ olim habiti ceſsarunt longo tempore ante aduẽtũ Saluatoris.

Matth. 18.

reuerēdiſſimę Synodi. Siqs ſemel iudicata, ac recte diſpoſita reuoluere, ac publice diſputare cōtēdit. Intellige qr eius authoritas diuina eſt. CAP. II.

Patres etiā ſanctiſſimi, doctiſſimiq; hāc eandē veritatē cōfeſſi ſūt. Auguſtinus enī in epiſtola ad Ianuariū ſaluberrimā authoritatē i plenarijs cōcilijs eſſe teſtat. Idē in De vnico baptiſmo cōtra Donatiſtas ad idē ait. Quęſtiōis huius obſcuritas prioribus eccl'iç tēporibus ante ſchiſma Donati magnos viros, & magna charitate p̄ditos p̄res epiſcopos ita inter ſe cōpulit ſalua pace diſceptare, atq; fluctuare, vt diu cōciliorū in ſuis quibuſq; regionibus diuerſa ſtatuta mutarēt, donec plenario totius orbis cōcilio, qđ ſaluberrime ſentiebat, etiā remotis dubitationibus firmaret. Idē cōtra Manichęos dicit, ſūmæ impietatis, aut prçcipitis arrogātiæ eſſe, nolle recipere quæ ab Apoſtolis ad nos p̄ patrū cōcilia deuenerunt. Idem in De baptiſmo cōtra Donatiſtas ad idem inquit. Epiſcoporum autem literas quę poſt confirmatum canonem, vel ſcriptæ ſunt, vel ſcribuntur, & per ſermonem forte ſapientiorem cuiuſlibet in ea re peritioris, & per aliorum epiſcoporum grauiorē authoritatē, doctorumque prudentiam, & per concilia licere reprehendi, ſiquid in eis forte a veritate deuiatum eſt. Et ipſa cōcilia, quę per ſingulas regiones, vel prouincias fiunt, plenariorum conciliorū authoritati, quę fiūt ex vniuerſo orbe Chriſtiano, ſine vllis ambagibus cedere. Ipſaq; ſępe priora poſterioribus emēdari, cū aliquod expimētū rerū aperiť, qđ clauſū erat & cognoſciť qđ latebat, ſi nevllo typho ſacrilegæ ſuperbię, ſine vllaiſlata ceruice arrogātię, ſine vlla cōtētione liuidç inuidię, cū ſancta humilitate, cū pace catholica, cū charitate Chriſtiana,

* In deſum. trin. & fid. catho.

* Determinatum in vniuerſali cōcilio nō vertatur in diſputationē publicam.

* Epiſtola. 118. lib. 1.

* Idem tenet in principio lib ad inquiſitiones Ianuarii.

Cap. 17.

Lib. 2. cap. 3.

* Quod quiuis homo vnus habet multa per q̄ emendetur.

* Prouincialia cōcilia per vniuerſalia emendātur.

* Quare cōcilia vniuerſalia poſteriora aliter ordinent quā ordinarāt priora.

Infra, quum Donatistæ authoritatē Cypriani pro hæreticis rebaptizandis obiecissent, Augustinus in sua sē tentia firmus respondit. Quapropter reddens debitā reuerentiam, dignumq; honorem quantū valeo persoluens pacifico episcopo, & glorioso martyri Cypriano, audeo tamen dicere, eum aliter sensisse de schismaticis vel hæreticis baptizandis, q̄ postea veritas prodidit, non ex mea, sed ex vniuersæ ecclesiæ sententia, plenarij concilij authoritate roborata, atque firmata. Ecce q̄ Augustinus vbiq; aduersus authoritatem Cypriani, multorumq; aliorum patrum, etiam aduersus concilij prouincialis authoritatem ex patribus Africæ, Numidiæque celebrati authoritatem vniuersalis concilij ante natiuitatem suam, & post transitum Cypriani acti p vnico baptismo obijciebat: quam tandem saluberrimā esse asserebat. Gregorius in registro ad idem ait. Sicut sancti euangelij quatuor libros: sic quatuor concilia suscipere, & venerari me fateor. Nicenum scilicet, in quo peruersum Arrij dogma destruitur. Constantinopoli tanum quoq;, in quo Eunomij, & Macedonij error conuincitur. Ephesinum etiam primum, in quo Nestorij impietas iudicatur. Calcedonense vero, ī quo Euticetis, & Dioscori prauitas est reprobata. Hæc tota deuotiōe amplector, & integerrima approbatione custodio: quia in his velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura consurgit, & cuiuslibet vitæ communis, atque actionis norma consistit. Quintum vero concilium veneror, in quo epistola quæ Ibe dicitur, erroris plena reprobatur: in quo Theodorus personam mediatoris Dei, & hominum in duobus substantijs separans, ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur; & in quo scripta Theodo

a Lib. 6. cap. 6 Augustinus in laudē Cypriani.

b Epistol. lib. 1. c. 24. Habetur dist. 15. c. Sicut sā cti.

ri per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiæ prolata refutantur. Cunctas vero quas præfata veneranda concilia personas respuunt, respuo: quæ venerantur, amplector: quia dum vniuersali sunt constituta consensu, se & non illa destruit quisquis præsumit absoluere quos ligant, aut religare quos absoluunt. Isidorus quoque post ista quatuor vniuersalia concilia numerata, nominataq; ait. Sed & si qua sunt alia concilia, quæ sancti patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor authoritates, omni maneant stabilita vigore. Athanasius quoque gestis, ac petitionibus suis aduersus quosdam ipsius, & fidei nostrę contrarios: & Hilarius in libro de synodis hãc veritatem satis superque confessi sunt. Et quid multa in re manifesta adducere opus est? Concludamus cum pulcherrimo dicto Cõstantini Imperatoris, dicamusq; nos nũc pro determinationibus singulorum conciliorum vniuersaliũ, quod ille olim dixit pro determinationibus Niceni. Veneramur illas sententias, ac si ore diuino promulgatæ forent. Ad hæc multa ex conciliis vniuersalibus, & patrum decretis: infra capitulo septimo.

* Pulchra verba Gregorii pro authoritate vniuersalium conciliorum.

* Ety. lib. 3. c. 18. Habetur dist. 15. c. Canones.

* Athanasius quoq; ac Hilarius hanc eandẽ sententiam tenent.

* Abulen. in suo defensorio. c. 38.

## CAP. III.

Quidam dixerunt alias docti nostri temporis doctores, esse quidem immediate in concilio potestatem Ecclesiasticã etiam ratione totius: nõ quidem a Republica, nec a deo immediate: sed tantum iure humano, hoc est ex voluntate prælatorum, qui volunt ex seipsis vnã authoritatem, & velut vnum corpus constituere, cui se ipsos subiiciunt, sicut partes toti. Inferunt ij consequenter non esse maiorem authoritatẽ in toto concilio, quã sit authoritas singulorum, idest tantam esse, concilij au

* Positio magistri Fracisci a victoria in quadã repetitione sua de potestate ecclesiastica.

thoritatem, quanta est authoritas maioris, vel maiorũ qui sunt in illo. Ratio horum hæc vna est, quia scilicet tota authoritas, seu potestas concilij, vt concilium est, non aliunde immediate, quàm a partibus concilij deriuatur: in vniuersum autem nequeunt partes toti, nisi quod, quantum, aut quale ipsæ habent, præstare. Sic illi dixerunt, verum in hoc nos eis, alias debitum honorem exhibere non valemus. Libere enim loquuti sunt, & authoritatem vniuersalium conciliorum non parum infregerũt. Oportuit nanq; eos distinxisse prius, postea vero iuxta distincta membra hæc, vel illa dogmata secundum diuinas scripturas, Ecclesiasticas determinationes, seu etiam catholicas patrum sententias statuere. Nam rogo, quos homines, aut cuius hominis aures non offendit illud dictum, quo aiunt totam immediatam potestatem, authoritatẽq; concilij solo iure humano esse, & non aliunde quàm a partibus, seu patribus ipsius cõcilij deriuari? Quæso tũc vbi esset illud Christi. Vbicũque fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum? An forte in medio quorumcunq; duorum, vel trium vbicunq;, & non in medio tot patrum concilij suo nomine congregatorũ? An forte & ibi cum illis, sed ociosus erit? O furor furorum. Si autem non ociosus, imo & particularius cum illa congregatione prout congregatio est, quàm cum singulis, vt singuli sunt, fuerit: profecto iam ipsius cõgregationis authoritas ex Christo medio, & nõ ocioso maior erit, quã quæ a singulis partibus venire potest. Distinguamus ergo nos, quę illi nostri doctores nõ distinxerũt: & per sequẽtia capita cõclusiones ponamus, quibus materia hæc grauissima percipi distincte valeat.

* Positio libera, & quæ authoritatem vniuersalium cõciliorũ non parũ infringit.

* Positio ista vt iacet pias aures offendit.

* Math. 18.

* Christus in medio cõcilii existens ibi nõ ociosus est: ob quod illi diuinã authoritatem præstat.

## CAP. IIII.

AVTHORITAS immediata vniuersalis concilij, prout cõcilium est, qua velut vnum corpus ad suas operationes procedit, nullatenus sibi a tota Republica Christiana deriuatur: ob idque non ideo in concilio est, quia concilium totam Ecclesiam representat. Primum nanque quòd concilium immediatam habeat potestatem, manifestum est: procedit enim suo nomine, & in suo nomine, quasi in nomine omnium simul, & non solum quasi omnium singulorum, absoluit, damnat, præcipit, consulit, ordinat, ac disponit: hæc autem non faceret, nisi immediatam potestatem haberet. Neque modus iste procedendi in concilio, quo proceditur a multis, quasi ab vno, hoc est a multis, non quasi a singulis: sed a multis, quasi ab omnibus simul facientibus vnum corpus, & vnam collectionem, congregationemue, quasi vnum collegium, vel vnum conuentum: cui immediate est potestas aliqua: sic omnibus simul, quòd non singulis: neque inquam modus iste procedendi in concilio nouus est, sed antiquissimus, ab ipsis Apostolis ortus. Ipsi enim in suo concilio Hierosolymis super legalia habito dixerunt. Placuit nobis collectis in vnum eligere viros, & mittere ad vos cum charissimis nostris Barnaba, & Paulo. Infra. Visum est spiritui sancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum &c. Nota verbum, Collectis in vnum, similiter & verbum, Visum est spiritui sancto & nobis, verbum, Mittere, & verbum, Imponere: monstratur enim in illis, quòd ipsi multi, non quasi multi, sed quasi vnum procede-

* Authoritas immediata cõcilij vniuersalis non venit sibi a tota repub. Christiana.

* Concilij habet immediatam potestatem.

* Quod aliter dicit copulatiue & non copulatiue.

* Act. 15.

* Modus iste procedẽdi in cõcilio quo proceditur a multis quasi ab vno est antiquissimus a tempore Apostolorum.

bant, mittebant, & imponebant. At multi vt vnum, siue vt congregatio, vel conuentus, aut collegium agere non possunt, nisi immediatam potestatem habeāt, iuxta quam vt vnum operentur, soluendo, ligando, diffiniendo, præcipiendo, consulendoq;. Deinde q̄ vniuersale concilium hanc suam immediatam potestatem nō habeat, a tota communitate Christiana deriuatam, nec per consequens prout ipsum cōciliū, ipsam totā cōmunitatem representat, similiter notum est. Nā potestas Ecclesiastica qualis illa est, quam concilium habet, & qua suas operationes, actusq; exercet, licet propter Ecclesiam personis data fuerit, vt supra monstrauimus: non tamen toti Ecclesiæ immediate, sed personis quibusdam, vt per personas esset in Ecclesia, data est. Apostolus hoc docuit, qui dixit. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero Euangelistas, alios autē pastores & doctores. Ecce Apostolus docet hos gradus in Ecclesia quidem, hoc est in communitate Christiana positos: sed quibusdam personis datos testatur, vt eos sciamus propter Ecclesiam personis concessos, non autem toti Ecclesiæ. Idem pro eodem. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? &c. Ecce quòd gradus Ecclesiæ, in quibus tota potestas ecclesiastica est, numerat, distinguitq;, vt non quæratur in omnibus, quod reperitur in singulis; nec in tota Ecclesia, quod partibus con-

* Potestas immediata concilii non est a tota cōmunitate nec cōcilium illam habet prout totam cōmunitatē representat.

* Art. 3. c. 6.

* Ephes. 4.

* Quod potestas ecclesiastica per personas sit in ecclesia & propter ecclesiā sit in personis. Lib. 3. disp. 4.

* 1. Corint. 12.

cessum fuit. Idem pro eodem. Mulieres in Ecclesijs taceant: non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse: sicut & lex dicit. At si mulieribus in ecclesijs loqui interdicitur, & subdi etiam ex lege præcipitur, illæ vtiq; potestatis Ecclesiasticæ incapaces erunt: ac per idem potestas huiusmodi in tota Ecclesia esse nequibit, & per consequens, nec ab ipsa ad concilium deriuari. Ad idē est, quòd saluator noster, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra: & a quo omnis potestas ecclesiastica est, nusquam toti ecclesiæ hanc potestatem spiritualem dedit, sed solis determinatis personis, vt sic non in personis per ecclesiam, imo in ecclesia per personas esse mōstretur. Primum enim soli Petro dixit. Tibi dabo claues regni cœlorum &c. omnibus Apostolis. Quæcūq; ligaueritis super terram &c. eisdem. Hæc quotienscūque feceritis, in mei memoriam facietis: decem Apostolis. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittūtur eis: soli Petro. Pasce oues meas: decem Apostolis. Sicut misit me pater, ita ego mitto vos. Nūc rogo, si totam potestatem ecclesiasticam, & circa corpus Christi verū in consecrādo, & super corpus Christi mysticum in absoluendo, ligando, regēdoque solis Apostolis datā legimus, quomodo eam in aliquibus esse, nisi in eis ad quos ab ipsis, aut suis successoribus deriuata est, dicere possumus? Nequaquam. Ambrosius nouit hoc, qui in De pœnitentia, ius ligandi, & soluēdi solis sacerdotibus permissum dixit. Ad hæc sancta synodus dixit. De ecclesiasticis facultatibus, quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse a Deo cura cōmissa docetur. Beda super Lucam, & Hugo de sancto Victore in libro De sacramētis testantur, q̄ cū ecclesia duos

* 1. Corint. 14.
* 1. Tim. 2.
* Genes. 3.
* Math. 28.
* Math. 16.
* Math. 18.
* Luc. 22.
* 1. Corint. 11.
* Ioan. 20.
* Ioan. 21.
* Habetur De pœnit. dist. 1.
* Dist. 96. c. Bene quidem.
* Part. 2.

complectatur ordines, scilicet laicos, & clericos, quasi duo latera corporis vnius, maior pars, scilicet laicorum est inhabilis, siue incapax iurisdictionis ecclesiasticæ.

*4. sent. per multa. Tota schola patrum, quos omnes nominare foret longissimum, idem penitus sentit: verū dico, prorsus nullum catholicum vidi hactenus, qui contra hanc manifestam veritatem quicquam dixerit vnquam. Si autē quum potestas ecclesiastica nō toti cōmunitati fideliū, sed quibusdam personis data fuerit, vt per illas in ecclesia esset: quod illis propter ecclesiam præstabatur, non poterit ab ipsa ad concilium deriuari. Quid clarius?

*Præter illos paucissimos qui infra ponuntur & impugnantur. Lib. 3. disput. 4.

## CAP. V.

Authoritas immediata concilij, prout est potestas ecclesiastica, seu clauis ecclesiæ, vel circa corpus Christi verum, vel super corpus Christi mysticum, qua vt concilium operatur, quicquid vt tale operatur: & si a deo esse immediate a quibusdam doctoribus dicatur, melius tamen ab ipsis patribus cōcilij ad concilium immediate, & a deo per ipsos patres mediate deriuata intelligitur. Multi ad hoc multas alias rationes desyderare possunt: mihi tamen vni vna hæc ratio sufficit, qua pro hac veritate monstranda sic procedimus. Antequā patres concilij, caput scilicet, & membra ad concilium veniant: totam in seipsis, quidam minus, quidam magis, Papa vero plenissime potestatem ecclesiasticam, seu claues ecclesiæ circa corpus Christi verum, & super corpus Christi mysticum habent: quia nullus est actus ordinis, aut iurisdictionis ecclesiasticæ, quā aliquis illorum non valeat exercere ratione sui ordinis, officij, & dignitatis. Et ij patres ad concilium venientes,

*Magistri quidā nouelli, qui basilicæ fuere.

*Potestas immediata cōcilii, prout est ordinis, aut iurisdictiōis deriuatur sibi immediate a partibus.

ac in concilio congregati non perdunt Ecclesiasticam potestatem, quam antea habebant. Ergo quum concilium omnem talem potestatem ratione suarum partium habere possit, imo habeat: frustra aliqua alia potestas similis a deo immediate ponitur concilio de nouo præstita. Ad quid enim esset? Clamo hic. Manifesta est hæc demonstratio: quærant alij alias: mihi vni hæc vna sufficit. Optime dicitur. Deus, & natura nihil faciunt frustra.

* Patres cõciliũ includẽdo Papã totã potestatem ecclesiasticã ordinis / & iurisdictionis habẽt antequã ad cõcilia veniant: & illam nõ perdunt venientes / nec cõgregati.

## CAP. VI.

AVTHORITAS vniuersalis concilij, prout est potestas determinandi verum, siue in credendis, siue in agendis, immediate est a spiritu sancto assistente, illuminante, pulsante, mouente, determinanteque. Apostoli propter hanc veritatem monstrandam cum senioribus in concilio dixerunt. Visum est spiritui sancto, & nobis nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria: vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum &c. Nota verbum, visum, quod magis determinationem veri, quàm præceptionem operis importat, quasi sit idem dicere. Visum est spiritui sancto, & nobis: aut etiam dicere. Claruit spiritui sancto, & nobis: quia sicut quod videmus, clare nouimus: ita quod nobis visum est, nobis clarũ est. At clarũ ad scientem & sciẽtiam, siue ad intellectũ, & intelligentiã pertinet. Paulus quoq; hoc voluit, quãdo ecclesiã colũnam & firmamentũ veritatis appellauit: nec enim illam taliter nominasset, nisi illa quoad determinationẽ veri diuinam assistentiam habuisset, qua suffulta errare non posset. Nec illa columna & firmamentum veritatis

Authoritas vniuersalis concilii prout est potestas determinandi verũ est a deo.

* Act. 15.

* Esse clarũ / aut notũ a scientẽ / & scientiam / aut ad intelligentem & intelligentiã refertur.

* 1. Timo. 3.

diceretur, si non a deo immediate, sed ab hominibus determinando verum, authoritatem haberet. Quia tunc potius ipsi singuli homines, a quibus tanquã a partibus ad concilium, seu ad ecclesiam tanquam ad corpus authoritas determinandi veritatem veniret: colũna & firmamentum veritatis dicendi erant, a quibus in huiusmodi authoritas ecclesiæ penderet. Quid clarius? Rogo, si authoritas immediata totius ecclesiæ, aut vniuersalis concilij, quod etiam ecclesia est, non a deo, sed ab hominibus immediate esset: quomodo non magis illi, quàm illa columna & firmamentum veritatis dicendi forent? An forte concilium vniuersale non est ecclesia? Absit. Est enim ecclesia in se: quia conuentus, seu congregatio fidelium: est insuper quodam modo ecclesia vniuersalis: tum quia illam representat, tum quia illa illud tenetur sequi, vt supra ad articulum istũ monstrauimus. Imo vt satius ad rem loquamur, ingenue dicimus. Licet de tota vniuersali ecclesia, hoc est de tota vniuersitate Christianorum per totum orbem dispersa optime dicatur, q̃ in rebus religionis errare non possit, vt est ostensum: tamen congruentius hoc idem de vniuersali cõcilio etiam verissime intelligitur: quia errare ibi proprius reperitur, vbi benefieri, seu bene aut recte facere, congruentius, potiusque reperiri magis valet. Sic autem quum tota vniuersitas Christianorum per totum orbem diffusa nunquam conueniat, sed neque conuenire sic possit, vt habeat actum vnum, aut operationem vnam quicquam fidei, aut morum determinando: vniuersale vero concilium optime id valeat, dum dicimus ecclesiam errare non posse, congruentius magis, nomine ecclesię vniuersale concilium, quã

* Dũ ecclesia colũna & firmamentũ veritatis dicitur / habere immediatam authoritatẽ diuinã circa determinationem veritatis monstratur.

* Vniuersale concilium est ecclesia propter multa.

* Cap. 4.

* Art. 3. per totũ.

* Abulen. in defensorio. c. 38.

* Dũ dicimus ecclesiã errare nõ posse / cõuenientius nomine ecclesiæ cõcilium vniuersale / q̃ totã cõmunitatem intelligimus.

vniuersitatem fidelium intelligimus. Quod si finxerit quispiam rem hanc non ita se habere, vt concilium magis intelligamus, quid ad nos? qui etiam vniuersitatem fidelium accipimus? Nihil vtique, quia ex suo, & nostro concesso absque dubio præsens hæc veritas mõstratur. Paulus docuit totam ecclesiam per gradus suos, ac per consequens per vniuersale concilium, in quo gradus illi omnes continentur, regendam fore continuo in fide & moribus. Idem dixit ecclesiam columnã & firmamentum veritatis esse. At istis duobus positis sequitur statim tertio, concilium, quo ecclesia, hoc est columna & firmamentum veritatis, regitur, non ab hominibus, sed a deo immediate authoritatem habere. Nam quæ authoritas nisi diuina, quod firmamentum & columna veritatis est, regere vnquam valebit? Nouit hanc veritatem Constantinus Imperator, qui pro determinationibus concilij Niceni suo tempore celebrati, vt diximus, dixit. Veneramur illas sententias, ac si ore diuino promulgatæ forent. Rogo, qualiter illas sententias concilij veneraris, o Imperator? ac si ore diuino inquit promulgatæ forent. Rogo, quare tantam, talemque venerationem illis tribuebat? Vtique quia in concilio diuinam authoritatem a deo immediate esse agnoscebat. O verbum Christianum. Nouit dicere illa verba sua Constantinus: quia nouit credere illa verba Christi, quibus dixit. Vbicũq; fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum: & illa. Ego vobiscũ sum vsq; ad consummationem sæculi. Non videtur, sed creditur Christus adesse concilio: nec per consequens videtur, sed creditur ab ipso immediate esse authoritas concilij quoad determinandas ve-

* Ephes. 4.

* 1. Timo. 3.

* Quid nisi diuina authoritas valet regere colã nã & firmamentum veritatis?

* Cap. 2.

* Constantini confessio.

* Math. 18.

* Math. 18.

* Abulensis de his optime in defensorio cap. 54.

ritates religionis suæ, siue fidei, siue morum. Quomodo enim præsens erit, imo medius, & cum alijs, quasi cum membris caput non determinabit: qui præsertim ad certitudinem, firmitatemque nostram, suam promisit præsentiam?

## CAP. VII.

DIXERVNT quidam, diciturque & nunc inter patres, concilium errare posse, non tamen perseueranter, sed tantum quasi prima fronte, aut motu quasi primo, minus plene veritatem perquirens. Adducitur primum ad idem concilium Aquisgranen. in quo matrimonium inter raptorem, & raptam vniuersaliter fieri non posse dicitur, & attentatū dissoluitur, sub his verbis. Hi qui rapiunt fœminas, vel furantur, aut seducunt, eas nullatenus habeant vxores, quanuis eis postmodum conueniant, aut eas dotauerint, vel nuptialiter cum consensu parentum suorum acceperint. Notant ergo concilium illud errasse in eo, quòd matrimonium inter raptorem, & raptam sic non posse fieri determinauit, vt tentatum etiam de consensu parentum dissoluerit, aut prorsus nullum esse iudicauerit. Dicūt similiter illum errorem dicto Hieronymi correctum, quo dicitur. Tria legitima coniugia in scripturis legūtur. Primum legitimum est virgo casta in virginitate viro data legitime. Secundum virgo in ciuitate deprehensa a viro, & illi per vim copulata: si voluerit pater eius, dotabit eam iste vir quantum iudicauerit pater, & dabit precium pudicitiæ eius. Tertium filia prædi-

a Siluest. in sum. D. concilia. §. 2. & Panormit. quē ibi citat.

¶. 36. q. 2. c. Placuit.

¶. 36. q. 2. c. Tria.

cta deprehensa, si non fuerit voluntas patris, trahet eā a prædicto viro, & tradet eam alij, & dotabit eam, & legitima erit ei. Glosa quædam dicit, dictum Hieronymi concilio toti præpositum, quia in authoritate veteris testamenti fundatum, & in Meldensi concilio roboratum. At hæc omnia ab intento fine probandi deficiunt, & nihil penitus faciunt: nisi quòd hæreticis ansam ad oggāniendum aduersus concilia tribuunt: quemadmodum Lutherus in quodam suo articulo Panormitanum sic sentientem allegauit. Deficiunt inquam, hæc omnia, & exemplum, quod ipsi afferunt, & rationes, quas formant. Deficit exemplum: tum quia concilium illud Aquisgraneñ. cuius capitulum placuit allegatum, non fuit vniuersale: vt constat intuenti vniuersalia concilia omnia, quæ duobus voluminibus collecta vsq; ad nouissimum Constantieñ. ad manus habemus. Argumentum autem in huiusmodi ab episcopali, aut prouinciali concilio ad vniuersale prorsus nullum est: quia illa si deficiant, emendari possunt per vniuersale: hoc autē si errauerit, non habet quo emendetur. Nam cum sit eadem ratio de omnibus: si vnum concedatur errasse, quam firmitatem aliud habere poterit? tum quia siue prædictum concilium vniuersale fuisset, siue prouinciale, nequaquam in illo suo dicto de errore notari valet. Nam & si matrimonium inter raptorem, & raptā etiam de consensu parentum dissolui iussit, qua iussione ipsum nullum fuisse declarauit, tamen hoc non ideo fecit, quasi solus raptus impediret matrimonium contrahendum, & dirimeret contractum: sed quia iam olim interdictum fuerat, ne raptor, & rapta

*Ibi. super. c. placuit.

*Exod. 22.

*.36. q. 2. c. Si autem.

*De elect. c. Significasti.

* Cardinalis de turre cremata dixit hoc cōciliū vniuersale.

*An aliqualiter errauerit vnquā vniuersale concilium infra lib. 3. disput. 4. cap.

*Errasse prouinciale aut synodale cōciliū aliquādo certum est vt cōstat sub Cypriano de baptismo iterādo i eis qui ab hæreticis baptizabantur: fuit tamē correctus error ille post obitum Cypriani vt adducit Augustinus in De baptismo cōtra Donatist. lib. 2. cap. 9

contraherent. Vnde quia illegitimatæ personæ tales erant per Ecclesiam, & inhabiles ad contrahendum sine dispensatione, sicut nunc consanguinei intra quartum gradū illegitimi sunt, & quicquid tentent nihil efficiunt: ideo illos separari, sancta synodus præcepit. Quod si quæritur, vbi illud matrimoniū fuerat interdictum? Respōdeo. In concilio Cabiloneñ. dcente, vt iuxta canonicā authoritatem ad coniugia legitima raptam sibi iure vendicare nullatenus possint: & vt Gratianus exponit in concilio Meldeñ. hoc idem captum est: licet alij aliter quā Gratianus illud capitulum legāt. Deficiūt rationes: quia quod Glos. dixit, illud præceptum veteris testamēti, quod allegat Hieronymus, morale esse, falsum est: quia illa lex non moralis, sed iudicialis erat ad regimen populi pertinens: vnde & cessauit, sicut omnia alia iudicialia, cunctaq; ceremonialia cessarunt. Neq; eo lex illa modo in ecclesia manet, quia moralis fuerit: sed tantum quia princeps ecclesiasticus illam in sua ecclesiastica republica de nouo posuit, quēadmodum principes sæculares possent iudiciales leges veteris testamenti in sua Republica sæculari statuere, in qua leges illæ non haberent modo vigorem, quatenus a deo olim populo Iudæorum datæ: sed quatenus modo ab humano principe conditæ. Paulus optime dixit. Translato enim sacerdotio, necesse est, vt & legis translatio fiat. Videant ergo fideles lectores, quomodo materiam, authoritatem, firmitatemque vniuersalium conciliorum pertractant: in quo Christus medius est, non ociosus quidem, sed illuminans, iuuans, mouens, ac determinans: quia si aliquod vnquam errasse, aut nunc errare posse concedant, rogo, quam

* .36.q.2.c.De puellis.

* Ead.caus & q c.Si autem.

* Ibi super. c. Tria.

* Exod 22.

* Extra. de adult. & stup. c. Peruenit.

* Hebr.7.

* Math 18.

certitudinem aliis vniuersalibus conciliis tribuunt? aut quę maior erit ratio de vno, quàm de alio? Videāt rogo quantum nitatur Augustinus in diuinis scripturis, ne minimum mendacium, aut de mendacio suspicionem admittat Christianus, ne tunc omnes illas, aut mendosas, aut de mēdacio suspectas cogatur dicere paganus. Videant hoc Augustini argumentum pro scripturis: & simile formēt pro vniuersalibus cōciliis: quia si in aliquo illorum errorem, mendacium, aut dubium admittat Christianus, quomodo nō omnia suspecta habebit paganus? Et tunc vbi erit fides, aut certitudo symboli in Cōstātinopol. cōcilio æditi, qđ in omni ecclesia omnibus dominicis, & multis diebus festiuis in missa canitur? Vidimus sæpe statuta priorū vniuersaliū concilio rū mutari statutis posterorū: quod fieri posse & Augustinus testatur: hoc autem non ideo fit, quasi errassent priora: sed quia mutatis temporibus, nonnunquam necesse est, mutentur statuta humana. Propter hanc grauitatem vniuersalium conciliorum, Calcedoneñ. concilium voluit, vt ab electa synodo nullatenus appelletur. Octaua quoq; synodus dixit. Anathema ergo illi, qui secundum aliquid præsumpserit reprobare quicquid ex his, quæ hic scribūtur a Patre, & Filio, & Spiritu sancto. Gelasius Papa ad idem dixit. Maiores nostri diuina inspiratione cernentes necessario præcauerunt, vt quod contra vnamquanq; hæresim coacta semel synodus profidei communione, & veritate catholica atque apostolica promulgasset, non sinerent nouis post hæc retractationibus mutilari: infra. Sic Arrium, sic Eunomium, Macedonium, Nestorium synodus semel gesta condemnans, vlterius ad noua concilia venire nō iinit.

* Epistola.19.

* Constātinopol. Dist.15.c.Canones.

* De baptismo contra Donatist. lib.2 c.3.

* Mutātur statuta humana mutatis tēporibus/ nō quia mala fuerint/sed quia iā nō expediant.

* .24.q.1.c.Maiores.

Alibi etiam dicitur. Iniuriam facit iudicio reuerendissimę synodi. Si quis semel iudicata, ac recte disposita reuoluere, ac publice disputare contendit. At eæ omnes patrum, iurium, conciliorumq; vniuersalium beatæ voces, quibus ne de actis conciliorum huiusmodi appelletur, nec de illis iterum disputetur: præcipitur, quid indicant, nisi talia concilia nequaquam errare posse? Alias enim appellationis remedium, quod & natura ipsa, & sensus communis omnium, iuraq; canonica vniuersaliter concedunt, minime negaretur: neque disputationis iteratio interdiceretur, cum præsertim disputatio doctoribus, totiq; Ecclesiæ sit vtilissima. Thomas VValdeñ. maligniſſime sentit de concilijs vniuersalibus etiã plenarijs: dicit quędam illorum olim erraſſe, velut Arimineñ. sub Iauro præfecto, & Cõstantinopolit. sub Iustiniano minore tempore Sergij Papæ. Affirmat ob id sibi non deberi fidem sub pœna perfidiæ: sed sua culpa est.

* In De sum. Trini. & fi. cath.

* De Iis concilioru n nec appellanda nec disputandum.

* .2.q.6. per totũ/signãter. c. Licet. c. Liceat. c. Si quis.

* In doctrinali de fide antiqua/ tom. 1. lib. 2. art. 3. c. 19.

## CAP. VIII.

QVI Dergo? nunquid illos doctores non damnatos per Ecclesiam damnamus, quia dixerunt, cõcilium etiã vniuersale aliqualiter, & in fide, & in moribus errare posse modo exposito? Respondemus, non illos damnamus, sed grauitatem materiæ põderamus, cõmẽdamusq;: & alios patres laudamus magis, qui simpliciter dixerunt vniuersalia concilia rite, & recte congregata in huiusmodi nequaquã errare posse. Abulensis placet plurimũ in hac re, qui dixit. Circa res autem magnas, quæ veniunt in cõtentionem, siue in fide, siue in actionibus, dimisit Ecclesiã suam, quæ ordinaret: & quod ipsa faceret Deus approbaret, ac si ipse præsens in carne

* Ponderatur optime quidem/ quia grauis materia est.

* Abulẽs. in defensorio. Cap. 54

assumpta faceret: hoc signatur Math. decimo octauo. s. Quæcunq; solueritis super terrã, erunt soluta & in cœlo. i. quæcũq; vos manẽtes super terrã solueritis, erũt soluta in cœlo. i. ego qui maneo in cœlo, illa soluo, ac si manerẽ in terra inter vos. Et sic quãdocũq; sancta Dei Ecclesia agit aliquid in nomine Christi, quãtũcũq; graue illud videatur, nunquã errat, quasi Deus esset actualiter ei cooperando: & hoc signatur Mathæi decimo octauo, postquam dictum est de potestate ipsi ecclesiæ data in clauibus ligãdi, & soluendi subditur. Vbicũq; fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorũ sum: & iterũ. De quacũq; re consenserint duo, vel tres de vobis super terrã, fiet illis a patre meo. Ista autem certa sunt, quia Christus sic promisit: & quia ipse promisit ecclesiæ, suã assistẽtiã sempiternã Mathæi vigesimo octauo. s. Ego vobiscũ sum vsq; ad cõsummationẽ sæculi: & quia dedit ei potestatẽ faciẽdi quæcũq; vellet: & promisit approbare, & cõfirmare quæcũq; illa faceret, certũ est quòd ecclesia nũquã errabit, quia a spiritu sancto dirigitur. Quãquã nos nesciamus quomodo ecclesia non possit errare, cum videamus eam cõstare ex hominibus, quorum quilibet potest errare per se, nõ miremur confidentes solum Christi verbo, quia ipse qui promisit ei assistẽtiã suã, ad semper assistet ei: quo assistente, nõ poterit errare: licet ipsa de se posset errare, & cadere. Sic enim patet de Apostolis: nã Christus dixit, q; dũ adducerẽtur ante reges, & præsides, nõ cogitarẽt, q̃d respõdere deberẽt: quia in illa hora, qua quæreretur ab eis, daretur sibi quicquid responderent pleniſſime. Math. decimo, & Lucæ. 21. Certum est tamen Apostolos viros simplices fuisse, & sine literis pro

Math. 16.

Math. 18.

Math. 28.

Math. 10. Luc. 21.

maiori parte:& dato quòd ipſi cogitarent per multos dies,neſcirent reſpondere ad omnia,quæ ab eis quærebantur:quanto magis cum nihil cogitarent, & tamẽ ſic faciebant,quia nihil cogitabant,quando interrogabantur,& reſpondebant pleniſſime ita prudentiſſime, & efficaciter,quòd omnes audientes mirabantur: ipſi tamen videbant ſe rudes,& nihil ſcire:confidebant tamẽ verbo Chriſti,quòd non mentiretur, & protinus veniebat eis abundantia eloquiorum: quia non erant ipſi qui loquebantur,ſed ſpiritus ſanctus qui loquebatur in eis,Lucæ vigeſimo primo.Ita igitur ſancta, & benedicta mater noſtra alma Eccleſia ſpõſa Eccleſiæ, quæ maior eſt,quàm quilibet Apoſtolus,imo maior quàm omnes ſimul, & omnes ſancti:quam Chriſtus dilexit ſuper omnia,vt ait Apoſtolus ad Epheſios ſexto.ſ.Diligite vxores veſtras,ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam,propter quam omnia fecit,& omnia paſſus eſt, nec dubitauit ſe amariſſimæ morti tradere, vt eam redimeret in ſanguine ſuo:ſciens quòd ſponſus ſuus promiſerit ſibi aſſiſtentiam,& ꝙ non poſſet errare, nec portæ inferi prævalerent aduerſus eam, confidens de veritate impermutabili verborum ſponſi ſui Chriſti aget quæcũque ei viſa fuerint,& nunquam errabit: quia non eſt ipſa quæ operatur,ſed ſpiritus ſanctus qui ſibi aſſiſtit, & eam regit,cum magis veriſimile ſit,quòd Chriſtus regat Eccleſiam ſuam propter quã omnia fecit, quã vnũ de Apoſtolis,qui erat pars ſatis parua collatus ad totam Eccleſiam:& Apoſtoli erant partes, & quodam modo ſeruí,vel miniſtri Eccleſiæ,& propter Eccleſiam:& Eccleſia poterat eos vocare ſuos,vel res ſuas:quod pulchre declarat Apoſtolus loquens toti Eccleſiæ in perſona

* Luc.21.

* Epheſ.6.

Corinthiorum. ſ. Omnia enim veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſẽtia, ſiue futura: omnia enim veſtra ſũt: vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. Cum ergo alma mater eccleſia ſit maior omnibus Apoſtolis, & ſanctis, & toto mũdo, & omnibus rebus, præterquã Chriſto homine: & Chriſtus tantam curã habebat de quolibet Apoſtolorum, q̃ per ſpiritum ſanctum mouebat linguas eorũ, ita vt non poſſent errare, nec in vno verbo: a fortiori reget eccleſiam ſuam, vt illa in nullo poſſit errare diffiniẽdo. Hæc ille bonus, & doctus vir Abuleñ. nec dubium, quin ipſe in hoc capite nomine eccleſiæ intelligat vniuerſale concilium, iuxta ſuam doctrinam, quam in eodem ſuo opere profitetur.

* 1. Corint. 3.

* Cap. 38.

## CAP. IX.

Cæterum ad rem veniamus: quid tandem de illorũ, & iſtorum patrum ſententia, quorum neminem dãnat eccleſia, dicemus? Videat ſummus pontifex, cuius muneris eſt, eccleſijs de paſtoribus prouidere, ſuos legatos ad concilia huiuſmodi mittendos eligere, patres q; eccleſiarum ad œcomenicam congregationem vocare: alios etiam doctos, & bonos viros admittere literis, & oratione iuuantes, quos paſtores inſtituat, quos legatos eligat, quos patres vocet, & quos bonos, & doctos viros admittat. Nanq; ſi hæc omnia diligenter, & prout decet, in quantũ fieri poteſt, faciat, iſta ſecunda ſententia, qua dicitur ſimpliciter, concilium non poſſe errare, placet magis, p̃pter ea quæ dicta ſunt. Si vero in huiuſmodi grauiſſimis rebus negligat, deficiatque non faciens quod in ſe eſt, nec quod eccleſia poteſt: prima illa ſententia videtur currere, qua aſſeritur, poſſe concilũ

* Conciliatis prædictarũ opinionum patrũ.

* Eſt quomodo cõcedatur ſecunda poſitio.

* Cap. 8. & 9.

vniuersale errare non permanenter, sed quasi primo motu: quia non diu sic in errore perstabit: sed Deus optimus maximusque prouidebit cito, quatenus ab errore surgat, ne veniat error ad totam ecclesiam: quæ, vt monstrauimus, concilium vniuersale tenetur sequi.

* Cap. 1, & 2. Nixus sum has duas patrum diuersas sententias conciliare propter iura, quæ id volunt, dum fieri valet.

Moueor autem ad hanc concordiam Diuinarum scripturarum duobus locis apertissimis. Primus est, quo dicitur. Non tentabis dominum Deum tuum: secundus vero, quo asseritur inter alia. Loquar degente, & de regno: vt ædificem, & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitentiam agam super bono quod loquutus sum, vt facerem ei. Ex primo nouimus non esse miracula petenda: ex secundo autem scimus diuinas promissiones sub conditione semper intelligi: ob idque sæpe, ne dicam semper propter demerita nostra impediri. Sic autem quid hac nostra patrum conciliatione clarius? Nanque cum in sacro vniuersali concilio Diuinæ scripturæ legendæ, intelligendæque sint, tum vt in ipsis lectis, & intellectis actores earum Apostoli, Euangelistæ, & prophetæ in concilio appareant, loquanturq;, & audiantur: ac intelligantur, qui gradus nobiliores sunt ecclesiæ, & quibus maxime illa commissa est regenda, illuminandaque, Paulo teste: tum ne contra illorum doctrinam quicquam diffiniatur: quod & iura præcipiunt, & fides docet: quæ vt vna sit, sicut vnus dominus, & vnum baptisma ab illis ad nos debet deriuari, & in nobis ad illos conformari: cumq; eædem diuinæ scripturæ nonnulla habeant intellectu difficili-

* c. Literas, de rest. spo. 25. q. 2. § his ita respondetur. De cogna. spirit. c. 1. Quia cõueniens est iura iuribus cõcordare. De electio. cũ expediat. lib. 6.

* Deut. 6.

* Hierem. 18.

* Promissio dei sub cõditione intelligitur.

* 1. Corint. 12.

* Ephes. 4.

lía nec intellectu humano, ſed diuino interpretandæ ſint, vt docet Petrus, & nos monſtrauimus ſupra: neceſſe eſt bonos, & doctos viros adeſſe concilio, qui ſua eruditione ſcripturas intelligant, & ſua oratione apud diuinam clementiam intercedãt. Alias aũt patres concilij miraculum petunt, ſine eruditione humana totaliter diuinitus ſcripturarum intelligentiam expectãt miraculoſe: ac ob id Deum tentant, & peccant: periculoque errandi contra diuinas ſcripturas, & ſanctos patres ſe exponunt. Tunc vero quid mirum, quòd diligentes periculum, pereant in illo: & pro aliquo tempore errent, donec citiſſime Deus optimus maximuſque eos illuminet, pulſet, moueat, & ad lumen veritatis trahat? Attendant ergo quales ſunt, qui in concilio ſunt, quales qui diſputant, quales qui eligunt, qualesqui approbant, qualeſque qui definiunt: attendant etiam quid eſt in nomine CHRISTI congregari: ſcientes ipſum ſuam præſentiam in nomine ſuo congregatis promiſiſſe, dicens. Vbicunque fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum ſum. Porro qualeſcunque illi fuerint patres, & qualitercunque diffiniant: nulli hominum licet contra ſua ſtatuta ogganire. Nanque contra expreſſam ſcripturam eos errare, moraliter loquendo non eſt poſſibile. Contra obſcuram autem pro illis præſumitur tot, talibus, actantis, & in vniuerſali concilio congregatis: quo fit, vt & ſi errent pro aliquo tempore ex cauſa dicta, nullatenus errare credantur. Poterit tamen tunc temporis, & debet doctus quiſque quod ſentit ſuo dioceſano, vel Romano põtifici ſi poteſt, cum debita humilitate, reuerentia, obediẽtiaque quã citius potuerit indicare,

* 2.Pet.3.
* 2.Pet.1.

* In proœmio permulta.

Gregorius decimus obijt ad cõcilio Lugdunen. bearum Thomã vocauit nõ prælatum, ſed doctũ & ſanctum.

* Eccleſiaſt.9

* Math.18.

* Errare in manifeſta ſcriptura cõcilium nõ poteſt: errare autẽ in obſcura etiãſi aliquantulum negligat, nõ præſumitur.

* Diſt.17.c. Necleuit.

vt vel ſic frater iuuetur a fratre, & caput a membris; & fiat totum corpus eccleſię ſicut ciuitas munita aduerſus omnes inferorum portas,

* Prouerb. 81.

## CAP. X.

* Iura cõuocãdorum vniuerſaliũ conciliorũ Papa habet.

Papa ratione primatus ſui ſpiritualis ſolus habet, quod ad vniuerſalia concilia regulariter vocet, ſoluſq; leges ſuper hoc condat, ſeu loca, ſeu tempora determinans. Nicenum concilium trecentorum decem & octo epiſcoporum primũ vniuerſale poſt Apoſtolos domini in toto orbe Chriſtiano venerãdiſſimũ hoc docuit, dũ inter alia ſic determinauit. Ipſa vero prima ſedes (ideſt Romana) conuocandarum generalium ſynodorum iura detinet: & iudicia epiſcoporum ſingulari priuilegio, illi ſedi euangelicis & Apoſtolicis, atque canonicis conceſſa ſunt inſtitutis, Iulius Papa ad idem orientalibus epiſcopis dixit. Regula veſtra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis epiſcopis hoc concilium actum eſt, nec Romanæ eccleſiæ legatus interfuit, canonibus præcipientibus ſine eius authoritate concilia fieri non debere: nec vllum ratum eſt, aut erit vnquam concilium, quod eius nõ fuerit fulcitum authoritate. Pelagius Papa ad idem epiſcopis qui conuenerant ad illicitam vocationem Ioannis Conſtantinopolitani epiſcopi, ait. Multis denuo Apoſtolicis, & canonicis, atque eccleſiaſticis inſtruimur regulis, non debere abſque ſententia Romani pontificis concilia celebrari. Marcellus papa, & martyr in decretis ſuis inquit. Ipſi Apoſtoli, & eorum ſucceſſores domino inſpirante conſtituerũt, vt nulla fieret ſynodus præter Romanę ſedis authoritatem. Iulius ad idem oriẽtalibus epiſcopis ait. Dudum a ſanctis Apoſtolis ſucceſſoribuſq; eorum in

* Diſt. 17. c. Regula veſtra.

* Ibi. c. Multis

* Cap. 5.

* 33. q. 6. c. Dudum.

antiquis decretū est statutis, quæ hactenus sancta, & vniuersalis Apostolica tenet ecclesia, non oportere prę ter conscientiā Romani pontificis cōcilia celebrari, vel episcopum damnari. Ratio naturalis ad idem est manifesta: quia illius solius videntur esse, omnia agere, & disponere, ad generalia cōcilia vocare, loca determinare, & leges de huiusmodi statuere in aliqua republica: cui soli ea vniuersalis cura cum plenitudine potestatis cōmissa est, cui soli omnes obedire tenentur, & qui solus omnes inferiores principes, & magnates vt ad concilia huiusmodi veniant, coercere, & rebelles quosq; punire potest. At qui hanc talem curam habet, solus omnium aliorum caput loco Christi pastor, rector, ac princeps totius ecclesiæ, vt monstratum fuit articulo præcedēti per multa: est Romanus pontifex, cui in Petro omnes Christi oues ab ipso Christo commissę sunt. Sensus cō munis omnium hanc nostram rationem nouit: quando quidem apud omnes nationes mundi, Christianos, Sarracenos, Turcas, Gentiles omnes, etiam barbaras nationes quaslibet, solus ille, qui supremam potestatem habet in republica, propter negocia publica illius determinanda, concilia congregat, partes principales vocat, loca assignat, & de huiusmodi quas vult leges condit. Sic Rex in suo regno, vt quotidiana experientia monstratur. Sic diocesanus in sua dioecesi. Sic metropolitanus in sua metropoli, vt iura docent: quanto ergo magis Papa in ecclesia, Christi vicarius generalis cum plenitudine potestatis, ac Petri successor? Diuina scriptura veteris testamenti hoc ius synagogæ principibus olim tribuebat, vt vnusquisque in suo ministerio sæcularis sæ-

* Thomas hoc hac ratione mōstrauit. 22. q. 1. art. 10.

* Cap. 4. 5. 6. 7. 8.

* De maio. & obed. c. 1.
* Dist. 18. c. Propter ecclesiasticos c. Si episcopus &c. Si quis episcoporum.
* 1. Machab. 4.
* 1. Machab 30.
* 1. Paralip. 3.

cularium, spiritualis vero spiritualium rerum, & personarum concilium congregaret. At quod illis Iudęorum principibus potestatis, authoritatisque concessum fuit, non est Christianorum principibus denegandum. Cōcludamus ergo cum pulcherrimo dicto venerabilis Aymari archiepiscopi remensis in suo libro de synodis, & dicamus. Ne mireris q ipsorum conciliorum authoritatem Romano pontifici adscribamus: nam nulla concilia rata leguntur, quæ Apostolica authoritate fulta non fuerint, vt Damasus Papa in decretis suis asserit: cui Athanasius, & Iulius Papa, Nicenum quoque concilium, & reliqui quoque patres adstipulantur. Dixi regulariter; quia in casu, siue etiam in casibus, & a iure, & a patribus expressis hoc idem alijs a Papa licet: id autē quādo erit licitum, aut quando non infra exponetur domino donante. Cæterum qui sint ad consilium vocandi, qui admittendi, pro quibus causis, & quibus locis vniuersalia concilia celebranda: quia ad præsentem veritatem non faciunt, ideo a nobis omittuntur.

Cap. 8.

Cap. 9.

*Lib. 3. Cōparatione. 4.

## CAP. XI.

*Cōcilia vniuersale ex parte capitis diuinā authoritatē habet.

Concilium vniuersale ex parte capitis tantum, hoc est quod Papa cum quibusdam patribus ecclesiæ celebrat, patribus inquam maioribus, Diuinam quoque authoritatem habet, qua errare nequeat, seruatis illis seruandis, quæ supra ad vniuersale concilium seruanda diximus. Diuina scriptura hoc monstrat satis in locis illis omnibus, quæ supra ad authoritatem vniuersalium cōciliorū etiam ex parte vocatorum adduximus. Nanque & pro hoc tali concilio est id, quod dominus dixit. Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re

Cap. 10.

*Matth. 18.

quamcunque petierint, fiet illis a patre meo: & illud eiusdem. Vbicunque fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo: in medio eorum sum, Illud quoque. Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. *Math.18.
Nam si cum aliquibus duobus, aut tribus Christus est, vt reuera est, in suo nomine congregatis: quæso, cum quibus magis est, quàm cum illis, qui cum illo in nomine suo sunt, qui in loco sui est, caput & princeps ecclesiæ, illius successor, cui dictum fuit, Confirma fratres tuos? Gradus etiam illi, quos Apostolus nominauit, & in ecclesia pro ea regenda a domino positos dixit: omnes in huiusmodi vniuersali concilio sunt, Apostoli, prophetæ, euangelistæ, doctoresque antiqui in suis scripturis: pastores vero, & doctores moderni in suis personis. Quid ergo erit, quo ipsi minus in hoc, quàm in illo concilio dei ecclesiam optime regere sufficiant: quum præsertim non numerus personarum, sed qualitas graduum attendatur? Si enim magnus numerus hominum requisitus fuisset: quomodo saluator dixisset, Vbicunque fuerint duo vel tres? & si qualitas non attenderetur: quomodo diceretur, congregati in nomine meo, hoc est propter me, & ad honorem mei? Nequaquam: quia binarius, aut ternarius, qui in duobus, aut tribus personis reperiuntur, minimi numeri sunt: & modus conueniendi ille qualitatem numeratorum signat. Neque vnquam aliquis dixit, sed nec dicere potuit, omnes Apostolos, omnes prophetas, omnes euangelistas, omnes pastores, omnesque doctores ad vniuersale concilium necessario requiri: quia si sic, nullum vniuersale

*Luc.22.

*1.Corint.12. *Ephe.4.

*In cõciliis non numerus personarum, sed qualitas graduũ attenditur: & in antiquissimis cõciliis aliquãdo plures, aliquãdo vestro pauciores patres cõuenerũt.

* Apostoli qui scripserunt cōciliis nostris adiūt in suis scriptis/ alii vero non.

* Act. 15.

* Cōciliū ab apostolis Hierosolymis habitū super cessatione legalium non fuit vniuersale ex parte cōuocatorū/ sed tantum ex parte capitis.

* Apostoli suo exemplo nos docēt in similibus similia facere.

* Galat. 2.

conciliū ab Apostolis exclusiue vsq; ad nos celebratum legitimū foret: tū quia non omnes Apostoli scripserūt quicquā, in quo concilio adessēt: tum quia ad nullum illorum credibile est omnes pastores, & doctores conuenisse de toto orbe Christiano. Apostolorum exemplū quoq; ad idem est, quia cōcilium illud suum Hierosolymis celebratū vniuersale quidem fuit ex parte capitis, eo ꝙ Petrus ibi erat princeps, & caput omnium: nō aūt ex parte vocatorum, quia nō aderant omnes Apostoli: qui vtiq; pastores, imo & principes post Petrum. Tamē cōcilium illud sic vniuersale intendit de causa, diffinit, ac dicit. Visum est spiritui sancto, & nobis. Quod si dixeris illi concilio Apostolos interfuisse, propterea sic dixisse. Respondemus: non omnes de concilio Apostoli erant: quia etiam seniores non Apostoli simul cum Apostolis conuenerunt videre de verbo, vt Lucas refert: & cum illis determinarūt. Et quid illa obiectio? Imo quia Apostoli erāt, & post aduentum spiritus, quorum quilibet optime oīa dubia suborta determinare valebat, magis suo facto hanc nostram veritatē monstrant. Nā ad quid omnes ij tanti, ac tales magistri orbis ad concilium conueniunt, & in concilio diffiniunt, nisi vt nobis exemplum darent similia faciendi? Paulus quoque contentus est, sua communicasse cum fratribus, non cum omnibus, quasi in concilio vniuersali ex parte vocatorum: sed cum Petro, & paucis velut in concilio vniuersali ex parte capitis. Nicenum concilium post Apostolos primo in toto orbe obseruatissimum ad idem dixit. Prima sedes (hoc est Romana) conuocandarum generalium synodorum iura detinet, & iudicia episcoporum sin

gulari priuilegio illi sedi euangelicis,& Apostolicis,atque canonicis concessa sunt institutis:ita vt semper maiores causæ ad sedem Apostolicam referantur:nec vllo modo potest maior a minori iudicari:ipsa nanque omnibus maior,& prælata est ecclesijs.Augustinus ad idē cum Cyprianum referret dicentem sese Agrippinum cum concilio ex prouincia Africa,& Numidia celebrato secutum fuisse:ad idem subdit. Hac attestatione satis ostendit,multo magis se fuisse commemoraturum, si quod de hac re transmarinum,vel vniuersale concilium factum esset.Nec dubium, quin per trāsmarinum concilium Augustinus intelligat Romanum:quum sit mos eius Romam appellare transmarinam ciuitatem, vel in transmarinis regionibus sitam. Quando ergo Augustinus concilio illi ex partibus Africæ,atque Numidiæ sub Agrippino congregato,concilium vniuersale,vel etiam transmarinum, hoc est Romanum, vniuersale quidem ex parte capitis ante posuit:non dubium quin illud quoque errare nō posse recognouerit: alias enim quid trāsmarinum Africano præstaret? Ambrosius ad idem super Apostolum inquit. Scribo tibi, vt scias,quam ecclesiam ordines:quæ est domus dei:vt cum totus mundus dei sit,ecclesia tamen domus eius dicatur:cuius hodie Rector est Damasus. At rector in vniuersum quid habet magis,quā regere,& ordinare,ac causas suæ reipublicæ finire. Idem pro eodem. Quæ dignior domus Apostolicæ prædicationis ingressu,quam sancta Romana ecclesia? aut quis præferendus magis omnibus videtur,quam Christus? Et quis dubitat illam ecclesiam errare nullatenus posse,

* Augustinus De baptismo cōtra Donatist.lib. 2.cap.9.

*Epist.162.

*Ambrosius. *1.Timo.1.

*.24.q.1.c.Quæ dignior.

quam digniorem Apostolicę prędicationis ingressu re cognouit? Nam si dignior errasset, fides vera Christi, seu Apostolica prædicatio vbi esset? Hieronymus ad idem. Romani culminis recedat ambitio. Cum successore piscatoris, & discipulo Christi loquor. Ego nullum præmium, nisi Christum sequens beatitudini tuæ idest cathedræ sancti Petri communionem consortior. Super illam petram fundatam ecclesiam scio: quicunque extra hanc domum agnum comederit, prophanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio. Cyrillus in libro thesaurorum. Vt membra maneamus in capite nostro Apostolico throno Romanorum pontificum: a quo nostrum est quęrere, quid credere, & quid tenere debeamus, ipsum venerantes, ipsũ rogantes pro oibus: quoniã ipsius solum est reprehẽdere, corrigere, statuere, disponere, soluere, & loco eius ligare, qui ipsum ædificauit: & nulli alij quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit: cui omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tanquam ipsi domino Iesu Christo obediunt. Chrysostomus in De sacerdotio ad idem de Christo quærens ait. Quanam item de causa ille idem sanguinem effudit suum? Certe vt pecudes eas acquireret, quarum curam, tum Petro, tum Petri successoribus committebat. Irenæus ille Lugdunensis Archiepiscopus, Christi gloriosus martyr, beati Polycarpi Ioannis Euangelistæ discipuli auditor ad idem ait. Traditionem Apostolorum toto orbe manifestam in omni ecclesia adest perspicere omnibus, qui vera audire voluerint: eam videlicet quam primitiua illa eccle

*Hieronymus Ead. caus. & quæstio. c. Quoniã vetus.

*Cyrillus in lib. thesau.

*Chrysostomus lib. 2.

*Irenæus Aduersus Valentinũ / cæterosq; sui temporis hæreticos.

sia ab Apostolis acceptam per successionem continuam patrum, & episcoporum trāsmisit ad nos. Sed quoniam per omnes ecclesias discurrere prolixum fuerat, & infiniti operis: ex omnibus maximam, antiquissimā atque omnibus cognitam, Romæ a gloriosissimis duobus Apostolis Petro, & Paulo fundatam eligens: eius inquit fidem, traditionemque, quā habet ab ipsis annūciatam, & per successiones episcoporum ad nos peruenientem indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo pacto, vel per sui placentiam, vel vanam gloriam, vel cæcitatem, & malam sententiam fidem præterquam oportet, colligunt. Calixtus Papa omnibus epis- * Calixtus. dist. 12. c. Nō decet.
copis ad idem inquit. Non decet a capite membra discedere: sed iuxta scripturæ testimonium omnia membra caput sequantur. Nulli vero dubium est, q̄ Apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum: a cuius regulis nullatenus vos conuenit deuiare: & sicut dei filius venit facere voluntatem patris sui: sic & vos implete volūtatē matris vestræ, quæ est ecclesia, cuius caput, vt prę dictum est, Romana consistit ecclesia. Marcellus Papa * Marcellus. 24. q. 1. Rogamus.
vniuersis episcopis per Antiochiā constitutis ad idem dicit. Si vero vestra Antiochena ecclesia, quæ olim prima erat, Romanæ cessit sedi: nulla est quæ eius non sit subiecta ditioni: nec ab eius dispositione vos deuiare oportet, ad quam cuncta maiora ecclesiastica negocia diuina disponente gratia iussa sunt referri: vt ab ea regulariter disponantur, a qua sumpsere principia. Gre- * Gregorius. Dist. 12. c. Præceptis.
gorius Papa pro eodem. Præceptis Apostolicis nō dura superbia resistatur: sed per obedientiam, quæ a sancta Romana ecclesia, & Apostolica authoritate iussa sunt,

ſalutifere impleantur, ſi eiuſdem ſanctæ dei eccleſiæ (quæ eſt caput veſtrum) cõmunionem habere deſideratis. Ad idẽ eſt ab omnibus ſæculis ab Apoſtolis vſq; ad nos optima experientia, qua nouimus eccleſiam Romanam nunquã hactenus erraſſe: eccleſiã Romanã dico, quicquid de Papa pro tẽpore dicatur, ſiue perſonaliter ipſe deficeret, ſiue nõ. Nam quomodo potuit vſq; nunc in fide non errare eccleſia illa, in qua tyrannorum ira maxime ferbuit, gladius martyrum ſanguinem copioſius fudit, flagella, vulnera, morteſque abundantius crebuerunt: niſi quia Chriſtus eccleſiam illam caput, & matricem omnium eccleſiarum particulariſſimo modo eam fouet, ſuſtentatque? Lucius Papa hanc experientiã nouit, qui omnibus epiſcopis dixit. Hæc eſt Apoſtolorum viua traditio: hęc vera charitas, quę prędicanda eſt, & præcipue diligenda, ac fouenda, atque fiducialiter ab omnibus tenẽda: hæc ſancta, & Apoſtolica mater omnium eccleſiarum Chriſti eccleſia, quæ per dei omnipotentis gratiam a tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur, nec hæreticis prauitatibus deprauanda ſuccubuit, ſed vt in exordio normam fidei Chriſtianę percepit ab authoribus ſuis Apoſtolorũ Chriſti principibus, illibata fide tenus manet. Sixtus Papa. Memor ſum me ſub illius nomine eccleſię præſidere, cuius cõfeſſio a dño Ieſu Chro glorificata eſt: cuius & fides nullã hęreſim fouet vnquã: ſed omnes quidẽ hęreſes deſtruit. Euſebius Papa. In ſede Apoſtolica extra maculã ſẽper eſt catholica ſeruata religio. Innocẽt. Papa quotiẽs ratio fidei vẽtilat, arbitror oẽs fratres, & coepos nros non niſi ad Petrũ, ideſt ſui noĩs, & honoris

o Iulius. 24. q. Apoſta.

a Sixtus. Ibi. c. Memor.

e Euſebius. Ibi. c. In ſede.

o Innocentius. Ibi. c. Quotiens.

authoritatem referre debere, veluti nunc retulit vestra dilectio. Cyprianus in laudem fidei Romanæ ecclesiæ aduersus quosdam schismaticos, qui ad illam confugiebãt, dixit. Post ista adhuc insuper pseudoepiscopo ibi ab hæreticis constituto nauigare audent, & ad Petri cathedram, atque ecclesiam principalem, vnde vnitas sacerdotalis exorta est, a schismaticis, & ꝑphanis literas ferre, nec cogitare eos esse Romanos: quorũ fides, Apostolo prædicante, laudata est: ad quos perfidia habere non possit accessum. O pulchrum verbum. Ecce Cyprianus fatetur, ad ecclesiam Romanã, cuius fidem laudauit Apostolus, perfidiam nõ posse habere accessum. Quid ergo fidei non iudicabit, determinabitque ipsa, ad quam perfidia non potest accessum habere.

* Cyprianus epistol. lib. 1. Epistola. 3.

* Ad Romanã ecclesiã perfidia accessũ habere nequit.

## CAP XII.

Olim sub lege sacerdos summus certificabat populum, filios scilicet Israel de dubijs suis virtute cuiusdam vestis, quæ dicebatur rationale vel pectorale: quæ erat vestis quadrata ad magnitudinem palmi vnius: & ponebatur in pectore summi sacerdotis colligata ꝑ cathenulas, & iũcturas fabrefactas in foramine q̃drato Ephod. Vnde dicitur, Portabit Aaron iudicium filiorum Israel in pectore suo: nec solum Aaron in sua persona hoc habuit, imo summi sacerdotes sui successores post ipsum multis sæculis illud idẽ faciebant, vsque ad Abiathar, cui dixit Dauid nõ semel. Applica Ephod. &c. Iterum. Olim sub lege summus sacerdos in omnibus ambiguis & dubijs rebus supremum iudicium habebat: sic vt nulli hominum liceret a sua sententia deuiare sub pœna mortis, sicut dicitur. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinem & sangui-

* Summus sacerdos legalis olim primis temporibus, multis modis certificabat populum.

* Exod. 28.

* 1. Reg. 23. & 1. Reg. 30.

* Deut. 17.

nem:cauſam & cauſam,lepram & non lepram:& iudicium intra portas tuas videris verba variari, ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit dominus deus tuus: veniesq; ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis:qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies quodcunque dixerint,qui præſunt loco, quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius:ſequeriſque ſententiam eorum,nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio,qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille: & auferes malum de Iſrael,cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Iterum. Olim ſub lege ſacerdos ſummus ad ſancta ſanctorum conſulebat dominum:audiebat voces eius. & accipiebat reſponſa: ob quod præceptum erat, vt ſummo ſacerdote ingrediente ſancta ſanctorum,nullus homo eſſet i exteriori tabernaculo,quod erat apud ſancta ſanctorum, tantum ne quis audiret,quæ ad ſummū ſacerdotē loquebat De us. Iterum. Olim ſub lege ſacerdos ſūmus per ſardonices,aut onychinos in Ephod poſitos certificabat populum iturum ad bellum de victoria,aut euentu rei:vt refert Ioſephus. At ſi ſūmus ſacerdos ille vmbraticus,ſub maledicto legis degēs,in ſanguine taurorū, hircorū,vitulorū,arietum,vaccęq; rufæ offerēs, ac pecudum aliarum,has tantas ac tales prærogatiuas habuit, vt per veſtes,per conſultationes, ac tandem per ſuas ſententias populū faceret certum de dubijs,& ſic certum, vt nō liceret alicui contra eius ſententiam deuiare:quanto magis nunc ſub euangelio ſummus ſacerdos noſter Roma

* Leuit.16.

* .2. Antiquitatum.

* Argumentū optimum a figura ad figuratum/ vel ſi maius a minori ad maius.

* Hebr.9.

nus pontifex in sanguine Christi offerens, a grauitate legis solutus, quando gratia, & pax per IESVM Christum facta est, & claues cœli in terra positæ sunt, meliores prærogatiuas etiam in negocio certificãdi populum habebit, melioris testamenti, melioriſque sacerdotij minister factus? Audacter, sed vere dico. Romanus Pontifex optime fecit, dum verba illa domini pro sacerdote summo Aaronico olim posita, etiam pro se sũmo sacerdote Christiano exposuit, dicens. Sane cum Deuteronomium lex secunda interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur: vt quod ibi decernitur, in nouo testamento debeat obseruari: locus enim, quem elegit dominus, apostolica sedes esse cognoscitur: cum enim Petrus vrbem fugiens exiuisset, volens eum dominus ad locum, quem elegerat, reuocare, interrogatus ab eo, Domine quo vadis? respondit. Venio Romam iterum crucifigi: quod intelligens pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reuersus. Sunt autẽ sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt. Is vero sup eos sacerdos, siue iudex existit, cui dominus ĩquit in Petro. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. Eius vicarius, qui est sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedech, constitutus a deo iudex viuorũ, & mortuorum: tria quippe distinguit iudicia. Primũ inter sanguinem, & sanguinem: per quod criminale intelligitur, & ciuile. Vltimum inter lepram & lepram: per quod ecclesiasticum, & criminale notatur. Medium inter causam, & causam: quod ad vtrunque refertur, tam ecclesiasticum, q̃ ciuile: in quibus cũ aliquid fuerit difficile, vel ambiguũ, ad iudiciũ est sedis aplicæ

* Ioan.1.
* Math.16.

* Deut.16.

* Extra. qui filii sint legitimi. c. Per venerabilẽ

* Math.16.

* Psal.109.

recurrendum:cuius sententiam qui superbiens contem pserit obseruare,mori præcipitur,idest per excommu nicationis sententiam velut mortuus a communione fi deliū separari.Iterum dicimus.Optime ꝓ se exposuit.

## CAP. XIII.

* Hieronymus 24.q.1.c.Hæc est fides.

Concludamus ergo pro Romano pontifice cum pul cherrimo dicto Hieronymi,dicamusq; nūc Paulo, qđ ille olī dixit Damasco.Hæc est fides Papa beatissime, quam in catholica didicimus ecclesia ,quāq; semper te-nuimus:in qua si minus perite,aut parum caute forte,a-liquid positum est, emendari cupimus a te,qui Petri se dem,& fidem tenes.Si autem hæc nostra cōfessio Apo stolatus tui iudicio comprobatur,quicunque me culpa-re voluerit,se imperitum, vel maleuolum,vel etiam nō catholicum,sed hæreticum comprobabit. Item Sancta Romana ecclesia,quæ semper immaculata permansit, domino prouidente,& beato Apostolo Petro opem fe-rente,in futuro manebit sine vlla hęreticorum insulta-tione,atque firma,& immobilis omni tēpore persistet.

* Agapto.
* In suggestio n equam Constā-tino imperatori scripsit a tota sex ta synodo vni-uersali venerabi liter accepta.

Agapto Papa ad idē inquit. Hęc Apostolica Christi ec clesia per dei omnipotentis gratiam a tramite Aposto licę traditionis nunquam errasse probatur,nec hæreti-cis nouitatibus deprauāda succubuit:sed vt ab exordio normam fidei Christianæ percepit, ab auctoribus suis Apostolorum Christi principibus illibata fide tenus manet secundum ipsius domini saluatoris dictam polli citationem,qua suorum discipulorum principi in sacris euāgelijs fatus est, Petre inquiens.Ecce Sathanas expe tiuit,vt cribraret vos sicut qui cribrat triticum:ego aūt pro te rogaui, vt non deficiat fides tua,&tu aliquādo cō uersus confirma fratres tuos.Consideret itaque vestra

* Luc.22.

tranquilla clementia, quoniam dominus, & saluator omnium, cuius fides est: qui fidem Petri non defecturam promisit, confirmare eum fratres suos admonuit: quod Apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse semper, cunctis est cognitum. Bernardus hoc nouit, qui ad Innocentium Papam sic scripsit. Oportet ad vestrum referri apostolatum pericula quæq;, & scandala emergentia in regno Dei: ea præsertim, quæ de fide contingunt. Dignum nanq; arbitror ibi potissimum resarciri damna fidei, vbi fides defectũ habere non posset. Hæc quippe prærogatiua est huius sedis: cui enim alteri dictum est, Ego pro te rogaui Petre, vt nõ deficiat fides tua? Aut quis vnquam Christianus istis venerabilib⁹ cõcilijs poterit nõ obedire: in quibus omnes maiores causæ ecclesiæ ad Romanã sedem deferuntur, tãquam ad tribunal supremæ & inuariabilis veritatis? Aut quis vnquam Christianus poterit nõ sentire cum his patribus nominatis, qui plenissimam fidem Romanæ determinationi exhibendam dixerunt, tanquam ei quæ nullatenus a laudata sua fide per Apostolum deficere queat. Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Cyrillus, Chrysostomus, Ireneus, Calixtus, Marcellus, Gregorius, Iulius, Sixtus, Eusebius, Innocẽtius, Cyprianus, Agapto, Bernardus, alijq; innumeri. Aut quem pudet fidelitũ cum his patribus diuinas scripturas intelligere, & iuxta suam interpretationem intellectum captiuare in obsequium Christi? Abeant qui contraria oggãniunt: & qui sordescit, sordescat adhuc.

* Bernardus.

Fides nõ potest habere defectũ i Romana sede.

Niceno⁹ & aliis supra positis ad primatũ Romani põtificis Art. 3. c. 4. 5. 6. 7. 8.

* Testes omni acceptione digni pro primatu Papæ & authoritate suæ sententiæ.

* 1. Corinth. 10.
+ Apocal. 22.

## CAP. XIIII.

Q uæret fortassis quispiam miratus, cur Deus optimus maximusque olim sub lege, ante tempus gratiæ,

& pacis, quæ per Iesum Christum facta est, populo pa
*Ioan.1. trum sic familiarissimus erat, vt consultus a quocun-
que, nec solum in rebus magnis, imo & in paruis, par-
uissimisq;, velut pro asina perdita, gallina, veste, aut ali
*Quare olī deus consultus etiā pro minimis rebus sensibiliter respōdebat/ nūc nō/nec pro magnis. quo huiusmodi, vel per sacerdotes, vel per prophetas
responderet, sæpeq; sua dicta miraculis confirmaret.
Quæret inquā quispiam miratus, cur Deus optimus
maximusque synagogam illam, domum quidem vm-
brarum, ac figurarum manifestis illis modis regeret,
& gubernaret: quum ecclesiam suā nunc suo sanguine
redēptam, non tali modo manifesto, sed occultissimo,
& insensibili regat, ac ordinet? Aut cur etiam non nūc,
sicut tunc consulitur a singulis: aut cur consultus etiam
in grauissimis non respondeat? Primum omnium illo
vno loco diuinarum scripturarū soluuntur: nec ista tan
tum, imo & cuncta similia, quæ de deo quæri possunt,
*Iob.11. quo dicitur. Si subuerterit omnia, vel in vnum coarcta
uerit: quis contradicet ei? vel quis dicere ei potest, cur
*Rom.11. ita facis? Quis enim cognouit sensum domini, aut quis
*Esaiæ.40. consiliarius eius fuit. Cæterū quia in diuinis scripturis
respōsum est, & Deus optimus in illis manifestauit: ibi
* Populus/ qui ꝓpter bona terræ seruiebat/ qualis esset/ si pro bonis huiusmodi responsa non accepisset. quęramus solutionē. Populi illius ruditas, imperfectio-
que, ac pronitas ad malum maxime idololatrię in causa
fuit, ne scilicet periret totus post idola currens. Cœpit
enim tūc imperfectus deo sub lege seruire: ac ob id de-
buit velut puer in multis releuari. Hinc est ꝙ ei promis
siones rerū temporalium, etiā bellorū victoriæ de ini-
micis triumphus, & miracula facta, responsaq; data, ac
tandem nonnullæ permissiones malarū rerum, quales
erant repudium vxorum, & vsura extraneorum, con-
*Gal.4. cessæ sunt. Paulus hoc nouit, qui dixit. Quanto tēpore

hæres paruulus est, nihil differt a seruo, cū sit dominus omniū, sed sub tutoribus, & actoribus est, vsq; ad prçfinitū tēpus a patre. Ita & nos cū essemus paruuli, sub elemētis mūdi huius eramus seruiētes. Nūc quęso quis humanorū prudens, ac misericors pater filijs suis in pueritia nō facile indulget, suas noxas cōdonat, & eos tandē modis omnibus possibilibus nūc blanditijs, nūc minis, terroribusq; ad bona virtutū trahit: quousq; ipsi sui iuris facti & sanæ mentis compotes effecti, quæ bona, & quæ mala: quæ minora, & quę maiora sunt, agnoscant: ac Deum optimū propter seipsum amare super omnia discāt? Sic igitur Deus maximus fidelē populum sub lege pressum, quasi puerū aliter duxit, quā nunc sub euāgelio quasi iam hominem factum ducat, tractetq;. Ille nanq; status quasi puerorū, & incipientiū erat; iste vero quasi virorū, ac pfectorū est. Ibi dicitur. Si feceritis hęc omnia, bona terræ comedetis: hic autem nulla de terrenis mentione habita, clamatur. Gaudete, & exultate: quoniā merces vestra copiosa est in cœlis. Beati pauperes spiritu: quoniā ipsorum est regnū cœlorū. Q ui nō renūciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrē, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Concludamus ergo, ac dicamus, illū populū antiquū quasi puerum oportuit miraculis, & responsis Dei etiam in rebus paruis, & paruissimis teneri: istum autem quasi iam hominem factum oportuit merito fidei relinqui: & non per minora, sed per maiora bona ad bonum infinitum adduci. Paulus dixit. Cum eram paruulus, loquebar

* Patres illi prioresq; capaces perfectionis legē acceperūt, quæ neminem duxit ad perfectum: vnde reprobatio fit prioris mādati. * Hebr. 7.

* Math. 5. * Si vis perfectus esse, vade, vende oia quæ habes, da pauperibus, veni, & sequere me. Matth. 19.

* Quatenus nō per bona tēporalia velut puer p pomū, sed per bonas virtutes ad optatā melioris promissionis terram traheretur oia terrena velut stercora arbitratus.

vt paruulus, ſapiebam vt paruulus: quum autem factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Auguſtinus quoq; Cum autem maiora maioribus, minora minoribus dantur: ab eo dantur, qui nouit ſuis temporibus generi humano congruentem exhibere medicinam. Similiter in primitiua eccleſia olim, quãdo cœpit eſſe populus Chriſtianus, multa miracula facta ſunt, multi loquebantur linguis, multique prophetabãt, quaſi nulla eſſet eccleſia particularis, quæ iſta dona omnia non haberet, præſertim donum prophetiæ, quemadmodum Paulus innuit. Philippus etiam diſcipulus, vel vt alij volunt, Philippus Apoſtolus ſeptem filias habuit prophetiſſas, quæ in virginitate perſeuerauerunt. Antiochiæ quoque erant aliqui viri prophetæ, quorum vnus famem temporibus Claudij Imperatoris futuram prędixit. Agabus etiam propheta erat: qui Paulum Pauli zona ligans, alligandum, vel perſequendum Hieroſolymis prænunciauit: quod & factum fuit. Poſtquam autẽ Chriſtiana fides radicata eſt, ac multitudine miraculorum confirmata: ceſſarunt illa omnia, & Eccleſia ſuis gradibus relicta eſt illuminanda, regendaq; Deo optimo maximoque inuiſibiliter aſſiſtente, ac principaliter mouẽte: quo plus meriti catholica fides habeat. Quid ergo? Perfecti ſimus, omnia huius ſæculi velut ſtercora arbitremur, nec ſollicitudinẽ illorum habeamus: & pro illis reſponſa non expectabimus: iterum. Fideles ſimus, verbo Chriſti credamus, quo præſentiam ſuã Eccleſiæ ſuæ promiſit, cui in magnis rebus fidei ſcilicet & morum diſponendis plenam authoritatem commiſit. Dixit enim. Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi. Sicut miſit me pater, ita ego mitto vos.

*1 Corint 14.

*Act.20.

*Act.11.

*Act.20.

*Math.28.

Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum. Quæcunq; ligaueritis super terrã, ligata erunt in cœlo: tandem Petro, & successoribus Petri in Petro. Pasce oues meas. *Math.18.

## *Articulus Quintus.*

## CAP. I.

ANTIQVISSIMA, ac vniuersalis consuetudo ecclesiæ ad religionem pertinens diuinã authoritatem habet: qua a nullo hominum tanquam mala, sed neq; tanquam falsa impeti queat. Apostolus adidẽ, quum doctrinã proposuisset, qua viros discooperto capite, fœminas vero nõ nisi velato capite orare, aut etiã prophetare doceret: aduersus quosdã contraria garrientes dixit. Si quis autẽ videtur contentiosus esse, nos talẽ cõsuetudinem nõ habemus, neq; ecclesia Dei. Ecce quod in confirmationẽ doctrinæ suę sicut alibi sæpe miracula, ita hic cõsuetudinẽ ecclesiæ adducit: quod vtiq; non faceret, nisi illam, diuinã authoritatem habere, & apud Christianos sufficiẽter probare nouisset. Verũ quia locus iste Pauli & aduersus cõtendentes, & aduersus contraria facientes interpretari potest, vt intelligatur, vel quòd ecclesia Dei nõ habeat cõsuetudinẽ contẽdendi, vel cõsuetudinẽ cõtraria faciẽdi, hoc est, vel q̃ in ecclesia Dei fideles nõ cõtendant, aut q̃ in ea mulieres non orent discooperto capite, quemadmodum & sancti patres ex hoc loco ambos hos sensus accipiũt: oportet alia loca diuinarũ scripturarũ quæramus, interim contenti

* Generalis consuetudo ecclesiæ præsertim antiquissima diuinã authoritatem habet.

*1.Corint.11.

* Quæcunq; fuerit ista consuetudo ecclesiæ manifestũ Pauli ipsam allegasse.

q̃ sancti patres istum etiam sic intelligant, quasi Apostolus in eo ex cõsuetudine ecclesiæ probet: siue illa consuetudo sit non contendi, siue non faciendi contrariũ.

*1. Corint. 11. Paulus post multa in scriptis Corinthijs tradita eisdem tandem dixit. Cætera autem, quum venero, disponã. Iterum discipulo suo inquit. Huius rei gratia reliqui te

*Tit. 1. Cretæ vt ea quæ desunt corrigas. At quæso, quæ, aut vbi sunt, quæ Paulus veniens solo verbo apud Corinthios disposuit, & Titus apud Cretenses correxit? Aut

Alias Cretas. forta ssis illa omnia solo verbo tradita non obseruanda sunt, velut si scripta forent? Absit. Sunt quippe venerãda, obseruãdaq; iterum. Aut illa a Tito correcta nobis negligenda, seu omittenda erunt? Nequaquam. Diony

Cap. 1. sius Pauli discipulus ad idem in De ecclesiastica Hierarchia testatur præceptores Apostolos multa partim scriptis, partim non scriptis nobis tradidisse. Augusti-

*Habetur dist. 11. c. Ecclesiasticarum. nus ad idẽ. Ecclesiasticarum institutionũ quasdam in scriptis, quasdam vero Apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus. Dama-

Lib. 4. c. 4. scenus pro eodem in sententijs ait. Non scripta est traditio Apostolorum: multa enim non scripta nobis tradiderunt. Idem pro eodem in De fide orthodoxa ad

Lib. 4. cap. 17. imaginum adorationẽ inquit. Est non scripta hæc traditio, velut secundũ orientem adorare, & crucem adorare, & his similia: infra. Quoniam autem plurima san-

Polycarpus quoque Ioannis apostoli discipulus testatur apostolos multa solo verbo tradidisse. cti Apostoli & non scripta tradiderunt, scripsit Paulus gentium Apostolus. Ergo fratres state, & tenete traditiones, quas edocti estis, siue per sermonẽ, siue per epistolam nostram: & ad Corinthios. Laudo autẽ vos fratres, quoniã omniũ meorũ meministis: & sicut tradidi vobis traditiones, tenetis. Cæterũ fore semper Apo

ſtolorum traditiones a cunctis fidelibus ſumma cū veneratione obſeruandas, Paulus docuit: qui dixit. Itaque fratres, ſtate, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. Non enim his verbis ea, quæ ſolo ſermone minus, quā ea quæ etiā ſcripto tradidit, obſeruari voluit: imo ea omnia æqualis obſeruantiæ digna eſſe teſtatur. Chryſoſtomus ex hoc verbo ad idem in commentarijs ait. Hinc patet, q̄ non omnia per epiſtolam tradiderint: ſed multa etiam ſine literis. Eadem vero fide digna ſunt tam illa, quàm iſta. Itaq; traditionē quoq; eccleſię fide dignā putamꝰ. Traditio eſt, nihil quęras amplius. Athanaſius quoq; in cōmentarijs ſuis, quæ quidā Vulgarij dicūt, ad idē inquit. Hinc ſane pſpicuū eſt, pleraq; Paulū ſine ſcriptis ſermone dūtaxat, hoc eſt viua voce nō epiſtolis ſolū his tradidiſſe. Nō enim ſecus illa atq; hæc fide ſunt digna. Et quid multa ex patribus adducere opus eſt? Fides, natura ipſa, communeq; omniū hominū iudiciū docent, nō minoris authoritatis eſſe Pauli dicta, quā eiuſdem Pauli ſcripta. Sicut enim ſcripſit diuinitus inſpiratus, ita loquutus fuit diuinitus edoctus. Nāq; & cōſtāter dixit. An experimētū vultis eius, qui in me loquitur Chriſtus? Nunc rogo, cuius, qualis, aut quantæ authoritatis erunt illa ab Apoſtolis ſolo verbo tradita? Vtique diuinæ, ſicut & diuinæ ſunt, quę ipſi ſcripto tradiderunt. Sic autem iam conſuetudo generalis totius eccleſię antiquiſſima diuinam authoritatem habet. Monſtratur, quia omnis talis ab Apoſtolis inducta fuit. Auguſtinus ad hoc in De baptiſmo contra Donatiſtas ait. Quā conſuetudinē credo ex Apoſtolica traditione veniētē: ſicut multa nō inueniuntur in literis eorum, neq; in concilijs

*1.2. Corint. 13.

*Auguſtinus, lib. 2. c. 7.

*Idē ad Ianuarium & habetur. Diſt. 12. c. illa.

*Idē etiā in De baptiſmo contra Donatiſtas. lib. 5. c. 23.

posterorum, & tamẽ quia custodiuntur per vniuersam ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita, & commendata creduntur. Hieronymus ad idem in commentarijs inquit. Apostolica autem traditio est, quæ in toto mundo prædicatur. Ecce ij tanti viri Augustinus, & Hieronymus ingenue fatentur, esse huiusmodi generales consuetudines non nisi ab Apostolis introductas. Quia ergo illæ Apostolorum sunt, optime in articulo diximus, eas diuinam authoritatem habere.

* 2. Thess. 2.
* Hieronymus.

## CAP. II.

* Omnis generalis cõsuetudo ecclesiæ cuius principiũ nonscitur, optime ab apostolis introducta creditur.

Quod si dixerit quispiam, non omnes tales ecclesiæ cõsuetudines esse ab Apostolis habitas. Respõdemus, imo nisi actores alij earum assignentur, optime ipsę ab Apostolis æditę credũtur. Nãq; a quo alio, nisi ab Apostolorum aliquo, ab antiquissimo tẽpore, ac in tota Dei ecclesia consuetudo aliqua religionis Christianæ ortũ habere potuit? Nequaquã. Non enim admitteret illam consuetudinem ecclesia illa primitiua, quæ Apostolos habebat magistros, nisi aut ab ipsis magistris suis traditã, aut ab aliquo loco suis miraculis confirmatã agnosceret. Neque potuit huiusmodi consuetudo in tota illa ecclesia obseruata ad patres non venisse, Apostolos inquam in carne viuentes, qui totum mundum suis personis lustrarunt, ac toto mentis nixu quæ obseruabant fideles vbique terrarum dispersi, scire curarunt. Nouit Paulus prauas Corinthiorum, Galatarum, Ephesiorumque, ac aliorum consuetudines: sed nec pertulit, imo statim reprehendit, etiam illas, quæ non ita graues videbantur: qualia sunt, mulieres orare in ecclesijs discooperto capite, ibi non tacere, & similia. At qui

* Non potuit generalis consuetudo tempore apostolorũ inducta, ab apostolis ignorari.

Paulus quas prauas cõsuetudines induci nouit, statim reprehẽdit: nõ dubium quin alij apostoli tantũdem facerent.

has, & horum prauas consuetudines nõ est passus obseruari: quomodo alias, & aliorum fieri ferret? Minime. Age quia certum est, vt monstrauimus, Apostolos domini nonnulla nobis solo verbo tradidisse, ac per consuetudines Ecclesiarum ad nos transfudisse: si quis contendat, non omnes generales, & antiquas consuetudines Ecclesiæ ab eis ad nos deuenisse: disputationis gratia demus illud, & veniamus ad rem. Rogo, quis non videt quòd si aliquæ consuetudines huiusmodi tanquam ab Apostolis habendę sunt: similiter & omnes tales quasi ab eis æditæ obseruari debent? Alias quæ maior erit de vna: quàm de alia ratio? Quia ergo cunctarum similium par est iudicium: & non omnes excludere possumus: ne Apostolicas pellamus, necessum est omnes admittamus, obseruemusque. Diuina scriptura ad idem clamat. Qui diligit periculum, peribit in illo.

* Art. præsenti. cap. primo.

* Pulchra ratio cõtra proteruos.

* Ecclesiast. 3.

## CAP. III.

HABET vniuersalis totius Ecclesiæ consuetudo antiquissima, vnde alias diuinam authoritatem habere monstretur, eo scilicet, quòd in tota Dei ecclesia obseruatur. Ad hoc sunt primum illa omnia quæ superioribus articulis ex diuinis scripturis, & sanctis patribus pro tota Dei Ecclesia, & vniuersali concilio adduximus. Quum enim ea in suis determinationibus errare nequeant, vt fuit ostensum: manifestum est, quòd neque in suis consuetudinibus præsertim generalibus errare poterunt. Vniuersalis stat domini sententia. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Non dicit. Non præualebunt aduersus eam in suis determina

* Habet omnis talis consuetudo diuinã authoritatẽ etiã aliũde.

* 3. & 4. per multa.

* Math. 16.

tionibus, vt sic inferorũ portis maneret locus, quo aduersus ecclesiam in suis consuetudinibus pręualere possent; sed simpliciter, absolute, vniuersaliter, & sine restrictione, aut determinatione aliqua dicit. Et portę inferi non prævalebunt aduersus eam: vt sic Dei ecclesiã omnino liberam, immunemque, ac firmam in omnibus suis crederemus. Aut quid referret, ecclesiã ex vna via insuperabilẽ esse: si ex alia superari, ac expugnari ab inferorum portis posset? Nihil. Optime ergo dicimus, quę ibi posita sunt, hanc nostram præsentem veritatem probant. Augustinus pro eodem ad Casulanum presbyterum dixit. In his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt: & sicut prævaricatores diuinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. Chrysostomus ad idẽ circa illud Pauli, Itaq; fratres state, & tenete traditiones: in commentarijs suis inter alia ait. Itaq; traditionem quoque Ecclesiæ fide dignam putamus. Traditio est: nihil quęras amplius. Athanasius, seu Vulgarius ad idem circa illud Apostoli. Si quis autem videtur cõtentiosus esse, nos talem consuetudinem nõ habemus, neque Ecclesia Dei, inquit. Ad verecundiam igitur auditores hæc dicta compellunt, ne quid prẽter Ecclesiæ consuetudinẽ factitent. Leo sanctus, & doctus in quodam sermone ad idem dixit. Dubitandum non est dilectissimi, omnem obseruantiam Christianam eruditionis esse diuinę: & quicquid ab Ecclesia in cõsuetudinem est deuotionis receptum, de traditione Apostolica, & de sancti spiritus prodire doctrina, qui nũc quoq; cordibus fideliũ suis prẽsidet institutis, vt ea omnes, &

* Ecclesia simpliciter & absolute firma dicit, quatenus sic tã in determinationib⁹, quã in cõsuetudinibus certissima omnino credatur.

* Augustinus. Dist. 11. c. In his.

* Mos autẽ est longa cõsuetudo de moribus tãtã modo tracta.

9. 2. Thes. 2.

* Athanasius. 1. Corint. 11.

* Leo De ieiunio Pentecostes.

obediẽter custodiãt, & sapienter intelligãt. Cassianus ad idem ait. Oportet nos authoritati patrũ, cõsuetudi niq; maiorũ vsq; ad nostrũ tempus per tantã annorum seriem protelatę, etiam non percepta ratione credere, eamq; vt antiquitus tradita est, iugi obseruãtia, ac reuerentia custodire. Isidorus ad idẽ dixit. Consuetudo autẽ est ius quoddã moribus institutũ, quod pro lege suscipitur, dũ deficit lex. Neq; est ignotũ, ius in sua proprietate sumptũ hęc duo cõtinere: ac in ea quasi in duas suas proprias species diuidi, legẽ scilicet, & consuetudinẽ. Iantũ in his differẽs, q̃ lex ius scriptũ, consuetudo autẽ ius nõ scriptũ, sed solũ moribus vtentiũ custoditũ nominat. Iura omnia & canonica, & ciuilia hæc nouerũt: quę secundũ statuta, & cõsuetudines locorũ iudicari præcipiũt. Panormitanus quoq;, qui circa rubricã de cõsuetudine incunctãter docuit, posse eũ arbitrũ secũdũ cõsuetudinẽ pronũciare, in quẽ a partibus cõpromissum foret, vt valeret secundũ ius causã terminare. Sic autẽ manifestum est, consuetudinem illam, quam tota obseruat Ecclesia, diuinã authoritatẽ habere: sicut lex illa diuinę authoritatis esset, quam tota ipsa ecclesia sine discrimine constituisset. Pius Papa ad hoc dixit. Quia vis legis ex consensu resultat: consensus autem minor non inest consuetudini, quàm legi scriptę. Nam consuetudinẽ lõgus, & approbatus vsus inducit. Quæ nullius impedimenti clamore diuino magis quàm humano videtur recepta consilio. Leges autem quanuis Dei nutu decerni credãtur: sæpe tamen, vel populi, vel senatus magna parte dissentiente traduntur. Ob quam rem non minus plectendus est vetustæ consuetudinis, quàm scriptæ legis prævaricator. Hæc ille.

* Col. 21. c. 18.

* Isidorus Etym. lib. 5.

* Habetur Dist. 1. c. Consuetudo. Inst. de iur. nat. §. Constat.

*, c. 3. de eo / qui mit. in pos. & c. Illa. 12. Dist. in l. An in totũ. C. de offi. pri.

* Idẽ Anto. in c. Quinta vallis, de iureiu.

* Quicquid sit de lege ciuili / lex ecclesiastica nõ pendet a consẽsu populi: quia potestas spiritualis / qua ponitur / nõ a populo / sed a Deo ecclesiæ i co principi data est: & de hoc late diximus contra Lutherũ, art. 27.

1.2.q.97.art.3. Thomas ad idem optime dixit. Omnis lex proficiscitur à ratione,& voluntate legislatoris. Lex quidem diuina,& naturalis à rationabili Dei voluntate:lex autem humana a voluntate hominis ratione regulata. Sicut autem ratio & voluntas hominis manifestantur verbo in rebus agendis:ita etiam manifestantur facto:hoc enim vnusquisque eligere videtur vt bonum,quod opere implet. Manifestum est autem, q verbo humano potest & mutari lex,& etiam exponi,in quantum manifestat interiorem motum, & conceptum rationis humanæ. Vnde etiam & per actus maxime multiplicatos, qui cõsuetudinem efficiunt,mutari potest lex, & exponi:& etiam aliquid causari,quod legis virtutem obtineat:in quantum scilicet per exteriores actus multiplicatos interior voluntatis motus,& rationis conceptus efficacissime declaratur. Cum enim aliquid multotiens fit, videtur ex deliberato rationis iudicio prouenire:& secundum hoc consuetudo & habet vim legis,& legem abolet,& est legum interpretatrix. Hæc Thomas. Multa ad idem hic a nobis dicenda erant, quæ quia infra dicturi sumus ex parte, quando de Ecclesiastica traditione copiosiorem facturi sumus sermonem: modo de his satis.

* Consuetudo quodãmodo lex est: & omnino vim legis habet.

* Consuetudo legũ interpres.

Lib.2.art.vnico.

## CAP. IIII.

CONCLVDAMVS ergo cum pulcherrimo dicto Chrysostomi,& dicamus. Itaq; traditionẽ quoq; Ecclesię fide dignã putamus. Traditio est:nihil quęras amplius. Hæc ille super Apostolum. Augustinus ad idem in De fide Christiana ait. Catholica ecclesia per orbem terrarũ diffusa tribus modis probatur existere. Quicqd enim in ea tenetur, aut authoritas est scriptu-

* Chrysostomus 2.Thes.2.

* Habetur. Dist. 11.c.Catholica.

rarū, aut traditio vniuersalis, aut certe propria, & particularis institutio: sed authoritate tota constringitur, vniuersali traditione maiorum nihilominus tota: priuatis vero constitutionibus, & proprijs informationibus vnaquæque pro locorum varietate prout cuiq; visum est, & subsistit, & regitur. Idem pro eodem aduersus eos, qui consuetudinem ecclesiæ negauerint, quasi eo fidem perdiderint, & toti ecclesiæ non parum detrimenti attulerint, inquit. Ecclesiasticarum institutionū quasdam in scriptis, quasdam vero Apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus: quasdā vero consuetudine roboratas approbauit vsus: quibus par ritus, & idem vtriusq; pietatis debetur affectus. Vnde (hoc est de quo ritu, vel obseruātia) quis vel aliquantulū sacrarum expertus scripturarum hæsitauerit? Si enim attenderimus consuetudines ecclesiæ non per scripturas à patribus traditas nihil æstimare: quantum religio detrimenti sit latura, intentiue inspicientibus liquido cōstabit. Quæ enim (vt inde exordiamur) scriptura salutiferæ crucis signaculo fideles docuit insigniri: vel quæ tripharia digesta super panē, & calicem prolixę orationis, vel cōsecrationis verba cōmēdauit? Nam nō modo quod in euāgelio cōtinetur, vel ab Apostolo quod est insertum secretis dicimus: sed & alia plura adijcimus magnam quasi vim commendantia mysterijs. Quæ orientem versus nos literarum orare forma docuit? Benedicimus fontem baptismatis oleo vnctionis. Huic accedit quòd ter oleo inungimus, quos baptizamus: verbis abrenunciare Sathanę, & Angelis eius informamus. Vnde & hęc, & alia in hunc modum non pauca, nisi tacita ac mystica traditione à patribus

* Augustinus in lib. ex dictis Basilii.

* Plurimā detrimenti Christiana religio latura erit, si solas scripturas, & nequaquā traditiones alias solo verbo cōmendatas acceperit.

ecclesiastico more, ac reuerētiori diligentia, sunt in ministerijs obseruata magis silentio, quam publicata scripto? Hæc Augustinus. Thomas Vualdeñ. ad idem dixit. Necesse ergo habent scrutatores dubiorum fidei vltra literam scriptæ legis aliquid accipere ab instructione maiorum suorum: quo sensu scripturam ipsam patres sciunt ecclesiæ spiritum sanctum infudisse scriptoribus. Hac ratione sermones Apostolorum nō scriptos, & traditiones eorum non scriptas commendat, & seruat ecclesia: qui omnes si scripti essent, essent de canone scripturarū. Putasne sermones illos, quos tot diebus prædicauit Paulus Athenis debere esse abiectos, & quos prædicauit quotidie in synagogis Iudęorum: & iterū multis diebus Ephesi, & finaliter Romę? Et quāuis morticina pellis sub atramento ipsos nō contineat, credis ꝙ ipsos quos spiritus sapiētię, & intellectus tam elimatos linguę coaptauit Apostoli, non incorporasse iam scripturę perpetuę bonorum, vbi scriptura verissime est? Et quanuis cœlū, & terra, & omnes corrupti libri transierint: verba Christi non transient. Horū credo maiorem partem per traditiones, & successiua documenta patrum adhuc ecclesia catholica thesaurizat. Hæc ille.

• Thomas Vualden. tomo priori lib. 2. art. 2. c. 23.

* Math. 24.

## CAP. V.

Placet quod quidam asserunt, tātam vim esse cōsuetudinis, roburq;, ac vigorē, vt valeat ipsa nō solum positiuā legē abolere, imo & naturalē distinguere, limitare, augereq;. Placet inquā horum assertio si quoad naturalem legem, seu diuinam nō simpliciter, & absolute vt ponitur: sed cum determinatione, & in casu intelliga

* Placet / si bene itelligatur quod dicitur.

* Cōsuetudo valet distinguere / limitare / augereq; nō solū positiuā legē / imo & naturalem.

tur. Nanq; prima principia humanę vitę, seu practica, seu speculatiua cunctis & in veritate, & in bonitate notissima, humana consuetudo nequaquā alterare valet: sicut nec illas conclusiones, quæ necessario, ac euidēter ex illis manifestis principijs deducuntur. Alia vero, hoc est particularia principia, aut conclusiones, quæ particulares casus respiciunt, & ex variatis circunstātijs possunt bene vel male fieri, ac in damnum, vel commodū personæ, vel Reipublicæ euenire: non dubium quin possit consuetudo, quemadmodum & humana lex iuxta dictamen rationis ordinare. Panormitanus post Innocentium in De cōsuetudine ad idem ait. Certum est autem quòd ius positiuum etiam ciuile quā doq; distinguit ius diuinum: nā regula illa iuris diuini. In ore duorum vel trium stat omne verbum: reperitur limitatum per ius ciuile, & canonicum: quia in multis casibus requiruntur plures testes, & in aliquibus pauciores. Item illud prę ceptum generale. Non occides, reperitur variis modis limitatum: nam etiam in multis casibus hodie permissum est occidere, qui non sunt expresse prohibiti in iure diuino: facit cap. pro humani. de homicid. Vnde ait. Conclude, quòd vbi ratio naturalis suadet ius diuinum distingui, & limitari: tunc transgressio non inducit peccatum: quod & prę sumitur hoc voluisse ipsum Deum, cum noluerit omnes casus distinguere: sed dedit regulas generales, & potestatem generalem tribuit vicario suo, vt Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. Sed vbi nulla ratio naturalis suadet ipsum ius diuinum mutari, seu limitari: tunc nulla lex, nulla consuetudo valet. Thomas ad idem dixit. Lex naturalis potest in-

* Panormitanus post Innocentiū. Cap. final.

* Vt. 2. q. 4. in. c. 1 & no. in. c. Licet vniuersis de test. & in. c. Cū esses de testam.

* Lib. 6. & C. Quando li. sine iud. se vin. l. 1. & 2. cū aliis si.

* Math. 16. * 24. q. 1. Quodcunq;.

* 1. 2. q. 94. art. 5.

telligi mutari dupliciter: vno modo per hoc q̃ aliquid ei addatur: & sic nihil prohibet legẽ naturalẽ mutari: multa enim supra legẽ naturalem superaddita sunt ad humanã vitam vtilia, tam per legẽ diuinã, quam etiam per leges humanas. Alio modo potest intelligi mutatio legis naturalis per modum substractionis: vt scilicet aliquid desinat esse de lege naturali, quod prius fuit secundum legẽ naturalem: & sic quantum ad prima principia legis naturæ, lex naturæ est omnino immutabilis: quantum autem ad secunda præcepta, quæ diximus esse quasi quasdam proprias cõclusiones propinquas primis principijs, sic lex naturalis non immutatur, quin vt in pluribus sit rectũ semper quod lex naturalis habet. Potest tamen mutari & in aliquo particulari, & in paucioribus propter aliquas speciales causas impedientes obseruantiam talium præceptorum. Hæc ille. Exemplum ad idem est. Apud omnes enim hoc rectum est, & verum, vt secundum rationem agatur: ex hoc, quasi ex primo sequitur, vt quod suum est, cuiq; tribuatur: iterum ex hoc, quasi ex secundo deducitur, vt deposita suis dominis reddantur. Verum quia ad particularia veniendo non est bonum reddere depositum, quando eo reddito scitur inde malum aliquod oriturum optima esset lex humana, quæ prohiberet reddi depositum furioso, quo se vel alium interimat. Similiter & naturalis lex vult, vt quod meũ est, meũ sit, & ad nullũ aliũ sine mea culpa, aut sine mea voluntate transferatur: tamẽ propter odia, & lites vitãdas, humana lex optime ius præscriptionis bonæ fidei cõcessit. Quid ergo? Concludamus cum his doctoribus, alijsq; innumeris, magnam vim cõsuetudinis esse, velut eius quæ possit naturalem

*Prima principia legis naturæ mutari nequeũt.

*Secunda principia legis naturæ, quæ sunt quasi conclusiones quædam ex primis principijs deductæ in aliquo particulari mutari possunt.

*Pulchra exempla ad idem.

legem distinguere, limitare, augereque, ac interpretari modo statum exposito. Quod si hæc possunt sæculares cõsuetudines, sæculares leges, ac sęculares principes qui a sæculari republica tantum sęcularem potestatem accipiunt: quanto magis hoc idem habebunt ecclesiasticę consuetudines, ecclesiasticę leges, ecclesiasticusque princeps: qui non a republica, sed a Deo immediate sibi in Petro dicente, Pasce oues meas, ecclesiasticam potestatem accepit? Quid ergo? Clamemus cum Chrysostomo sanctissimo, doctissimo, & antiquissimo, ac dicamus. Itaque traditionem quoque ecclesiæ fide dignã putamus. Traditio est: nihil quæras amplius. O verbũ Christianum. Clamemus cum Augustino cõtra Manichęos dicente. Palam est, ꝙ in re dubia ad fidem valeat authoritas ecclesiæ catholicæ, quæ ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum vsque ad hodiernum diem succedentium sibimet episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur. Multa alia quæ ad authoritatem ecclesiasticæ traditionis pertinent, infra ponũtur.

* Chrysostomus super Paulum. 2. Thes. 2. Lib. 2.

* Augustinus.

Lib. 2. Art. vnico

## *Articulus Sextus.*

### CAP. I.

SEntentia conformis sanctorum doctorum diuinam authoritatem habet, sic vt contra eam in rebus religionis nulli hominũ liceat quicquam determinare. Hic eos sãctos doctores intelligimus, quos ab antiquo obseruat ecclesia, Irenęum Archiepiscopum Lugduneñ. Hilarium episcopum Pictauorum, Cyprianum episcopũ Carthagineñ, Cyrillum episcopũ Alexãdriæ, Chrysostomum Archiepiscopum Constantinopolitanum,

Cõformis sententia sanctorũ doctorũ diuinã authoritatẽ habet.

* Qui sunt doctores sancti, de quibꝰ loquimur.

Basilium Archiepiscopum Cesarieñ. Athanasium episcopum Alexandrinum, signanter quatuor doctores ecclesię, Gregorium Papam, Augustinum episcopũ Hipponeñ. Ambrosium Archiepiscopum Mediolaneñ. ac Hieronymũ sanctę Romanę ecclesię presbyterum. Intelligimus etiam & multos alios: quos narrare longissimũ esset, & fortassis tędiosum: ob quod eos innominatos, sed tamẽ omni reuerẽtia dignos manere volumus. Saluator noster hoc docuit, qui ijs patribus in Apostolis dixit. Vos estis lux mundi. Vos estis sal terrę: iterũ. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: iterũ. Sicut misit me pater, ita ego mitto vos. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittũtur eis: iterum. Quęcunq; ligaueritis super terram, ligata erunt in cœlo. Et quęcunq; solueritis super terram, soluta erunt in cœlo. An forte hęc non sunt dicta istis patribus in Apostolis? Absit. Sũt quidem, quia nõ personæ, sed officio, non ad vtilitatẽ personæ, sed ad vtilitatem ecclesiæ concessa sunt. Paulus hoc docuit, qui ecclesiasticam potestatem non in destructionẽ, sed in ędificationem sese accepisse dixit. Cuius rogo ædificationem nisi ecclesiæ, quæ ædificatur vt ciuitas? Paulus inquam hoc docuit, qui vnicuiq; dare manifestationem spiritus ad vtilitatem, quique tandem gradus ecclesiæ, ecclesiæ propter ecclesiam datos asseruit: quatenus scilicet ipsã illuminarent, regerentq;. Sic autem quum ij patres fuerint animarum pastores, ac rectores ecclesiarum, in loco Apostolorum succedentes episcopi ordinati: manifestum est eos in Apostolis eã potestatem accepisse, quã ipsi Apostoli ꝓpter ecclesiam, & vt in ecclesia duraret, acceperũt: potestatẽ scilicet, authoritatẽq; illuminãdi,

*Math. 5.

*Luc. 10.
*Ioan. 20.

*Math. 28.

*1. Corint. 10. & 13.

*1. Corint. 12.
*Ephes. 4.

* Dist. 21. c. In nouo.

ac regendi eccleſiam Chriſti. Paulus non aliunde q̃ ex iſta ratione epiſcopis Epheſi dixit. Attendite vobis & vniuerſo gregi: in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Q uçſo quando, aut vbi epiſcopi illi Epheſi a ſpiritu ſancto poteſtatem eccleſiaſticam acceperunt: niſi quando, aut vbi ea Apoſtolis conceſſa fuit, per quos a ſpiritu ſancto ad alios epiſcopos deriuata eſt? Quia ergo (Paulo teſte) cæteris Epiſcopis eadem poteſtas in Apoſtolis data eſt: cæteris epiſcopis etiam in Apoſtolis omnia illa verba dicta ſunt: tum quia ſimul, ac ſimiliter ponuntur: & non eſt maior ratio de iſtis q̃ de illis: tum quia & illa omnia nihil aliud faciunt, niſi q; ea quç poteſtatis, authoritatiſq; eccleſiaſticæ ſunt, explicãt: cuius eſt ſacramenta a Chriſto inſtituta miniſtrare, populumq; eius in fide, & moribus dirigere, gubernareq;. Paulus ad iſtam manifeſtã veritatẽ pro authoritate ſanctorum doctorũ doctoratũ quaſi ſpiritus diſtinctũ donum. & doctores quaſi gradum diſtinctum eccleſiç, in ea pro ea illuminanda poſitos dixit. Nanq; inquit. Et ipſe dedit quoſdã quidẽ Apoſtolos, quoſdã aũt prophetas, alios vero euangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores. Vides hic doctores ab Apoſtolo in diſtincto gradu nominari, quẽadmodum, & Apoſtolos, & euangeliſtas: audi quid ſtatim ſequatur. Ad conſũmationẽ ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti: vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ. Ecce ad quid gradus huiuſmodi etiam, &

* Act. 20.

* Sicut poteſtas eccleſiaſtica Apoſtolis & in Apoſtolis qui eorum loco ſuccedunt, data eſtuita verba alia ad poteſtatẽ huiuſmodi factientia apoſtolis & in apoſtolis ſuis ſucceſſoribus data ſũt.

* Epheſ. 4.

* Gradus doctorũ diſtinctus eſt a gradu paſtorũ & apoſtolorũ: licet quidã multa dona habuiſſent quibus ſimul fuerunt, apoſtoli, euãgeliſtæ, doctores & paſtores &c.

doctores in ecclesia positi sunt, vt non circumferamur omni vento doctrinę, nec fluctuemur. Quid ergo? Vtique doctores sancti audiendi sunt: non audiuntur autē, nisi suæ conformi sententiæ stetur, obediaturque. Idē pro eodem. Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia, primum Apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nūquid omnes Apostoli? nūquid omnes prophetę? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam habēt curationum? nunquid omnes linguis loquūtur? nunquid omnes interpretantur? Ecce q̄ Paulus doctoratum nominat, ac quasi distinctum ab alijs donis annumerat, asserens non omnes eū habere, sicut nec Apostolatū. Quid clarius? Aut fortassis dixerit quispiam, hos patres nominatos, Augustinum, Ambrosium, Hieronymum, Gregorium, Irenæum, Cyprianum, Hilarium, Cyrillum, Chrysostomum, Athanasium, alioſq; similes, illum doctoratū non habuisse, quem Apostolus expressit? Quis sic insaniat? Nam si ij non, qui alii a tempore nascētis ecclesiæ vsq; nunc credi possunt illum doctoratum habuisse: quum isti super omnes quos nouimus, vita, ac eruditione sint in toto orbe notissimi? Si vero ij sic, vtique ipsi qui a Deo in ecclesia pro ea regēda positi sunt, proculdubio audiendi sunt maxima cum reuerētia, obedientiaque. Chrysostomus hanc graduum distinctionē contemplatus ad idem dixit. Deus alios voluit esse doctores, alios discipulos. Si autem omnes omnia scirent, doctor necessarius nō erat: & ideo esset ordo rerum cōfusus. Nam ad eos quidē quos voluit esse doctores, sic

*1. Corint. 12.

Probat / docetq; hic Apostolus / doctoratum gradum esse dictū.

In quibus post apostolos ac discipulos domini / istū gradū fuisse / maxime cōcedēdum sit.

* Chrysostomus super Matth. homel. 44. operis imperfecti.

dixit per Esaiam prophetam. Loquimini sacerdotes in cordibus populi: ad eos, quos voluit discendo cognosce re mysteria veritatis, sic dicit in Cantico. Interroga patrem tuū, & dicet tibi, presbyteros tuos, & annunciabūt tibi. At si ij patres nominati, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, Chrysostomus, Cyprianus, Athanasius, Cyrillus, & cæteri non: qui alij sunt presbyteri nostri, quos pro rebus religionis in scripturis nō ex presis interrogare debemus? Audacter sed vere dico. Nulli. An fortassis maioris eruditionis, auscultationisq; erant illi p̄sbyteri synagogę olim a subditis interrogandi, q̄ fuerint ij nostri p̄sbyteri eccl'ię? Nequaquā. Ij sūt patres, quos noīe eccleſię indicauit Christus p correcti one fratris dicēs. Dic eccl'ię: q; si eccleſiā nō audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Aliā enim ibi itellige re, nō sane intelligitur: quū tota eccleſia formalis, & p pria, hoc est collectio fidelium non possit totiens conue nire, quotiens peccantem fratrem ad eccleſiam adduce re oportet: nec eccleſia materialis valeat delinquentem monere, neq; sese non audientem punire. Quid ergo? Vtiq; in illo loco per eccleſiam optime patres eccleſiæ, qui nobis prę sunt, quasi personę cōmunes, capita, & principes aliorum intelligendi sunt: quia ij in virtute, ac repręsentatione, & potestate eccleſia sunt, adiri a denūciantibus, & punire criminosos, causas omnium faciliter tractare, ac tandem determinare, finireque valent. Vere dico, qui in illo loco aliud per eccleſiam intelligit, & peccata fratrum impunita, & peccatores fratres incorrigendos manere, ac schismata quotidie in eccleſia suscitari vult. Nam quomodo potest singulis diebus, ne dicam singulis horis tota eccleſia congregari, vt denun-

* Deut. 32.

* Math. 18.

*Nomine eccleſiæ in hoc loco patres eccleſiæ singillatim intelliguntur, nō tota eccleſia ipſe, nec eccleſia in concilio: quia ista aut nō possunt congregari, aut non totiens quotiens opus est: hanc intelligentiā tenet tota schola patrū 4. sent. dist. 19. & de hoc infra, lib. 3. disput. 4.

ciantes audiat, & delinquentes moneat, aut puniat? Aut si totiens congregetur, quomodo sine tumultu aut dissensione id fiet? At si ij sunt, vt reuera sunt, qui nomine ecclesiæ in illo domini dicto intelliguntur, & suo tempore a suis subditis audiendi erant: quomodo nunc non audiendi erunt, præsertim in ea sententia, quam cõformiter ipsi omnes quasi per vnum firmauerint? Hic omnes homines, & omniũ hominum iudicia voco, rogoque cunctos, audiant me, & respõdeant mihi. Si nunc-nunc omnes ij patres, vel eorum bona pars, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, Irenęus, Hilarius, Cyprianus, Basilius, Cyrillus, Athanasius, Nazianzenus, Chrysostomus, Damascenus nostris temporibus viuerent, & aliquo loco conuenirent res religionis fidei, aut morum tractaturi: nonne quod ipsi cogniti, & noti fama, vita, eruditione, & sanctitate determinarent, tota ecclesia statim determinaret? quod approbarẽt, approbaret? quod damnarẽt, damnaret? qđ vitarẽt, vitaret? qđ sequerẽtur, sequeret? & quod crederẽt, crederet? Ita. Rogo ergo, quid refert, eos nunc suo ore, aut sua scriptura nobis loquit: & illo signo vocali, aut isto scripto suam mentem manifestare? Aut forta ssis dixerit quispiam, illos sanctos ac venerandos patres aliter sensisse viuentes, ac loquentes: & aliter nobis suis posteris tradidisse morientes, scribentesque? Quis sic insaniat? Vbi esset tunc sua bona vita, & sanctitas? aut quo modo Deus optimus maximusque eos deceptores nostrorum, & inimicos fidelium suis miraculis illustrasset? Dico ergo nunc pro his patribus, quod olim Augustinus dixit pro septuaginta interpretibus: si illi omnes ad vnum locum conuenirent, & communicantes, ac cõ

*Palchra ratio/ pro cõformi sententia sactorũ patrum.

*Non refert patres nũc per scripturas/ aut olim per voces suã mẽtẽ manifestare.

*Patres quod sẽ ferãt / scripserũt. & per sua scripta nobis suis posteris tradiderunt.

*De ciuitate dei lib. 18. c. 43. Augustinus.

sultantes inuicem quicquam diffinirent: proculdubio eorum conformis sententia omni alij cuiusuis vnius hominis, aut aliorum aliquorum non talium, præponenda erat: quia vbi multa consilia, ibi salus. Quanto ergo magis sententia istorum patrum maxime tenenda erit, qui diuersis locis, & temporibus scribentes, alias plurimum videre suum sequuti conformiter conuenerunt, quasi simul coassistentes, simulque determinantes? Fateor, mihi persuasum habeo, hos patres non nisi aut gratia spiritus amatoris vnitatis, & pacis, aut a clara ipsa, seu manifesta veritate illuminatos, motosq; fuisse, dum cõformiter sunt loquuti. Aliter enim nõ potuerunt tam præclara ingenia, tam continua studia, & tot differẽtia capita in remotissimis locis, Europa, Africa, Asia, quasi per vnum conuenire. Ad idem est quod Paulus dixit. Alij interpretationem sermonum tanquã distinctam gratiam per spiritum dari ad vtilitatem: nã ab Apostolis vsque ad nos, quos alios credere possumus hoc donum habuisse conuenientius magis, quàm ij patres habuerunt, Augustin. Ambrosius, Hieronym. Gregorius, Chrysostomus, Cyrillus, Athanasius, ceterique nominati: quos nouimus sanctissimos, doctissimosq;, ac miraculis illustratos? Quod si dixerit veritatis aduersarius illam gratiam solum in primitiua ecclesia durasse, nec vltra ad nos transisse, sicut illas alias quas Apostolus ibi nominat: ibi fuerũt, nec vltra transierunt. Respondeo, non valet, tum quia ista gratia etiam nunc necessaria est, quum sint etiam & nunc verba, seu scripta eorũ, qui linguis loquebant Apostolorum scilicet, & euãgelistarũ, pro quibus interpretãdis gratia huiusmodi data fuit: quam ob rem cessare nõ de

*C cõformis sententia patrũ vnde etiam constet veritima esse.

*1. Corint. 12.

*Patres sãcti donum illud interpretationis sermonum vtiq; habuerunt: quod Paulus in eccleſia esse dixit.

buit: tum quia nec omnes illæ gratiæ cum primitiua ecclesia cessarunt; imo & post illam virtus faciendi miracula in multis reperta est: vt constat ex gestis sanctorũ, quibus totus mundus plenus est. Nunc quæso, si gratia faciendi miracula minus quidem necessaria post plantatam fidem, ac monstratam etiam in ecclesia successiuis temporibus durat, quanto magis gratia interpretandi sermones, vel scripturas, quæ non ad probandũ, sed ad declarandum credibilia præstita fuit, in ecclesia permanere debuit, quatenus per eam omni tempore intelligamus, quod credimus? Cyrillus super Ioannem ꝓ authoritate sanctorum patrum, qui in loco Apostolorũ pastores, & doctores ecclesiarum successerunt, ait. Aquam autem rursus gratiam spiritus appellauit: quam qui adeptus est, diuinæ scientiæ scaturientem fontẽ sic adeptus est, vt præceptis hominum non indigeat, sed facile possit ad potum verbi cœlestis etiam cęteros hortari: quales olim erant prophetæ, atque Apostoli: & modo qui ministerij illorũ sunt successores, de quibus scribitur. Hauriatis aquas cum gaudio de fontibus saluatoris. Leo Papa ad idem dixit. De libellis, & commentarijs aliorum non conuenit aliquos iudicare, & sanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, quæ habentur apud nos simul cum canonibus, quibus in oibus ecclesiasticis vtimur iudicijs, idest Apostolorũ, Nicenorũ, Anchiritanorum, Neocęsarienſium, Gangrenſium, Sardicenſium, Africanenſium, Carthaginenſium: & cum illis regulæ præsulum Romanorum Siluestri, Cyrici, Innocẽtij, Zozimi, Celestini, Leonis, Hilarij, Gelasij, Ormisdę, & Gregorij iunioris. Isti omnino sunt, & per quos iudicãt Episcopi, & per quos epis

* Quia post primitiuã ecclesiam durauit necessitas intelligendi verba apostolorum / prophetarũ / & euangelistarũ: cõuenientissimũ fuit / vt post illam durasset illa gratia interpretandi sermones.

* Lib. 2. c. 8. 5. Cyrillus.

* Esaiæ. 12.

* Dist. 20. c. De libellis.

* Leo Papa.

copi simul;& clerici iudicantur:nã si tale emerserit, vel contigerit inusitatum negocium,quod minime possit per istos definiri:tunc illorum,quorum meministis dicta Hiero.Augustí.Isidori,vel cæterorum similiter sanctorum doctorum,& similium si reperta fuerint,magnanimiter sunt retinenda, ac promulganda.Innocentius Papa pro eodem dixit.De quibus causis nulla soluẽdi,ligandiq; authoritas in libris veteris,&nouitestamẽti, & quatuor euãgeliorum cum totis scriptis Apostolorum appareat:ad diuina recurrite scripta græca.Si nec in illis,ad catholicæ ecclesiæ historias catholicas a doctoribus catholicis scriptas manum mittite.Si nec in illis,sanctorum exempla perspicaciter recordamini.Vrbanus Papa ad idem pro authoritate patrum sanctorũ inquit.Vbi vero aperte dominus, vel eius Apostoli, & eos sequentes sancti patres sententialiter aliquid definierunt:ibi non nouam legem Romanus pontifex dare, sed potius quod prædicatum est, vsque ad animam & sanguinem confirmare debet.Gratianus pro eodem dixit.Plurimi autem tractatorum,sicut pleniori gratia sancti spiritus, ita amplioris scientia alijs prȩcellentes, rationi magis adhȩsisse probantur.Vnde nõnullorum põtificum cõstitutis,Augustini,Hiero.atque aliorum tractatorum dicta videntur esse præferenda:infra.Diuinarum tractatores scripturarum,& si scientia pontificibus præemineant:tamen quia dignitatis eorum apicẽ non sunt adepti,in sacrarũ quidem scripturarum expositionibus eis prȩponuntur:in causis vero definiẽdis secundum post eos locum merentur.

* Innocẽtius Papa Dist.ead.c.De quibus.

* Vrbanus Papa. 25.q.1.Sunt quidam.

* Gratianus dist. 20.cap.Decretales.

* Pontifices excedunt in potestate:doctores excedunt in scientia.

## CAP. II.

Patrum sanctitas, ac cordis munditia, animarum sibi commissarum cura, & pro rebus religionis obseruã dis sũma vigilantia eos quoq; obseruãdos, venerãdos, audiendosq; plurimũ faciunt. Saluator noster dixit. Beati mundo corde: quoniam ipsi deũ videbunt: istis autẽ verbis non dubium quin cognitio dei mundi tię interiori tribuatur: q; si sic, iam sancti patres, ob id q; mundi corde deum optimũ cognouerunt, & in scripturis latentem, ac loquẽtem, & in Christiana religione illuminantẽ, regẽtem, sanctificantemq; quia communis, & vera est sententia, qua dicitur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Ioannes ille, quem diligebat Iesus ad idem inquit. Et vos vnctionẽ, quã accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis, vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verũ est, & nõ est mendaciũ. At qui magis post Apostolos credi possunt hanc dei vnctionẽ doctricẽ omniũ de omnibus plenius habuisse, q̃ ij Patres sanctissimi, ac doctissimi Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, Chrysostomus, Cyprianus, Cyrillus, Athanasi⁹, Basilius, Damascenus, alijq; similes: quos omnes ab ãtiquissimis tẽporibus dei ecclesia obseruat, & eius potentia miraculis illustrat? Dauid idẽ docuit, quũ dixit. Super senes intellexi: quia mandata tua quæsiui. Quæso, si quæsitio mandatorũ dei intelligentiã præstat: quãto magis obseruatio ipsorũ mandatorũ intelligẽtiã p̃stabit? Sic aũt Patres illos, quos sequimur, quia sãctissimos nouimus, optimo iure doctissimos credimus. Idẽ p eodẽ. Initiũ sapiẽtię timor dñi: q; si timor dñi initiũ est sapiẽtię: iã ij sãcti p̃res cõplemẽtũ sapiẽtię habebãt, q; viuẽtes dei nõ timore, sed amore feruebãt, ignibus chari

*Math.5. *Sanctitas patrũ & munditia cordis eorũ ad hoc idem faciunt.

*1.Ioan.2.

Docet vnctio.

*Psal.118.

*Psal.110.

tatis ardentes cõtinuo. Iam quantũ eos iuuerit cura animarũ sibi cõmissarum, non est ignotũ: nanq; pro eis optime instruendis, de quibus sese nouerant reddituros rationẽ, quid non faciebãt? quã scripturã non legebãt? quę exẽpla nõ aspiciebant? aut quę bona opera nõ operabantur? quę ieiunia nõ ieiunabant? quas orationes nõ orabant? quas lachrymas non fundebant? aut qua hora deum optimum suis precibus nõ sollicitabant? At istis omnibus ex parte sua cum gratia dei positis, quid a deo optimo non impetrabãt, qui sic nouit super omnes amicos amicus esse, & suis amicis quicquid in salutẽ animarum sibi cõmissarum constanter petunt, cõcedere? Nouit ipse qđ dixit: nouit, & memoria tenet. Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Nouit & illud suũ. Si quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Igitur ij patres quia iusti, quia sancti, quia mũdi corde, quia solliciti petebant, quærebãt, pulsabant: accipiebant, inueniebant, & aperiebatur eis: ac per consequens intrabant in gaudium domini sui, in cellam vinariam, vnde ordinatam charitatem intelligebant, accipiebantque, qua facerent, secundum exemplar, quod ibi sibi monstrabatur. Quid ergo? Vtiq; in huiusmodi quę religionis Christianę sunt, fides, atq; boni mores, nõ errabãt cõformiter loquẽtes.

*Patrũ officium sollicitudo animarum/perpetuum studium/cõtinua in lege domini die ac nocte meditatio/& frequentissima: quid nõ inuenerũt/aut quid nõ acceperunt diuinitus?

*Math. 7.

*Ioan. 16. 14. 15.

*Cant. 8.

## CAP. III.

Nouerunt sancti patres hanc veritatem ex ista ratione dicta: nouerunt inquam, & per suas scripturas nobis suis posteris tradiderunt: non quia aliquis illorum se sanctum existimaret, ac per idem sibi obediendum fore prædicaret (quia enim sancti erant, nullus sese

*Ipsi sancti patres hanc veritatem nouerũt / & nobis suis posteris per sua scripta cõmendarunt.

sanctorum dignabatur honore) sed vt quam ex diuinis scripturis acceperunt, alijs veritatem cõmendarẽt. Augustinus ad idem mõstrans quantũ valeant, vita sãcta, affectio pia, studiũq; assiduum ad verã intelligentiam scripturarũ, dixit ī De moribus eccl'iæ catholicæ. Quis enim mediocriter sanus non facile intelligat scripturarum expositionẽ ab his petendã esse, qui earum doctores se esse ꝓfitẽtur: fieriq; posse, imo id semper accidere, vt multa indoctis videantur absurda, quæ cũ a doctoribus exponuntur, eo laudanda videantur elatius, quo abiectius aspernanda videbantur: & eo accipiãtur aperta dulcius, quo clausa difficilius aperiebantur. Hoc fere in sanctis veteris testamenti libris euenit, si modo ille qui eis offenditur, doctorem potius eorum pium, quàm impiũ laceratorem requirat: infra. Et diligentia igitur, & pietas adhibenda est: altero fiet, vt scientes inueniamus: altero, vt scire mereamur. Idem pro eodem ad Honoratum ait. Sed ama etiam ecclesiasticas legere literas, & non multa inuenies, quæ requiras ex me: sed legendo, & ruminando, si etiam pure dominum largitorem bonorum omnium depreceris, omnia quæ cognitione digna sunt, aut certe plurima ipso magis inspirante, quàm hominum aliquo cõmonente perdisces. Idẽ pro eodem in De Trinitate inquit. Et certe cum incõcusse crediderint scripturis sanctis tanquam veracissimis testibus, agant orando, & quærendo, & bene viuẽdo, vt intelligant, idest, vt quãtum videri potest, videatur mente, quod tenetur fide. Et quid multa ad hoc ex ipso referam? quando ipse eadem tam crebro verbo exemploque docet, præsertim in De doctrina Christiana, ac etiam in confessionibus. Chrysostomus

* Augustinus. Cap.

* Augustinus. Epistola. 120.

* Augustinus. Lib. 15.

* Lib. 1. cap. 37. Lib. 11. cap. 2.

* Homel. 20. Chrysostomus.

ſuper Ioannem ad idem dixit. Plurimum nobis curandum eſt dilectiſſimi, & omni ſtudio inuigilandum, vt ſacrarum ſcripturarum profundũ inſpicere poſſimus: quarum ſenſus oſcitantes nunquam deprehendemus. Eſt igitur quàm diligentiſſime inueſtigandum, & aſſiduis precibus inſiſtendum, vt vel aliqua ex parte diuina myſteria aſſequi valeamus. Idem pro eodẽ ſup Mathçũ iquit. Regnũ eſt beatitudo cœleſtis: ianua aũt eius eſt ſcriptura, per quã introitur ad eam: clauicularij autẽ ſunt ſacerdotes, quibus creditũ eſt verbum docendi, & interpretandi ſcripturas: clauis aũt eſt verbũ ſcientiæ ſcripturarum, per quam aperitur hominibus ianua veritatis: adapertio aũt eſt interpretatio vera: infra. Non ſunt ſcripturæ clauſç, ſed obſcurç quidẽ, vt cũ labore inueniant: infra. Deus alios voluit eſſe doctores, alios diſcipulos: ſi aũt oẽs oia ſcirẽt, doctor neceſſarius nõ erat: & ideo eſſet rerũ ordo confuſus. Nã ad eos quidẽ quos voluit eſſe doctores, ſic deus dicit p Eſaiã pphetã. Loquimini ſacerdotes in cordibus populi: ad eos aũt, quos voluit diſcẽdo cognoſcere myſteria veritatis, ſic dicit in Cãtico. Interroga patrẽ tuũ, & dicet tibi: preſbiteros tuos, & annunciabũt tibi. Et ſicut ſacerdotes niſi omnem veritatẽ manifeſtauerint in populo, dabũt rationẽ i die iudicij: ſicut dicit dominus ad Ezechielẽ, ecce ſpeculatorẽ te poſui domui Iſrael: ſi nõ dixeris impio, vt a viis ſuis prauis diſcedat: ipſe quidẽ i ſuis peccatis morietur: animã aũt eius de manu tua requirã: ſic & populus a ſacerdotibus niſi didicerit, & cognouerit veritatẽ, dabit rationẽ in die iudicij: ſic enim dicit ſapientia ad populum. Et extendebam ſermones meos, & non audiebatis: ideo & ego in veſtra perditione ridebo. Sicut enim pater fa

*Homel. 44. operis imperfecti. Chryſoſtomus.

*Deus alios voluit eſſe doctores alios diſcipulos.

*Eſaiæ. 40.

*Ezechiel. 3.

*Prouerb. 1.

milias cęlarium, aut veſtiarium ſuum non habet expoſitum cunctis: ſed alios quidem habet in domo, qui dant, alios autem, qui accipiunt: ſic & in domo dei alij ſunt, qui docent, alij qui diſcunt. Si enim veſtimentum empturus geras vnum negociatorem, & alterum: & vbi meliores veſtes inueneris, & precio viliori ab illo compares: quomodo non oportet populum circumuenire omnes doctores, & inquirere vbi ſyncera veritas Chriſti venundatur, & vbi corrupta, & omnium confeſſiones cognoſcere, & veriorem eligere plus quàm veſtimentum? dicit Apoſtolus. Omnia probate, & quod bonum eſt tenete. Aut ſi propter aliquam vtilitatem, vel neceſſitatem mundialem proficiſci volueris ad aliquem locum, cuius viam ignoras: nunquid propter ignorantiam vię diſcedis a profectione propoſita? Non, ſed experiris nunc iſtam viā, nūc illam, & quos interroges, quęris: & cū inueneris, rogas, & poſtulas, vt ſemitā diſcas. Et ſi velles ſcripturarū ingredi veritatem nunc peteres orationibus, nunc quęreres in ſcripturis, nunc pulſares bonis operibus, nunc interrogares ſacerdotes, nunc iſtos, nunc illos, qui veri ſint clauiculariį ſcripturarum, qui falſi. Hæc ille: & ſi veri clauiculariį ſcripturarum quęrendi ſunt, vt reuera ſunt, quis non videt ad ſanctos patres confugiendum nobis fore pro veritate huiuſmodi habenda: quādoquidem eos nouimus, & doctiſſimos, & ſanctiſſimos, ac a deo optimo multis miraculis approbatos. Hieronymus ad idem ex Origene circa illud Apoſtoli. Vos enim in libertatē vocati eſtis fratres, tantum ne libertatem in occaſionem carni detis: ait. Multorum ergo malorum occaſio eſt, ſi quis in ſcripturæ carne permaneat: quæ qui fecerint,

•In domo Dei alii ſūt qui docēt/ alii qui diſcunt.

*Optimū exemplum ad hanc veritatem monſtrādam pro ſanctis/ a quibus via Dei quærenda eſt/ tā quā ab eis qui eā bene norunt ſanctiſſimi doctiſſimi/ & multis miraculis illuſtrati.

*Hieronymus. *Gal. 5.

regnum dei non consequentur. Quam ob rem spiritum scripturæ, fructusque quæramur, qui non dicuntur esse manifesti. Multo quippe labore, & sudore, & digno cultu in scripturis fructus spiritus inuenitur. Hilarius ad idem super Psalmos inquit. Scriptura enim legis manet, atque est anterioribus q̃ adesset dominus in carne temporibus consummata a prophetis, adita a Iudæis, pertractata a regibus, suscepta a gentibus: sed intellecta, & ꝓbata a Christianis. Hoc forte insolens existimetur: plane insolens est, si a nobis hanc gloriam præsumimus, si tantum infirmitati nostræ licere volumus, vt tantis temporibus abstrusa, tantis humani generis obscura ætatibus, in quibus intelligendis frustra reges laborauerint, ipsi doctores, & magistri legis errauerint: nos stulti sæculo, & purgamenta mundi, & deliramenta sapientibus de eorum intelligentia gloriemur. Sed tamen intelligimus, quia non mendax est, qui dicit. Petite, & dabitur vobis. Quærite, & inuenietis. Pulsate & aperietur vobis. Et scriptum est, quia qui dixit. Quoniam oportebat impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Mosi, & Prophetis & in Psalmis de me: tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Hæc ille. Bernardus ad idem super Cantica dixit. Audi inquit filia, & vide, quid intendis oculum? aurem para: videre desideras Christum? oportet te prius audire eum, audire de eo, vt dicas cum videris, Sicut audiuimus, sic vidimus: immensa claritas, visus angustus, & non potes ad eam: potes auditu, sed in aspectu. Clamantem denique deum, Adam vbi es? non videbam iam peccator; audiebam tamen:

*Hilarius. *Psal.125.

* Intelligẽtia vera scripturarum Dei donũ est bonis laborantibus vigilantibus, petentibus q̃ cõcessum: ac ob id sanctis patribus.

*Math.7.

*Luc.24.

*Serm.28. Bernardus.

sed auditus aspectum restituet, si pius, si vigil, si fidelis præcesserit: fides purgabit quem turbauit impietas: & quem inobedientia clausit, aperiet obedientia. Deniq; a mandatis tuis intellexi inquit, q̃ intellectum reddat obseruatio mandatorum, quem tulit transgressio. Idē ibi pro eodem. Depulsis ergo duobus malis duorum lectione librorum, competenter iam acceditur, ad hūc sacrum, theoricumq; sermonem: qui cum sit amborū fructus, non nisi sobrijs mentibus, & auribus omnino credendus est. Alioquin ante carnē disciplinæ studijs edomitam, & mancipatam spiritui: ante spretam, & abiectam sæculi pompam, & sarcinam: indigne ab impuris lectio sancta præsumitur. Quomodo nempe lux in cassum circunfundit oculos cæcos, vel clausos: ita animalis homo nō percipit ea, quæ sunt spiritus dei. Quippe spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, quod est vita incontinens: sed nec erit ei vnquam pars cū mundi vanitate, cum veritatis sit spiritus. Quæ enim societas ei, quæ desursum est, sapientiæ, & sapientię mundi, quæ stultitia est apud Deum: aut sapientię carnis, quæ & ipsa inimica est deo? Hęc Bernardus. Ecce quibus sententijs, quibus verbis, quibusq; scripturis sanctis omnes ij patres Augustinus, Hieronymus, Hilarius, Chrysostomus, ac Bernardus simul quasi per vnum testantur, probantq; id quod ante dixeramus, bonam vitam, piam affectionem, mūditiam cordis, & studium assiduum plurimum proficere, imo & requiri ad sanctarum scripturarum, sacrarūq; veritatum religionis veram intelligētiam acquirendam: ac ob id eam a sanctis patribus fore maxime petendam: in quibus hęc omnia copiose fuisse omnino credimus.

* Bernardus. Serm. 1.

* Veræ intelligētiæ scripturarū fructus non nisi sobrijs mēibus & auribus credēdus est

* 1. Corint. 2.

* 1. Corint. 3.
* Roma. 8.

## CAP. IIII.

DEI miracula, quæ ad approbationem patrũ facta sunt, eorum conformem sentẽtiam in rebus religionis, fidei scilicet, aut morum nobis viatoribus obseruandã fore indicãt. Posset hæc veritas multis alijs medijs mõstrari: sed placet breuitatis gratia hoc idem exẽplis ex diuina scriptura sumptis efficere. Olim sub lege expresse prohibitum erat, ne quis sacrificiũ offerret extra atrium tabernaculi sub his verbis. Homo quilibet de domo Israel si occiderit bouẽ, aut ouem, siue caprã in castris, vel extra castra, & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationẽ domino: sanguinis reus erit, quasi si sanguinem fuderit: sic peribit de medio populi sui. Ideo sacerdoti offerre debent filij Israel hostias suas, quas occidũt in agro, vt sanctificentur domino ante ostium tabernaculi testimonij, & immolent eas hostias pacificas domino: infra. Homo de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocaustum, siue victimam, & ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit eam, vt offerat domino: interibit de populo suo. Tamen Gedeon ædificauit altare domino sub quercu, & obtulit sacrificium. Dauid sacrificauit in area ornam Iebusei. Helias quoq; induxit populum, vt sacrificium fieret in monte Carmelo: opera autem ista non solum nõ sunt reprobata, imo approbata, laudataq;: vnde & altare Gedeonis multis temporibus mansit in magna reuerentia habitum. Quæso, cur illa opera contra legem facta, ac contra legem expressam cognita damnata non fuere? Legant qui voluerint omnes scripturas, quærant, & exquirant omnes rationes: existimo non aliunde reperient populũ ea facta tulisse,

* Miracula ir approbationem patrum facta eo cõformẽ sententiam mõstrant.

* Leuit. 17. & Deut. 12.
* Lex prohibebat sacrificiũ offerri extra atriũ tabernaculi.

* Iudicũ. 6.
* 2. Reg. VII.
* 3. Reg. 18.
* Quædam sacrificia extra atriũ tabernaculi oblata approbata sũt ob id tm̃ q̃ psonę offerentes a Deo probatæ, aut laudatæ sunt.

niſi ob id tantũ, q̃ vel ante, vel poſt perſonas ipſas ope
rantes ex miraculis, vel diuinis laudibus deo placitas
credidit. Dauid laudatus fuit ore Samuelis, quaſi eſſet
vir ſecundum cor Dei. Helias ſanctus credebatur, quia
precibus ſuis tribus annis, & dimidio non pluit. Gedeõ
etiam vir ſanctus præſumebatur ex mirabili liberatio
ne de Madianitarum: quæ ſi ſubſequuta non fuiſſet, fa
ctum Gedeonis laudatum non eſſet. Nunc rogo, ſi illa
contra expreſſam legem facta ex ſola probatione per-
ſonarum laudata, obſeruataque ſunt: quanto magis cõ-
formis ſententia ſanctorum patrum audienda eſt, quos
Deus optimus maximuſq; tam plurimis miraculis, tũ
in vita, tum in morte illuſtrauit, ac approbauit, quum
præſertim conſtet nullam talium ſententiarum hacte-
nus contra expreſſam ſcripturam fuiſſe repertam? Ex-
empla illa noſtra ſunt, quia etiam pro nobis facta ſunt:
nos in patribus illis docti fuimus, ſicut ipſi noſtri vm-
bra fuere. Nõ ergo pudeat nos noſtros patres a deo pro
batos ſequi: imo pudeat non eos imitari ſanctiſſimos,
doctiſſimos, ac tot miraculis probatos. Aut rogo, cui
non erit gloria coram deo cũ iſs patribus ſenſiſſe, Au-
guſtino, Ambroſio, Hieronymo, Gregorio, Irenæo,
Cypriano, Hilario, Cyrillo, Athanaſio, Chryſoſto-
mo, Baſilio, aliiſque ſimilibus? Aut cur Deus opti-
mus hos patres ſuis miraculis illuſtrauit, probauitque
manifeſte, ac notorie: ſi nos eos ſequi noluit? Nam nos
optimo iure ſequimur quos a deo laudari videmus: ma-
xime in ea, quam conformiter, & ſine differentia pro-
ferunt ſententiam: ob id enim Apoſtolos totus mũdus
ſequutus eſt. Quid clarius?

CAP. V.

1. Reg. 16.

2. Reg. 17.

Iudic. 7.

* Conformis ſententiã patrũ ob id accipienda eſt, tũ quia ipſa non eſt contra legem expreſsam: tũ quia ipſi a deo maxime ſunt probati miraculis innumeris.

1. Corint. 10.

* Nos optimo iure ſequimur quos a deo laudari, approbariq; videmus: quando præſertim conformiter ſũt loquuti.

Multa quoque olim populo, principibusque synagogæ a deo optimo maximoque facta ad hanc nostram manifestam veritatem pro sanctis patribus, & eorum cõformi in rebus religionis Christianę sententia vbiq; clamant. Legimus enim dominum nonnullos spiritu prudentiæ repleuisse: quo docti facerẽt vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministraret illi. Legimus simili ter illud idẽ a domino factum erga Beseleel, & Ooliab, aliosq; vt facerent cuncta, quæ præceperat Mosi, tabernaculum fœderis, & arcam testimonij, & propitiatorium quod super eam erat, & cuncta vasa tabernaculi, mensamq;, & vasa eius, candelabrum purissimum cũ vasis suis, & altare thymiamatis, & holocausti, & omnia vasa eorum, labium cum basi sua. Legimus q; Mosen principem synagogę docebat Deus, illuminabatq; siue in tabernaculo fœderis domo quadã parua extra castra, in qua manebat ipse, & puer eius Iosue ante factũ sanctuariũ siue post fabricationẽ sanctuarij in sancta sanctorum: nec solum Mosen, imo & Iosue successorem suum docuit, ac confortauit dominus: cui dixit. Sicut fui cũ Mose, ita ero tecũ: nõ dimittã, nec derelinquãte. Confortare, & esto robustus. Legimus septuaginta seniores tẽpore Mosi ad iudicãdas causas, terminãdaq; negocia populi electos spiritũ sanctũ, ppheticũ accepisse, prophetasseq;: nec postea prophetare desijsse. Nouimus post illos septuaginta successores eorũ etiã certissimũ iudiciũ habuisse multis tẽporib⁹. Nãq; quũ qui pro tempore fuerunt, non singuli, sed simul cum sacerdote summo in loco quẽ elegerat dominus iudicassent: tãdiu iudicium eorum firmissimũ, ac certissimũ fuit, quãdiu propheta erat in populo, qui adesset: aut quandiu pon-

* Facta olim cũ synagoga / & patribus eius hanc veritatẽ probant proecclesia.

*Exod. 28.

*Exod. 31.

*Deute. 34 dicitur q; non fuerit propheta maior Mose.

*Exod. 33.

*Num. 7. *Iosu. 1.

*Num. 11.

tifex ſummus, per rationale, ſeu Ephod dominũ conſulebat, & ab eo reſponſa accipiebat. Conſtat autẽ ſeniores huiuſmodi poſt illos primos ſimul cũ ſacerdote magno iudicaſſe per ea, quæ in paſſione domini geſta ſũt, antequam longo tempore omnes modi conſulendi dominum apud Iudæos ceſſarent. Legimus primum regem illius populi, Saulem dico, prophetaſſe, ac in prouerbium exiſſe, Saul inter prophetas: & nõ ſolum illũ, imo & Dauid, & Salomonem ſucceſſores eius donũ ſapientiæ, ſcientiæ, ac etiam prophetiæ habuiſſe. At iſta omnia vtiq; pro authoritate ſanctorum patrũ clamãt. Nam quum Apoſtoli primi principes eccleſiæ poſt dominum fuiſſent, primitias ſpiritus habẽtes, nec multis annis hic vixiſſent ad martyrium rapti: neceſſum fuit eos qui in ſuis locis immediate ſuccedebant, cum omni firmitate, & certitudine in eccleſia permãſiſſe: ſicut de illis nouimus factum, qui aut primum in ſynagoga conſtituti ſunt, aut pro illis primis ſucceſſerunt. Nanq; credibile non eſt, ſtatim poſt primos principes eundẽ dominum eccleſiam reliquiſſe: qui ſynagogam etiam poſt primos in omni certitudine conſeruabat. Patres ergo ſancti, quia primi, vel ex primis poſt apoſtolos ſunt: & in eorũ & locis, & officijs ſuccedunt, optimo iure audiẽdi erunt. Paulus quaſi ex hoc pro eodem clamat. Sufficientia noſtra ex deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti, non literæ, ſed ſpiritus: litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat. Quod ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moſi propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Nã

* Abuleñ. ſuper Num. c. 11. q. 66. & conſtat q̃ ſimul iudicabant ex illis quæ i paſſione domini geſta ſunt.

* Omnes modi cõſulendi dominum apud Iudæos habiti ceſſarunt longo tempore ante aduentum domini, ac per cõ equẽs omnis certitudo iudicii eorum.

* Roma. 8.

* Patres qui primi vel quaſi primi poſt apoſtolos venerũt, multã ſpiritus habuerunt.

* 2. Corint. 3.

* Nobilior eſt miniſtratio noui teſtamenti, quã fuerit miniſtratio veteris.

si ministratio damnationis, in gloria est: multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. Hæc Paulus. Vtique ex hoc loco quasi ex manifesto testimonio clamo. Patres sancti Irenæus, Cyprianus, Hilarius, Eusebius, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, Athanasius, Chrysostomus, Basilius, Cyrillus, quia ministri noui testamenti, & successores primorū principum, Apostolorum inquam, & illis vicini, & sui, aut suorum discipulorum discipuli audiendi sunt quēadmodum olim ministri veteris testamenti successores Mosi, successores Aaron, successoresq; seniorum audiendi erant. Paulus hoc docuit: quid amplius?

## CAP. VI.

Concludamus cum pulcherrimo dicto Cyrilli ex Esaia, & dicamus pro sanctis patribus omnibus suis aduersarijs. Hauriatis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: per fontes saluatoris Apostolos, & sanctos patres intelligentes. Concludamus cum Augustino in De vtilitate credendi. Primum inquit beatorum genus est, ipsi veritati credere: secundum autem studiosorum amatorumq; veritatis authoritati. Idē ibi. Authoritate quidem decipi miserum est: sed miserius non moueri. At qui magis amatores veritatis, aut magis studiosi quæri possunt, quā sancti patres, illi præsertim, quos paulo ante nominauimus? Concludamus cum Bernardo ad Innocentium Papam cōtra blasphemias Abelardi, qui sanctos patres negabat, dicente. Quid lex, quid prophetæ, quid apostolici viri nobis aliud euangelizant, quā quod solus tu negas, Deum videlicet factum hominem, vt hominem liberaret? & si angelus de cœlo aliud

*Esaiæ. 12.
+Cyrillus super Ioannem lib. 2. cap. Circa medium, Augustinus.

*Miserū est authoritate decipi sed miserius nō moueri.

*Bernardus epistola quæ incipit: Oportet.

nobis euangelizauerit, anathema sit. Sed qui venerunt post Apostolos doctores, non recipis homo, qui super omnes docentes te intellexisti. Deniq; non erubescis dicere, quod omnes aduersum te sentiant, cum ab inuicem non dissentiant: frustra proinde illorum fidem doctrinamq; proponerē, quos iam proscripsisti. Concludamus cum Hieronymo super Ecclesiasten pro eodē dicente. Exceptis his verbis, quæ ab vno pastore sunt data, & cum consilio, atque sensu probata sapientium, nihil tibi vendices: maiorum sequere vestigia: ab eorum authoritate non discrepes. Alioquin multa quærenti infinitas librorum occurrit, qui & te pertrahant ad errorem, & legentem frustra faciant laborare. Concludamus cum Beda in De tabernaculo dicente. Pontifex insuper humerali nomina gestat patriarcharum, cum doctor, siue præsul ecclesiæ in omnibus quæ agit, patrū præcedētiū facta cōsiderat: atq; ad eorū imitationē vitā dirigere, & onus euāgelicæ perfectionis perferre satagit. Sequit. Habetq; sacerdos in humeris lapides pręciosos, & in eis nomina patrū inscripta, cū & ipse claritate bonorū operū cūctis admirādus extiterit: & eandē claritatē nō a se nouiter inuentā, sed antiqua sibi sanctorū patrum authoritate traditā esse docuerit. Hæc Beda.

*Hieronymus. Cap. vltimo.

*Beda lib. 3.

*Claritas doctrinæ sanctorum patrum authoritate tradita esse debet.

## CAP. VII.

Diximus in articulo. Sententia conformis sanctorū patrum, seu doctorum: quia de illa, in qua ipsi sibi inuicem dissentiunt, & diuersi diuersa dicunt: longe aliud est iudiciū. Verum & tūc etiā status datur: & facile omnis eorum pugna finitur: nāq; si patres inter se pugnāt alij sic, alij vero sic intelligentes: illorū sententia, quam scriptura diuina, aut traditio aliqua ecclesiastica, vel

*Quid sit de illa sententia in qua patres variant.

scripta, vel moribus obseruata firmauerit magis, tenenda erit, quia minime mutanda sunt, quæ certam regulam suæ veritatis sempet habuerũt. Si vero pro nulla, aut pro vtraq; patrũ sententia lex aliqua huiusmodi visa fuerit: cõcordari ambæ debẽt, vt vna in vno casu, alia vero in alio veritatẽ obtinere dicatur: quia cõueniẽs est iura iurib⁹ cõcordare. Quod si cõcordari nequeũt, cõmunis opinio tenẽda est: quia in causa dubij, ex communi omniũ hominũ sensu apud omnes mundi nationes, pro multitudine pręsumitur: nisi (vt limitat Ioãnes Andreas) notorie male dicat, aut aliqua vera, & certa ratione vincatur. At si theologi, canonistæ, & legistę dissentiãt, theologi in materia iuris diuini, noui, & veteris testamẽti, canonistę in materia canonica, legistæ autẽ in materia legali pręponẽdi sunt: quia & natura docet, vt vnicuiq; experto in sua arte credatur: & ꝓuerbio dicitur. Ne sutor vltra crepidã: ac tandẽ. Tractẽt fabrilia fabri. Diximus præterea in articulo. Sic vt contra eã in rebus religionis nulli hominũ liceat quicquã determinare: tantũ vt his verbis indicaremus, quantũ differat, cõtra sanctos patres seorsum scribẽtes, aut cõtra eos in cõcilio diffiniẽtes, aliquid asserere. Dissentire a patrũ sententia in cõcilio habita nõ solũ nõ licet, sed etiã hæresim facit: dissentire autẽ ab eis, quasi a singulis (quod fit dũ eis in aliquo aduersatur, quod ipsi in concilio non diffinierũt) non est hæresis, sed quidẽ temeritas, ac superbia magna, & peccatũ graue, errorq; intollerabilis, & hęresi valde vicinus. Thomas Vualdẽn. quoad hæc in doctrinali antiquę fidei optime dixit. Respõdeamus ergo, & dicamus latitudinẽ Christianę credẽtię sic esse dispositã, vt primã fidẽ tribuam⁹ scripturis canonicis;

*. l. Minime. ff. De legi.

* De elect. cũ ex. pediat. lib. 6. & l. Vnic. C. de inof. doti. & l. præcipimus in fi. C. apostel. Glo. in. c. fin. de pe. dist. 1. in. c. 1. de constit.

* Tũc enim scisura fit ab ecclesia, quod in reb⁹ fidei hæresis est. Arg. 24. q. 1. Hæc est fides.

Tom. 1. lib. 2. art. 2. cap. 23.

secundam sub ista, diffinitionibus, & consuetudinibus ecclesiæ catholicæ, iuxta illum articulum in symbolo. Credo vnam sanctam ecclesiam catholicam, & Apostolicam: post istas habent Christiani credere, non quidem sub pœna perfidiæ, sed proteruiæ vel crassæ contumaciæ, studiosis viris, & amatoribus veritatis.

*Sub qua pœna conformi patrũ sententiæ adhuc in concilio non determinatæ.

## CAP. VIII.

Augustinus in huiusmodi plurimum placet, qui aduersus Iulianum Pelagianum quædam verba Ioannis Constantinopol. pro se adducentem dixit. Itane ista verba sancti Ioannis Episcopi audes tanquam contraria tot, taliumque sentẽtijs collegarum eius opponere: eumq; ab illorum concordissima societate seiungere, & eis aduersarium constituere? Absit: absit hoc malum de tanto viro credere, aut dicere. Absit inquam, vt Cõstantinopolitanus Ioãnes de baptismate paruulorum, eorumque paterni chirographi liberatione per Christum facta, tot ac tantis coepiscopis suis, maximeque Romano Innocentio, Carthaginensi Cypriano, Capadoci Basilio, Gregorio Nazianzeno, Gallo Hilario, Mediolanensi resistat Ambrosio. Alia sunt in quibus inter se aliquando etiam doctissimi, atque optimi regulæ catholicæ defensores salua fidei compage non consonant: & alius alio de vna re melius aliquid dicit, & verius. Hoc autem vnde nunc agimus, ad ipsa fidei pertinet fundamenta. Ecce q̃ Augustinus sanctos patres regulæ catholicæ optimos defensores vocat: nec patitur, q̃ quispiam in rebus fidei eos a veritate deuiasse dicat. Neque solum sanctis patribus simul sumptis hunc honorem defert: imo etiam vni soli dummodo cognitus,

*Lib. 1. cap. 3. Augustinus.

*In fundamentis fidei nequaquã variant sancti patres.

probatusque fuerit: vnde idem pro eodem contra eundem Iulianum Pelagianum dixit. Audistis omnes vno corde, vno ore, vna fide idipsum dicere, & hanc esse catholicam fidem, non dissonãte contestatione firmatã. An tibi parua in vno Gregorio Orientalium videtur authoritas? Est quidem tanta, vt neq; ille hoc nisi ex fide Christiana omnibus notissima diceret: nec illi eum tam clarum haberent, atq; venerandum, nisi hæc ab illo dicta ex regula notissimæ veritatis agnoscerẽt. Thomas Vualdensis in doctrinali fidei antiquę de hoc bene dixit. Timenda est ergo in talibus authoritas, & clara fama dicentis: sed magis timendus est talium virorum vnus, & firmus consensus: quia si is causa fidei est, causa resistentis est perfidia. Et quid alios memoro? Paulus sufficit, qui vtique patres obaudiendos dixit, quando perambulans Syriam, & Ciliciam confirmans Ecclesias præcipiebat custodire præcepta Apostolorum, & seniorum. Seniores enim huiusmodi patres ecclesiarũ sunt: qui & alibi maiores natu ecclesiæ appellãtur: quibus Mileti accersitis Paulus ipse sub his verbis alloquitur. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.

* Augustinus, lib. 1. cap. 6.

* Tom. 1. lib. 2. art. 2. c. 21.

* Act. 15.

* Act. 20.

## CAP. IX.

Quia semper cupio vestigia sanctorum patrum tenere, nunquam grauor eorum dicta referre: ipsos ergo iterum, atque iterum audiamus. Augustinus ad idẽ aduersus Iulianum Pelagianum patres audiendos fore indicans, dixit. Ad curam nostram existimo pertinere, non solum scripturas sanctas canonicas aduersus

* Augustinus, lib. 4. cap. 1.

eos teſtes adhibere, quod iam ſatis fecimus: verum etiã de ſanctorum literis, qui ante nos celeberrima fama, & ingenti gloria tractauerunt, aliqua documenta proferre. Idem pro eodem ad Dioſcorũ. Omnium enim hæreticorum quaſi regula eſt iſta temeritas, contra eccleſiam pugnare: ſed ille fidei clementiſſimus Imperator, & per conuentus celeberrimos populorum, atque gentium, ſedeſque ipſas populorum arte authoritatis munuit eccleſiam, & per pauciores pie doctos, & vere ſpirituales viros copioſiſſimis apparatibus etiam inuictiſſimæ rationis armauit. Hæc Auguſtinus. Hieronymus ad idem ſuper Hieremiam circa illud. State ſuper vias, & videte: inquit. Standum eſt in prophetis, & diligentiſſime contemplandum, & interrogandum de ſemitis antiquis, ſiue ſempiternis, quæ multorum ſanctorum ſunt tritæ veſtigijs, quæ ſit via bona in euãgelio, & ambulandum in ea. Ecce quòd ſanctos patres vias antiquas prophetarum, ſempiternaſque triuiſſe dicit: ob id quòd conſequenter eos imitandos teſtatur. Cyrillus ad idem ad Neſtorium ait. Non ſufficit tuæ religioni ſolummodo ſymbolum fidei confiteri: quod expoſitum eſt per idem tẽpus ſancti ſpiritus largitate a venerando, & magno concilio apud Niceam congregato. Hoc enim nec intellexiſti, nec recte interpretatus es: quin imo peruerſe licet ſono vocis eadem verba protuleris, ſed conſequens eſt & iureiurando fateri te, quòd anathematizes quidem tua prophana, & polluta dogmata: ſentias autem, & doceas, quæ nos vniuerſi per Orientem, ſeu Occidẽtem Epiſcopi, & magiſtri, præſuleſque populorum credimus, & docemus. Hæc Cyrillus. Caſſiodorus ad idẽ ait. Quapropter dilectiſſi-

Auguſtinus Epiſtola. 57.

* Hieronymus lib. 2.

* Cyrillus Epiſtola ſynodica Epheſini concilii.

Lib. Diuinarũ inſtitutionum. Caſſiodorus.

mi fratres indubitanter ascendamus ad diuinam scripturam. Primum per expositiones probabiles patrum, velut per quandam scalam visionis Iacob: vt eorum sensibus prouecti ad cognitionem domini efficaciter peruenire mereamur. Idem pro eodem. Quod dictum rationabiliter in tractatibus probatissimis inuenitur, hoc proculdubio credamus esse diuinum. Si quid dissonum, aut discordans patrum regulis contigerit inueniri, vitandum esse. Origo enim sæuissimi erroris est, inspectis auctoribus amare totum, & sine iudicio defendere velle quod inuenis. Scriptum est enim. Omnia probate: quod bonum est tenete: sed vt in summa quæ sunt dicenda complectar. Cuncta quæ antiqui expositores probabiliter dixerunt sollicita mẽte tenenda sunt. Hæc ille. At quæ patres probabilius dicere potuerunt, quàm ea quæ omnes quasi per vnum tanquam a manifesta veritate victi conformiter diffinierunt? Teneamus ergo vestigia patrum sancto rum, sentiamus quæ conformiter senserunt, imitemur eos patres nostros, sicut illi patres suos vsq; ad Apostolos patres suos, & nostros imitati sunt

Cassiodorus ibi cap. 25.

## CAP. X.

Concludamus vltimo aduersus quẽuis hæreticum, etiam istum nouissimum Lutherũ solas diuinas scripturas appellãtem, nec approbatos viros in eis interpretandis audientem, imo omnes excludentem, & tantum sibi credi volentem: dicamusque illi, quod olim Augustinus Manichæo talia garrienti constanter dixit. Cohibe tandẽ pertinaciã, & nescio quã indomitã propa-

* Multa & pulchra dicta patris ad hãc veritatẽ.

Augustinus Manichæo.

gandi nominis arrogantiam: & mone potius, vt huius multitudinis primates quæram diligentissime & laboriosissime, vt ab his potius de ijs literis aliquid addiscam: qui si non essent, discendum omnino esse nescirem. Tu vero in latebras tuas redi, ne quicquam insidiare sub nomine veritatis, quam conaris eis adimere. Dicamus iterum aduersus eundem, quod & Augustinus aduersus Iulianum Pelagianum catholicos patres, & viros doctos, præclarosque contemnentem dixit. De reliquis fatue, non habes omnino quid dicas. Nunquid Irenæus, & Cyprianus, & Retitius, & Olympius, Hilarius, Gregorius, Basilius, & Ambrosius, & Ioannes de plebeia sorte sellulariorum, sicut Tullianè iocaris in nostram inuidiam concitati sunt? Nunquid milites? Nunquid scholastici auditoriales? Nunquid nautæ, tabernarij, cetarij, coqui, lanij? Nunquid adolescentes ex monachis dissoluti? nunquid postremo de qualicunque clericorum turba? Isti sunt quos vrbana exagitas dicacitate, vel potius vanitate contemnis: quia non possunt secundum cathegorias Aristotelis de dogmatibus iudicare: quasi tu, qui maxime quereris examen vobis, & episcopale iudicium denegari, Peripateticorum possis inuenire consilium, nisi de subiecto, & ijs quæ sunt in subiecto contra originale peccatum dialectica sententia proferatur. Isti sunt Episcopi graues, docti, sancti, veritatis acerrimi defensores aduersus garrulas vanitates. In quorum ratione, eruditione, libertate, quæ tria bono iudici tribuisti, non potes inuenire quem spernas. Si Episcopalis synodus ex toto orbe congregaretur,

* Augustinus cõtra Iulianum lib. 2. in fine.

mirũ si tales possent illic facile tot se dare: quia nec isti vno tempore fuerunt: sed fideles, & multis excellentio res paucos dispensatores suos Deus per diuersas ætate temporum, locorumq; distantias, sicut ei placet atq; expedire iudicat, ipse dispensat. Hos itaque de alijs, atque alijs temporibus, atque regionibus, ab oriente, & occidente congregatos video, non in locum, quo nauigare coguntur homines: sed in librum, qui nauigare possit ad homines. Quanto tibi essent isti iudices optabiliores, si teneres catholicam fidem: tanto tibi sunt terribiliores, quia oppugnas catholicam fidem: quam in lacte suxerunt, quam in cœlo sumpserunt: cuius lac, & cibum paruis, magnisque ministrauerunt, quam cõtra inimicos etiam vos tunc nondum natos, vnde nunc reuelamini, apertissime, & fortissime defenderunt. Talibus post Apostolos sancta Ecclesia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, pastoribus, nutritoribus creuit: ideo prophanas voces vestræ nouitatis expauit: & tanquam caput colubri calcauit, obtriuit, abiecit. Ijs ergo eloquijs, & tanta authoritate sanctorum profecto, aut sanaberis Dei misericordia donãte (quod quantum optem videt qui id faciat) aut si, quod abominor, in eadem, quæ tibi videtur sapientia, & est magna stultitia, perduraueris: non tu iudices quæsiturus es, vbi causam tuam purges sic, vt tot sanctos doctores, atque memorabiles catholicæ veritatis accuses Hireneum, Cyprianum, Retitium, Olympium, Hilarium, Gregorium, Basilium, Ambrosium, Ioannẽ, Innocentium, Hieronymum, cæteroſque socios, & participes eorum. Insuper vniuersam Christi Ecclesiam, cui diuinæ familiæ dominica cibaria fideliter ministran-

* Existimãda plurimum cõformis sentẽtia patrum diuersis temporibus & locis conformiter scribẽtium.

* Optaret quis sanctos patres habere iudices, si optaret tenere veram fidem.

* Ecclesia Dei post apostolos sanctis patribus plãtatoribus, rigatoribusq; & c. creuit.

* Patres diuinæ familiæ dominica cibaria fideliter ministrantes ingenti domino gloria claruerut.

tes ingenti domino gloria claruerunt. Hæc Augustinus. Quid amplius nos dicere vnquam valemus?

## CAP. XI.

MVLTA ergo sunt in Christiana religione principia, quibus qui fideles sunt, sua probent: multa inquā sunt, & vnum: multa, & vt multa, non vnum, vnum, & vt vnum, non multa. Quia vnum quasi formale, quo probatur, idest authoritas diuina: a quo primo, & ad quam vltimo omnis probatio Christiana refertur: multa vero quasi materialia, quæ probant, idest illa omnia, in quibus diuina authoritas est, miraculum verum, scriptura sacra, vniuersalis Ecclesia in se, vniuersale cōcilium ipsam repręsentans, generalis consuetudo totius Ecclesiæ, maxime antiquissima, & conformis sanctorum patrum sententia. Hæc enim omnia sunt quæ probant; sed authoritas diuina est, qua ista probant, sicut ignis, ferrum, lignum, multaque alia calida sunt, quæ calefaciunt; sed calor est, quo ipsa calefaciunt. Et quemadmodum omnia ista sic resoluimus, vt ea dicamus non nisi per calorem formaliter & actualiter calefacere: ita & illa quoque distinguimus, vt ea non nisi per authoritatem diuinam, quæ religionis Christianæ sunt, dicamus probare. Nanque sicut lignum, ferrum, lapis, & aqua non calefaciunt, quia tales res sunt: sed quia calorem habent: imo sicut nec ignis ipse actualiter, & formaliter calefacit, quia talis naturæ aut essentiæ sit: sed quia calore actuatur, informatur q; : ita nec miraculum, nec scriptura, nec Ecclesia, nec concilium, nec consuetudo, nec patrum sententia de fide quicquā probant, vt tales res sunt; sed quia diuinam authorita

* Epilogus quo ostēditur / multa esse apud Christianos principia quasi materialia, quæ probant ea / quæ religionis sunt: sed vnum tantū quasi formale / quo probāt: ad quod fit vltima resolutio.

* Lignum calidā ferrū / lapis / aut aqua nō calefaciunt: quia tales naturæ sunt: sed quia calorē habent.

tem habent. Vnde & magis, aut minus ad credendum arctant, secundum quod magis, aut minus diuinam authoritatem participant: miraculum sub pœna perfidiæ, & incredulitatis inexcusabilis: scriptura, Ecclesia, & concilium sub pœna hæresis: consuetudo, & conformis patrum sententia sub pœna scandali, temeritatis, ac erroris grauissimi. Non ergo dicimus ista omnia inter se æqualis authoritatis esse, æqualem gradum certitudinis quoad nos habere, aut æqualiter probare: quia nõ omnia æqualiter diuinam authoritatem sortiuntur: tamen hoc vnum constanter affirmamus, cuncta ea cunctos nos ad credendum obligare, vt ample monstratum est. Cæterum quotiens diximus ista nostra principia sufficientissime monstrare quicquid aut omnia, aut singula, aut aliqua, aut aliquod eorum probant. Noluimus hæc dicere, quasi ipsa in nobis etiã inuitis, nolentibusq; assensum suæ conclusionis aggenerent. Hoc enim non stat, tum quia opus Dei est, vt credamus in eum, quem misit ille: opus inquam, & donum, sicut & saluator noster, & Paulus Apostolus eius docuerunt. Opus inquam, & donum nequaquam nolentibus datum: quia teste Augustino cætera potest homo nolens: credere autem, non nisi volens. Tum etiam quia alias illa omnes cogerent, & sic illa, & illis omnes crederent: quod secus est. Quæres, quid ergo faciunt, aut quomodo probant? Respondeo. Primum disponunt hominem, seu ipsum ad dispositionem optime ducunt: quia iustissimum est, & rationi consonum, imo & in naturali lumine notũ, vt per hæc quis ad Deum se conuertat, ab ipsoque illuminari cum

* Miraculo sum opus/ scriptura/ ecclesia/ concilium/ cõsuetudo/ & conformis sẽtentia patrũ non probãt in religione Christiana: quia tales res aut talis naturæ sũt: sed quia diuinã authoritatẽ habẽt. Vnde nos catholici nostras probationes resoluentes in vltima resolutione materiale a formali/ seu quasi distinguẽtes/ ad diuinam authoritatem venimus.

*De hoc diximus supra art. 1. circa probationẽ miraculorum.

omni instantia expostulet: quo posito Deus optimus maximusque, qui donat petenti, aperit pulsanti, & nō deest facienti quod in se est: fidem præstabit. Secundum ipsa ex diuina authoritate, quam habent, quantum est de se erga omnes sufficienter, & erga volentes efficaciter probant quicquid dicunt. Concludamus ergo cum Augustino sanctissimo, doctissimo, & antiquissimo. In nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti Amen.

# Liber Tertius vnũ tantũm Articulum continens. In quo De sola traditione Ecclesiastica, siue scripturis, siue moribus custodita tractatur. De ea maxime, quæ per successiones Episcoporum, & propagationes Ecclesiarum, mediis uniuersalibus Conciliis, aut usu totius populi Dei ad nos usq; peruenit.

*Proœmium.*



VIA SVPERIORI libro satis superq; monstrauimus, nõ vnum, sed plura esse apud Christianos probatiua principia, quę ea, quæ religionis sũt probent, videlicet, Miraculum verũ, Diuinam scripturam, Totam ecclesiã in se, Vniuersale concilium ipsam reprçsentans, Consuetudinem generalem maxime antiquissimã, ac Sententiam conformẽ patrum: manifestum est, eos intolle rabiliter errasse, errareque hodie, qui pro huiusmodi ꝓbandis solam scripturam sacrã iudicem habere volunt. Errant quidem ij tales, tum quia cum Diuina ipsa scriptura, quam veracissimam confitentur, ac iudicem petunt, etiam alios a se constituat iudices veraces, vt ostensum est: sibi repugnat qui scripturã petit iudicẽ, & solam scripturam audire vult: tum quia voces non sãctorum, sed hęreticorũ in hac sua petitione assumunt, quibus contra dei ecclesiam, contra præconia prophe-

* Qui scripturã petit iudicẽ / & solã scripturã audire vult: sibi ipsi repugnat.

tarum, contra tubã Apostolorum, aliorumque patrum oggãniũt miseri. Vox hæreticorum dicit. Sola scriptura est iudex. Vox autem Christianorum intonat. Scriptura quidem, sed non sola scriptura: imo & ecclesia siue etiam ecclesiastica traditio est verissimus iudex. Paulus nãq; pro vtroq; clamauit, & pro scriptura, & pro ecclesia: pro scriptura enim. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est. & c. & iterũ. Tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolã nostrã: pro ecclesia vero. Ipsam columnã & firmamentũ veritatis appellauit. Vox illa hæreticorum est: quia ipsã omnes hæretici quotquot a tempore nascentis ecclesiç fuerunt, habuere, Arrius, Sabellius, Nestorius, Appelles, Eluidius, Manes, Donatus, Pelagius, Iulianus, alijque plures, qui ex eadem hæreticali progenie venerunt. Nouit hoc Hilarius ex præcipuis patribus, sanctissimis doctissimis, & antiquissimis vnus: quando ad Constãtium imperatorem dixit. Memento tamen neminem hæreticorum esse, qui nunc non secundum scripturas prædicare ea, quibus blasphemat, mentiatur. Hinc enĩ Marcellius verbum Dei cum legit, nescit: hinc Photinus hominẽ Iesum Christum cum loquitur, ignorat: hinc & Sabellius dũ quod, Ego & pater vnum sumus, non intelligit: sine deo patre, & sine deo filio est: hinc & Mõtanus per insanas fœminas suas paracletum alium defendit: hinc & Manichæus, & Marcion legem odit: quia litera occidit, & mundi princeps diabolus est. Vox vero ista Christianorum est: quia in ea cuncti patres, quos sanctos, doctos, ac miraculis diuinis approbatos scimus, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, Hirenęus, Cyprianus, Hilarius, Cyrillus,

*Vox hæreticorum omnium.

*Vox Christianorum omnium fidelium alia.

*In voce hæreticorum loquũtur hæretici.

*Nouit & Origenes Homel. 7. in Ezechielem.

*Nouit Augustinus ad Dioscorũ.

*In voce fideliũ loquuntur.

Athanasius, Basilius, Damascenus, Anselmus, alique innumeri loquuti sunt tanquã in voce propria filiorũ Dei. Nouit & hoc Chrysostomus vbique terrarum fama, sanctitate, eruditioneque notissimus, dum super Apostolum cuique fidelium Christi loquens inquit. Traditionem quoque ecclesiæ fide dignam putamus: traditio est, nihil quæras amplius. Quia inquam supra monstratum est, non vnum, sed plura esse Christianorum principia probatiua quasi materialia, hoc est quæ in virtute diuinę authoritatis, quam habent, probant; iam nunc determinandum supereſt, quodnam illorum magis homo Christianus quærere, expectare, & vt in plurimum petere debeat. Nam quum de hac re possit quispiam etiam doctus, ac pius ambigere: vtile, imo & quodammodo necessarium duximus, eam in hoc secundo libro quantum dominus donauerit, proponere, exponere, monstrareque. Quatenus vel sic quantum possumus omnibus propter Christum seruiamus, propter quem omnibus debitores sumus. Erit ergo tota sequens inquisitio de eo principio, quod pro extinguendis dubijs in Christiana religione subortis vt communiter appellandum est, iudex verissimus, certissimus, ac facilimus & clarus.

4. 2. Thes. 2.

* Nouerunt etiã Athanasius/Hieronymus/ibidẽ.

* Quod illorum principiorũ omniũ sit vt in plurimum petendum velut semper manifestum dissẽdum nunc est.

## ARTICVLVS VNICVS.

ECCLESIASTICA traditio pro rebus religionis fidei scilicet, & morũ terminandis inter omnes quos superiori libro monstrauimus audiendos, petẽda est iudex; non quasi verior, certior, aut firmior omnibus

* Quod ecclesiastica traditio petenda est præ alijs pro subortis dubijs extinguendis.

alijs, quum & quídam aliorum diuinam authoritatem modo quodam eminenti, & particulariſſimo habeant, qua non eſt poſſibilis maior: ſed quaſi clarior, manifeſtiorque in ſenſu in quo fit.

## CAP. PRIM.



Manifeſta ratio ex diuinis ſcripturis ſumpta primũ omnium hunc veriſſimũ articulum monſtrat: nanque Per fidem ambulamus, quandiu hic peregrinamur a domino: quã inconcuſſam omnino, & abſq; hæſitatione tenere, ac ſine eo q; Deũ optimũ tẽtemus, viuere, periculaq; omnia grauia ſiue animæ, ſiue etiam corporis, quantũ poſſumus, fugere præcipimur: quorum omniũ deus, Apoſtolique eius optimi teſtes ſunt. Saluator dixit. Quid timidi eſtis modicæ fidei? iterum. Modicę fidei quare dubitaſti? iterum. Generatio incredula quouſq; patiar vos? Paulus inquit, ſine fide ipoſſibile eſt placere deo: iterum. Oportet accedẽtem credere: iterum. Per fidẽ ambulamus. Iacobus quoq; ait. Si quis indiget ſapiẽtia, poſtulet a deo: oret autem in fide nihil hæſitans: iterũ Deus dixit. Non tentabis dominum Deum tuũ: alibi etiam dicitur. Qui diligit periculum, peribit in illo. At iſtis omnibus poſitis, quęſo, quid inde ſequitur, niſi qđ in articulo diximus: fore ſcilicet eccleſiaſticam traditionem vt in plurimũ magis a Chriſtiano homine pro extinguendis ſubortis dubijs petendam? Audacter, ſed vere dico: nihil conuenientius ex illis præmiſſis deduci tur, imo nec deduci poteſt. Monſtratur hoc: probat quidem miraculum: ſed illud cõtinuo petere nõ debemus: ne nobis dici audiamus. Niſi ſigna, & prodigia videritis; non creditis; aut Quid me tentatis hypocritę? quia

*1. Corint. 5.

*Iacob. 1.

*Deut. 6.
*Eccleſiaſt. 3.

*Math. 16. & 17.

*Math. 14. & 17.

*Hebr. 11.

*Iacob. 1.

*Deut. 6.

* Eccleſiaſtica traditio quia magis nota, potius petenda.

*Miraculum nõ eſt expetendum quotiens ſubortitur.

*Ioan. 4.
Math. 12.

ſcriptum eſt. Non tentabis dominũ deum tuum: probat diuina ſcriptura: ſed illa nonnulla intellectu difficilia continet, quæ indocti, & inſtabiles, Petro teſte deprauãt: multa etiã in illa, ſicut Paulus dicit, obſcurant, ne myſteria veritatis percipiant obſcœni ac peruerſi: multa quoq; ab Apoſtolis ad nos non ſcriptis, ſed moribus venerunt: quæ & ſcripturis nullatenus probari queunt ſolo verbo tradita: probat tota eccleſia in ſe, ſed illa conueniri nunc ad vnum locum non valet per totum orbem diffuſa: probat conſuetudo, ſed non eſt ſemper manifeſtum, quomodo illa inducta fuerit: ſi vt præcipiens, conſulens, aut permittens: quo tempore, a qua perſona inducta, aut qua mente admiſſa: nec ipſa conſuetudo ſeſe quoad hæc omnia declarare poteſt: probat conformis patrum ſententia: verum & illa etiam fortaſſis apud aliquos nonnullos ſenſus habebit, quibus ad iſtam, vel illam partem trahatur: item quia quum patres, vt ſinguli quilibet ſeorſum ſcribendo, non vt omnes eccleſiam conſtituendo, ipſam ædiderint: nequaquam tantæ authoritatis erit, quantam ad puriſſimam fidem requiri nouimus. Quid ergo? Vtique eccleſiaſtica traditio in vniuerſali concilio edita, determinataue, ſiue expoſita, & approbata perenda eſt iudex: quia illud diuinam authoritatem habet omnino, vt eſt oſtenſum: congregari facile poteſt quotiens opus fuerit: audit loquentes, & loquitur audientibus: determinat, ſuaſque determinationes interpretatur, nec patitur ambiguum aliquid in ſuis rebus eſſe.

*Deut.

*Diuina ſcriptura nonnulla continet intellectu difficilia / quæ indocti & inſtabiles depranant. 2. Pet. 3. ob non ſemper petenda: & quia apoſtoli multa ſolo verbo tradiderunt.

* Tota eccleſia vniuerſalis in ſe nõ poteſt in vnũ locum conuenire / quare nec cauſas finire vt tota.

*Patrum ſententia quoq; multos ſenſus recipere poteſt: nec eſt ita ſortis / antequam ſit ab eccleſia approbata.

*Cõſuetudo potuit multis modis induci.

Art. 4. per totũ.

* Vniuerſale cõcilio attente auscultandum / & expreſſe loquitur: ob id adeundum.

## CAP. II.

* Quotquot ab apostolis fuerūt patres per successiones temporum/ad vniuersalia cōcilia cucurrerunt.

Ad istam eandem veritatem sunt quotquot præcesserunt patres a Christo domino vsq; ad nos, Apostoli, Apostolorum successores, ac apostolici viri, qui successu temporis in ecclesia fuere, quasi dominicæ vineæ diuersarum horarum verissimi cultores, operariiq; primo mane, hora tertia, hora sexta, & vndecima conducti: a quorum tramite nos deuiare non possumus, si cū illis in sero mortis, aut mundi diurnum denarium accipere volumus. Paulus hoc docuit primus quasi primo mane ad ecclesiam, tanquam ad vineam domini vocatus: qui quū viros, ac mulieres doceret, illos vt non orarent, nec prophetarent velato, sed discooperto capite: illas vero, vt non nisi eo velato eadem facerent: contra quosdam rebelles, ac contentiosos, qui hæc minime obseruanda dixissent, consuetudinem ecclesiæ obiecit, dicens. Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem nón habemus, neque ecclesia Dei. Potuit quidem Apostolus aliunde ad idem scripturam quærere, aut etiam ædere, & æditam allegare: noluit tamen id facere, sed nudam consuetudinem ecclesiæ adducere, quatenus nos in similibus similia facere, & contra cōtentiosos ad ecclesiasticas traditiones currere doceret. Idem pro eodem. State fratres, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram: ecce sine discrimine traditiones commēdat, siue scriptas, siue tantum moribus commendatas: quod non secus alios Apostolos præcepisse nouimus: quorum certe sunt, quæ ecclesia de fide tradit. Lucas de Paulo pro eodem dixit. Perambulabat autem Syriam, & Ciliciam, confirmans ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum, & seniorum. Videant

* Math. 20.

* Paulus primus. pro se etiam Romā venit sua cōmunicare cū fratribus.

* Galat. 2.

* 1. Corint. 11.

* Petrus quoque ad concilū currit cū aliis determinare de legalibus. Act. 15.

* 1. Thess. 2.

* Act. 15.

qui voluerint, si non ad Ecclesiasticas traditiones illa præcepta quæ Paulus custodiri præcipiebat, Apostolorum, seu seniorum pertineant? Irenæus ille Christi glorioſus martyr Apostolis vicinus, Lugduneñ. Archiepiscopus, beati Polycarpi Ioannis euangelistæ discipuli auditor refert, maiores nostros obseruantias, traditiones Apostolicas, secundum quas instituerunt Ecclesias, sedulo perquirentes scriptis, verbis, & gestis, posteris commendasse. Idem pro eodem aduersus Valentinum, cæterosque sui temporis hæreticos pugnans, ait. Traditionem Apostolorum toto orbe manifestam in omni Ecclesia adest perspicere omnibus, qui vera audire voluerint: eam videlicet, quam primitiua illa Ecclesia ab Apostolis acceptam per successionem continuam patrum, & Episcoporum transmisit ad nos. Sed quoniam per omnes Ecclesias discurrere prolixum fuerat, & infiniti operis: ex omnibus maxime antiquissimam, ac omnibus cognitam, Romæ a glorioſissimis duobus Apostolis Petro, & Paulo fundata eligens, eius fidem, traditionemque, quam habet ab ipsis annũciatam, & per successiones episcoporum ad nos peruenientem indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo pacto, vel per sui placentiam, vel vanã gloriã, vel cæcitatẽ, & malam sententiã, fidẽ, præterquã oportet, colligunt. Hæc ille. Quæso iste pater doctus, sanctus, Christiq; martyr glorioſus, quid clarius dicere potuit, quo hũc nostrũ, imo suũ potius articulũ firmaret? Idem pro eodẽ. Polycarpus qui nõ solum ab apostolis eruditus est, neq; solũ cõuersatus est cum ijs, qui dominũ viderant: sed ab ipsis apostolis ordinatus Smyrneorũ episcopus, quẽ nos quoq; in prima nostra

*Irenæus lib. 3. contra hæreses.

Eusebius refert lib. 3. Eccles. hist. cap. 33.

Prædicatio apostolica per traditionem ecclesiæ cõseruatur.

* Irenæus idem & ad idem.

ætate vidimus: infra. Docebat semper ea, quę ab Apostolis ipse didicerat: & hæc ecclesiæ tradebat, quæ sola verba dicenda sunt: sequitur. Qui etiam sub Anicето Romā perrexit, & multos ex supradictis hæreticis ad ecclesiam Dei conuertit, hanc solum prædicans tenendam esse veritatem, quam ipse sciret se ab Apostolis suscepisse, quam & tradebat ecclesiæ. Hęc ille. Pantheus Stoicæ sectę, quondam philosophus tantæ prudentiæ, & eruditionis, tam in scripturis, quàm in sęculari literatura fuit, vt in Indiam quoque a legatis gentis ipsius rogatus a Demetrio episcopo mitteretur: tempore Marci euangelistæ Apostolorumque domini scholę ecclesiasticæ doctoris officio præfuit, vir in omni eruditione nobilissimus, in ecclesia Alexandrina primus post Apostolos: discipulum, ac successorem habuit Clementē: cuius Clementis Origenes discipulus, succesſorque in inquisitionibus suis de principijs Christianæ vitę inquit. Sicut multis apud Græcos & barbaros pollicentibus veritatem diſſuemus apud omnes eam quærere, qui eam falsis opinionibus asserebant, postquam credimus filium Dei esse Christum, & ab ipso nobis hanc discendam esse persuasimus: ita cum multi sint, qui se putāt scire, quæ Christi sunt, & nonnulli eorum diuersa a prioribus sentiant, seruetur vero ecclesiastica prædicatio per successionis ordinem ab Apostolis tradita, & vsque ad præsens in ecclesijs permanens: illa sola credenda est veritas, quæ in nullo ab ecclesiastica traditione discordat. Idem pro eodem. Ex traditione didici de quatuor euangelijs, quòd hęc sola absque vlla contradictione suscipi debeant in omnibus, quę sub cœlo sunt,

* Hieronymus refert in De viris illustribus c. 6.

*Eusebius lib. 5. Eccles. histor. c. 10. Idem ibi lib. 6. c. 3.

*In De principiis Christianæ vitæ
*Idem pro eodē multa dixit Homel. 5. super Numer.
* Antiquus Origenes multa ad idem.

Tomo 1. Cōmentariorū in Math. teste Eusebio Eccles. hist. lib. 6.

ecclesijs Dei. Ita enim tradiderunt patres nostri. Et quòd primum omnium sit euangelium a Matheo scriptum, qui aliquando fuerat publicanus, Hebraicis literis, & traditum his, qui ex circuncisione crediderant. Secundum vero scriptum esse a Marco, iuxta ea, quę sibi tradiderat Petrus. Tertium esse secundum Lucā, quod Paulus Apostolus collaudat tanquam his, qui ex gentibus crediderant, scriptum. Super omnia autem euangelium esse Ioannis. Is vero, qui idoneus factus est minister noui testamenti, Paulum dico, qui repleuit Euangelio omnia ab Hierusalem in circuitu vsque ad Illiricū, non ad omnes, quas docuerat ecclesias scripsit: sed quatuordecim solum epistolas, & in eis plures breuissimas. Idem ibi pro eodem aduersus eos, qui de epistola ad Hebręos, an Pauli esset, dubitabant, ait. Sed ego dico, sicut mihi a maioribus traditū est, quia manifestissime Pauli est: & semper omnes antiqui maiores nostri ita eam, vt Pauli epistolam susceperunt. Hæc ille. Clemens Petri discipulus, & eius in apostolica cathedra gloriosus successor ad idēdocet oportere intelligentiam scripturarum ab eo discere, qui eam a maioribus secundum veritatem sibi traditam seruat. Ista in illis prioribus temporibus cognita sunt, credita etiam, ac populis prædicata: quibus sub recentissimo Christi sanguine effuso totus orbis miraculis quàm plurimis radiabat.

*Paulus repleuit omnia euangelio ab Hierusalē in circuitu vsq; ad Illiricum.

*Pro eo q; non videatur ea seruari illa eius sententia, qua de se ipso pronunciat dicens se imperitum esse sermone.

*Clemens Petri discipul⁹ ad idē.

## CAP. III.

Post hęc autem, nō tamē multis temporibus interpositis, patres qui venerunt quasi hora tertia ad vineā vocati, sancti, ac docti, bona quidem mēbra illius formosę columbę, cui dicitur. Tota pulchra es amica mea

* Alij patres alij quantulū posteriores ad idem.

(Ecclesiam dico Christi, suo sanguine iam mundam) vestigijs priorum patrum adhærentes hanc eandem sententiam prorsus obseruarunt. Augustinus nanque præterquam quòd in multis alijs locis sub grauissimis sententijs, & verbis manifestis hanc veritatem docuit continuo, tamen ad idem contra epistolam fundamenti inquit. Ego euangelium non crederem, nisi Ecclesiæ authoritas me moueret. Quæso, qui hæc dixit, traditionem Ecclesiasticam quanti fecit? Idem pro eodem ad Casulanum presbyterũ. In his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut preuaricatores diuinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercẽdi sunt. Si ergo res Ecclesiæ, & statuta maiorum velut diuinæ leges obseruãda prędicantur: proculdubio quum Ecclesia nobis loquatur, seq; optime interpretet, sitq; res quę dã audiẽs, & loquens: & diuina scriptura, teste Petro, nonnulla cõtineat intellectu difficilia, quæ indocti, & instabiles deprauant: pro dubijs resoluendis, nobis potius ad Ecclesiam adeundum est. Idem pro eodem cõtra Faustum. Distincta est a posterorum libris excellentia canonicæ authoritatis veteris, & noui testamenti: quæ Apostolorum confirmata temporibus, per successiones Episcoporum, & propagationes ecclesiarum, tanquam in sede quadam sublimiter cõstituta: cui seruiat omnis fidelis, & pius intellectus. Idem ibi pro eodem. Nostrorum porro librorum authoritas tot gentium consensione per successiones Apostolorum, Episcoporum, conciliorumq; roborata vobis aduersa est. Ecce quòd vbiq; traditiones Ecclesiæ per successiones patrum habitas

* Anno domini 360. natus. Augustinus. In epistol. fundamenti.

Dist. 11. c. In his.

* Ecclesia res viua est videns, audiens, & loquẽs.

* 2. Pet. 3.

* Augustinus. lib. 11. cap. 5.

* Augustinus. lib. 13. cap. 5.

commendat. Idem pro eodē aduersus Faustum. Quid ages? quo te vertes? quam libri a te prolati originem? quam vetustatem? quam seriem successionis testē citabis? nam si hæc facere conaberis, nihil valebis: & vides in hac re quid Ecclesiæ catholicæ valeat authoritas, quæ ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum vsq; ad hodiernum diem succedentium sibimet episcoporū serie, & tot populorum cōsensione firmatur. Idem pro eodem muniens se in baptismo paruulorum contra Pelagianos ait. Vbi ponis paruulos baptizatos? profecto in numero credentium. Nam ideo ex consuetudine Ecclesiæ antiqua canonica fundatissima paruuli baptizati fideles vocantur. Idem pro eodem tractans omni acceptione dignum. Hoc Ecclesia semper habuit, semper tenuit, hoc a maiorum fide percepit, hoc vsq; in finem perseueranter custodit. Idem ad idem. Iam superius disputauimus, credit in altero, qui peccauit in alterum: credit & valet, & inter baptizatos computatur: hoc habet authoritas matris Ecclesiæ: hoc fundatissimæ veritatis obtinet canon: contra hoc robur, contra hunc inexpugnabilem murum quisquis arietat, ipse confringitur. Idem pro eodem contra Manichæos dixit. Palam est, quòd in re dubia ad fidem valeat authoritas Ecclesiæ catholicæ, quæ ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum vsque ad hodiernum diem succedētium sibimet episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur. Hæc Augustinus. Hieronymus ad idē sup. Apostolū circa illud. Si quis autē videtur cōtentiosus esse, inqt. Præuenit illos, ne quis diceret: vbi scriptū est? vel alijs argumētis huic resisteret rationi. Quomodo prȩuenit? Nostalē cōsuetudinē inquiens nō ha-

* Augustinus.

* Augustinus. Prima parte sermonum serm. 5. De baptismo parvulorum.

* Augustinus. serm. 73.

* Augustinus. Serm. quo prius prima parte post medium.

* Augustinus. lib. 2.

* In re dubia ad fidem valet authoritas Ecclesiæ.

* 1. Corint. 11. Hieronymus.

bemus, neq; ecclesia dei, siue contendendi, siue talia faciendi: quando igitur secundum Hieronymũ Paulus sese muniens aduersus contradicentes cõsuetudinem ecclesiæ obiecerit, manifestum est, secundum ecclesiasticam traditionẽ vim roburq; habere probandi veritates, ac compescendi rebelles. Idem pro eodem ad Lucinium ait. Ego illud te breuiter admonendum puto, traditiones ecclesiasticas (præsertim quæ fidei non officiant) ita obseruandas, vt a maioribus traditæ sunt. Chrysostomus ad idem super Apostolum circa illud. Itaque fratres state, & tenete traditiones inquit. Traditionem quoque ecclesiç fide dignam putamus. Traditio est nihil queras amplius. Athanasius, seu (vt alij volunt) Vulgarius iuxta eundem locum Pauli pro eodem ait. Itaque & ecclesiç traditionem dignã existimemus cui præstanda sit fides: vt siquid ab ea sit traditum, nihil vltra perquiras. Cyprianus ad idem. Ipse summus sacerdos sui est sacramenti institutor, & actor: in cęteris homines spiritum sanctum habuere doctorem: & sicut par est, spiritui sancto, & Christo diuinitas: ita in suis institutis æqua est authoritas, & potestas. Hilarius ī De trinitate de fide a maioribus accepta loquẽs iquit. Ab his ergo, quę teneo, doctus sum: his immedicabiliter imbutus sum: & ignosce omnipotens deus, quia in his nec emẽdari possum, sed commori possũ. Hęc ille.

*Hieronymus, Tomo primo.

*.2. Thes. 2. Chrysostomus.

*Athanasius. Ibi.

* Cyprianus in serm. de ablutione pedum.

*Lib. 6. Hilarius.

## CAP. IIII.

Deinde alij patres posteriores his sanctissimi etiam ac doctissimi, qui in eccl'ia fuerũt, quasi sexta hora ad vineã dñi venientes, hanc eandẽ veritatem obseruarũt docueruntque, Gregorius, Leo, Anacletus, Iulius, Innocentius, Bernardus, Thomas, Ioannes Cers. n,

*Patres posteriores his hoc idẽ cõ prioribus tenuerunt penitus.

Beda, Bonauentura, Alexander de Ales, alijq; innumeri, quos narrare solum esset longissimū: quanto magis eorum sententias, & dicta referre? Innocentius placet plurimū, qui dixit. Quotiens ratio fidei ventilatur, arbitror omnes fratres, & coepiscopos nostros, non nisi ad Petrum, ideſt sui nominis, & honoris authoritatem referre debere, veluti nūc retulit vestra dilectio: quod per totum mundum possit ecclesijs omnibus prodesse. Hęc ille. Bernardus quoq; aduersus eos, qui sese toti cō munitati præponunt, traditiones superiorū audire nolentes ait. Lepra proprij cōsilij eo pernicioſior est, quo magis occulta: & quanto ea quis magis abundat, tanto sibi sanior esse videtur. Hæc illorum est, qui zelū Dei habent, sed non secundum scientiam sequentes errorē suum, & obstinati vt nullis velint consilijs acquiescere: hi sunt vnitatis diuisores, inimici pacis, & claritatis expertes, vanitate tumentes, placentes sibi, & magni in oculis suis. Et quę maior superbia, quàm vt vnus homo toti congregationi iudicium suum prę ferat, tanquam ipse solus habeat spūm dei? Idolatrię scelus est, nolle acquiescere, & quasi peccatū ariolādi. Eant nunc, qui se facitūt religioſiores alijs: ecce arioli, & idolatræ facti sūt, si nō ei, qui dixit hoc, pluſquā sibi iudicant esse credendum. Neq; huic dissonat veritatis sermo. Si ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Hæc Bernardus. Thomas etiam Vualdensis, qui aduersus Vuiclet. ad idem dixit. Si ergo postquā scripturas scrutati fuerimus, videamus quid de hac re cōmuniter sentit ecclesia, vel in traditione vulgari, vel cōcordi patrū institutione: habeamus hoc, tanquā in scripturis inueniretur, pro definitione completa. Hæc ille.

*24.q.1. Quotiens. Innocentius.

*Bernardus.

*Quasi peccatū ariolandi est nolle acquiescere determinationi ecclesiæ.

*In doctrinali fidei antiquæ. Tomo.1. lib.2. art.2. cap.23. Thomas Vualdēsis.

## CAP. V.

*Nos quoq; qui nunc sumus cũ apostolis/& sãctis patribus/p quos apostolica prædicatio ad nos pervenit prædicamus.

NOS vero, qui nunc nouissimi respectu præcedẽtium ad ecclesiam, quasi operarij in vndecima hora ad vineã conducti sumus: quomodo non cum alijs prioribus laborabimus? Cur quod illi fecerũt, nõ faciemus? quod senserunt, non sentiemus? quod prędicarunt, nõ prædicabimus? aut quod scripserunt, non scribemus? Vnus dominus est, pater familias, qui omnes vocauit, omnes ad eandem vineam misit: nec dubium, quin velit omnes similiter pro posse in ea laborare. Priores illi operarij glorioſi in operibus suis domino placuerũt sancti & iusti: ergo & nos eidem deo optimo placebimus, si illorum priorum placentium boni æmulatores fuerimꝰ. Paulus illis dixit. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi: illi aũt nobis dixerũt. Imitatores nostri estote, sicut & nos Pauli. Sentimus ergo cum illis, & quod illi dixerũt, dicimus. Itaq; traditionem quoq; ecclesiç fide dignam putamus. Traditio est: nihil quæras amplius. O verbum magnum, & maxime Christianum. Hęc est nostra Christiana professio: hęc nostra in Christi ecclesia ingenua confessio: mouemur tamen ad hanc manifestam veritatẽ non solum ex his, quæ dicta sunt, & optime sufficiunt: imo & ex multis alijs exẽplis, figuris, rationibusq;. Exemplo quidem, quia a tempore nascentis ecclesiæ, hoc est ab Apostolis domini incluſiue vsque ad nos, quodcunque dubium in Christi ecclesia subortum fuit, illud non nisi ab ecclesia congregato cõcilio determinatum est. Monstratur hæc veritas, in cõcilio Hierosolymitano ab Apostolis superlegalibus habito: in Niceno contra Arrium: in Constantinopolitano. 1. contra Macedonium: in Ephesino contra Nesto-

* Patres sancti deo placuerunt/ ab ipso tũ in vita/tum in morte miraculis illustrati/ quomodo vestigia patrum tenentes/nõ placebimus?

* Chrysostomus super Apostolum 2. Thes. 2.

*Pulchra deductio ad propositum ab apostolis inclusiue vsq; ad nos per omnes patres/ & omnia tempora.

*Act. 15.

*Dist. 15. c. Canones.

rium in Calcedonen. cõtra Eutícem: in Constantinopolitano. 2. contra Theodorum: in Constantinopol. 3. contra Macharium, & sic deinceps per vices temporũ, successiones patrum, & propagationes ecclesiarũ, vsq; ad nouissima concilia Constantien, Lateranen. & Tridentinum. Figura etiam, quia olim in synagoga pro ambiguis, & difficilibus inter sanguinem & sanguinẽ, causam & causam, lepram & leprã absoluendis: ad sacerdotẽ summũ, & ad eos, qui cum illo essent sacerdotes Leuitici generis adeundũ erat, ac illi obediendum sub interminatione mortis. At quæso illa figura synagogę, & ista obseruatissima consuetudo ecclesiæ, quid aliud indicãt, quàm fore potius ad ecclesiam, seu ecclesiasticã traditionem pro subortis dubijs extinguendis recurrẽdum? Nouit hoc olim Innocentius tertius, quãdo illum textum veteris testamẽti ad sacerdotẽ sũmũ, & eos qui cum eo erant sacerdotes Leuitici generis directum pro Romano pontifice optimo iure exposuit. Ratione quoq;, quia in vniuersum, quando plura sunt, quæ singula ad aliquid sufficiunt: illud illorum omniũ assumi debet, quod facilius assumi potest, & clarius, seu distinctius operatur. Ob id ergo, quum supra mõstrauerimus per multa, Miraculum verum sacram scripturam, totam ecclesiam in se, ac Vniuersale concilium ipsam repræsentans, Cõsuetudinem generalem, maxime antiquissimam, Sententiam q; conformem patrum: quumque vniuersale concilium, vt diximus, facilius haberi queat, & clarius se se manifestet audiens loquentes, & loquens audientibus; hoc magis petendum est.

* Dist. 16. c. Sanctia &. c. Prima.

* Deut. 17.

* Argumentum ex figura ad figuratum.

* Nouit hoc Innocentius.

Cap. Per venerabilem. extra qui filii sint legit.

* Lib. primo per totum.

Cap. 1. huius art.

## CAP. VI.

*Quod innumera incouenientia sequerentur / si quæ religionis sunt/per solã scripturã probarentur.

Iam quæ mala non erunt in Ecclesia suborta, & quæ bona in illa non erunt propediem peritura: si quod volunt, petuntq; hæretici concedamus: si consuetudines Ecclesiæ, ac ecclesiasticas traditiones, & conformes patrum sententias excludamus, & solas diuinas scripturas audiamus? Quæso, quo iudice terminabitur quæstio in illis, quæ in ipsis sunt, Petro teste, intellectu difficilia: quæ indocti, & instabiles ad suã perditionem depranant? aut si non terminetur, quũ tot sint sensus, quot capita: & vnusquisq; in proprio suo abundet: quæ hæreses, & schismata non pullulabunt? quandoquidem ex illo principio Paulus dixit: audio inter vos scissuras esse: infra ex eodem. Oportet & hæreses esse: iterum. Si sola scriptura audiatur, vbi erunt quæ Apostoli solo verbo tradiderunt: quæ, Paulo teste, velut si scripta essent, obseruanda sunt? Iterum. Si ita fuerit, quot, & quanta erunt, quæ Christi ecclesia amittere necessitabit?

*2. Pet. 3.

* Nisi esset ecclesiastica traditio/ cõtinuo hæreses & schismata pullularent: quia tot sensus quot capita etiã i interpretatiõe scripturæ.

*1. Thes. 2.

*Dist. 11. c. Ecclesiasticarum. Augustinus.

Augustinus hoc nouit, qui in libro ex dictis Basilij ait. Si enim attenderimus consuetudines Ecclesiæ nõ per scripturas a patribus traditas, nihil æstimare: quantum religio detrimenti sit latura, intentiue inspicientibus liquido cõstabit. Quæ enim (vt inde exordiamur) scriptura salutiferę crucis signaculo fideles docuit insigniri: vel quę tripharian digesta super panem, & calicem prolixę orationis, vel consecrationis verba commendauit? Nam non modo quod in euangelio continetur, vel ab Apostolo quod est insertũ, secretis dicimus: sed & alia plura adijcimus magnam quasi vim commendantia mysterijs. Quę orientem versus nos literarum orare forma docuit? Benedicimus fontẽ baptismatis oleo vnctionis. Huic accedit, quòd ter oleo inungimus quos

* Sola traditio ecclesiæ docet fideles / salutiferæ crucis signaculo insigniri: & multa alia/ quæ ab antiquissimis tẽporibus in tota religione obseruantur.

baptizamus, verbis abrenunciare Sathanæ, & angelis eius informamus. Vnde & hæc, & alia in hunc modum non pauca, nisi tacita ac mystica traditione a patribus ecclesiastico more, ac reuerentiori diligētia sunt in mysteriis obseruata magis silentio, quā publicata scripto. Hæc Augustinus. Dare ergo eis quod petunt, nequaquam possumus, ne totam ecclesiam deformemus: ne illam innumeris hęresibus, ac schismatibus repleamus: ne quæ apostoli prædicarūt, & solo verbo commendarunt excludamus, & nos ipsos coram Dei iudicio omni pœna dignos faciamus. Imo istis modernis hæreticis, qui scripturam petunt iudicē dicamus, quod olim Tertulianus sui temporis hęreticis hoc idem postulantibus dixit. Qui estis? quādo, aut vnde venistis? Quid agitis in meo, non mei? Quo deniq; Marcion iure syluam meam cædis? Qua licentia Valentine fontes meos trāsuertis? Qua potestate Apelles limites meos cōmoues? Quid hic cæteri ad voluntatē vestrā seminatis, & pascitis? Mea est possessio. Olim possideo. Habeo origines firmas ab ipsis authoribus, quorū fuit res. Ego sum hæres Apostolorum, sicut cauerūt suo testamēto, sicut fidei commiserunt, sicut adiurauerunt, ita teneo. Vos certe exhæredarunt semper, & abdicauerunt vt extraneos, vt inimicos. Vnde autem extranei, & inimici Apostolis hæretici: nisi ex diuersitate doctrinæ, quam vnusquisq; de suo arbitrio aduersus Apostolos aut protulit, aut recepit? Hęc Tertulianus. Dicamus iterum istis nouis hæreticis, qui consuetudines ecclesiæ, ac ecclesiasticas traditiones pro posse nitūtur excludere: quod olim Augustinus aduersus Iulianum Pelagianū pra conia intonuit voce. Vtriusque partis orbis terrarum fides ista

*Multa bona de ecclesia perirēt si omnia quæ religionis sunt sola scriptura probasset.

*Tertulianus. In lib. de hæreticorum præscriptione.

*Hæretici scripturas legentes & ex scripturis arguētes nō tractāt, quid apostoli eos exhæredarunt.

Lib. 1. cap. 6. Augustinus.

vna est: quia fides ista Christiana est: & te certe Occidentalis terra generauit, regenerauit Ecclesia: quid ei quęris inferre, quod in ea nō inueniſti? imo quid ei quęris auferre, quod in ea quoq; accepiſti? Sic ergo nos iſtis nouis hæreticis Luthero, OEcolampadio, Zuinglio, Melanchthone, ſuiſq; cōplicibus dicamus: vos certe occidētalis terra generauit, regenerauit Ecclesia, quid ei quæritis inferre, quod in ea non inueniſtis? imó quid ei quæritis auferre, quod in ea quoq; accepiſtis? O genimina viperarum, ſiníte matrem viuere: pudeat aduerſus illam oggannire: pudeat vipereo dente ventrē eius dilacerare ſanctiſſimum.

*Aduerſus eos, qui eccleſiæ traditiones negāt.

## CAP. VII.

Agamus alio medio eandem rem, & ex ipſa continuitate, imo identitate, perſeuerantia, durationeq; eccleſię in eſſe, & ſanctitate huius articuli veritatem monſtremus: audiant aduerſarij, quærant quid dicant, & reſpōdeant nobis. Aut eccleſia Chriſti ſemper fuit, & ſemper ſancta ex quo primo cœpit per Chriſtum ædificari vſque ad nos: aut aliquando deſiuit durare, vel ſancta eſſe? Non ſecundum: hoc eſt, non ceſſauit durare, nec ſancta permanere: quia tunc vbi eſſent illa Chriſti verba, Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam: & Portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam? & vbi illa, Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi? & vbi illud ſymboli, Credo ſanctam Eccleſiam? & vbi quoque multa alia, quæ in diuinis ſcripturis pro duratione eccleſiæ in eſſe, & ſanctitate vbique clamant? Ergo primū; hoc eſt, Eccleſia Chriſti ſemper fuit, ſem

*Probatur eadē veritas alio medio.

*Eccleſia nō deſiuit eſse ex quo cœpit.
*Math. 16.
*Math. 28.

*Symbol.
*Eccleſia Chriſti ſemper durauit, & ſemper fuit ſācta, & eſt ex quo cœpit.

perq; ſancta, ex quo primo cœpit per Chriſtum ædifi cari vſque ad nos: ſic etiam, vt omni tempore interme dio deus de eccleſia dicat. Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora. Vna eſt columba mea, perfecta mea: & nos de illa confiteamur. Credo ſanctam eccleſiam. At ſic & illa in illo quoque tempore fuit, quo ij patres Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus, Baſilius, Athanaſius, Chryſoſtomus, Cyrillus, Paulinuſq; Nolanus: qui quaſi vno tempore hic vixerunt: & officijs, ac ſcientia orbē illuſtrarunt, rexeruntque. Tunc quærimus, an iſti patres erant membra illius vnius colūbæ Dei, an non? Si q̄ non dicatur, o inſania: quomodo illi ſanctiſſimi viri, ſtudioſiſſimi, & doctiſſimi tot miraculis illuſtrati mēbra eius non fuerunt? aut ſi illi non, qui alij illo tempore de eccleſia fuiſſe credi poſſunt? Si vero quòd ſic dicitur, vt reuera dicendum eſt: quæſo, qui illos nunc in fide, ac doctrina imitantur, quomodo de eccleſia non erunt: quum præſertim ipſi fuerint patres, ac rectores eccleſiarum, in quorum fide explicita erat fides populi implicita? Aut quomodo Eccleſia quæ nunc eſt, & illam Eccleſiam patrum imitatur, Dei non erit: ſicut illa Dei fuit? an fortaſſis nunc deo diſplicet, quod tunc ei placuit: aut tunc ei diſplicuit, quod modo ei placet? Nequaquam. Vna eſt enim lex, vna fides, vnum baptiſma, vnus dominus Deus, & pater omnium: vtrobique eadem regula viuendi: quia & hic, & ibi idem Chriſti Euangelium. Sic autem quum Eccleſia illa, quæ tunc fuit optimo Deo placita traditiones Eccleſiaſticas obſeruauit, commendauitque toto nixu, vt vidimus in dictis patrum: Eccleſia quæ modo eſt, optimo iure veſtigia illius tenens illas eaſdem

*Cantic. 6.

*Symbol.

*Eccleſia Chriſti tempore ſanctorum patrum erat.

*Patres ſancti de eccleſia Chriſti, quæ tunc erat, erant: imo illi illius paſtores, doctores, ac rectores omnino erāt & veræ fidei prædicatores.

Epheſ. 4

*Eccleſia Chriſti quæ modo eſt optime illas traditiones & veritates ſeruat, quas ſeruauit eccleſia Chriſti quæ olim fuit.

obseruat commendatq;. Quid ergo. Concludamus cũ pulcherrimo dicto Chrysostomi, & cũ illo sonora, humili, ac deuota voce clamemus. Traditionem quoq; ecclesiæ fide dignã existimamus. Traditio est, nihil quæras amplius.

*Super Apostolum. 2. Thes. 2. Chrysostomus.

## CAP. VIII.

*Vera Christi religio apud quos non sit, & apud quos sit.

Nouit Augustinus veram religionem non apud paganos esse, nec apud Iudæos, nec apud hæreticos, nec apud schismaticos: adde nec apud Turcas, & Sarracenos, Mauros q; (quos Augustinus ideo omisit, quia tunc non erant) sed solum apud Christianos, catholicos, seu orthodoxos integritatis custodes, rectaq; sectantes, in De vera religione dicens. Sed quoquo modo se habeat philosophorum iactantia, illud cuiuis intelligere facile est, religionem ab eis non esse quærendam, qui eadem sacra suscipiebant cum populis: & de suorum deorum natura ac summo bono diuersas contrariasque sententias in scholis suis eadẽ teste multitudine personabant. Quod si hoc vnum tantum vicium Christiana disciplina sanatum videremus: ineffabili laude prędicandã esse neminẽ negare oporteret. Hæreses nanq; tam innumerabiles a regula Christianitatis auersę testes sũt, non admitti ad communicanda sacramenta eos, qui de patre deo, & sapientia eius, & munere diuino aliter sentiunt, & hominibus persuadere conantur, quã veritas postulat. Sic enim creditur, & docetur (quod est humanæ salutis caput) non aliam esse philosophiam, idest sapientiæ studium, & aliam religionem: cum hi quorum doctrinam non approbamus, nec sacramenta nobiscum communicant. Quod in illis minus mirãdum est, qui eorum quoq; sacramentorum ritu dispares esse vo

Tom. 1. cap. 5. Augustinus.

*Quidam philosophi incõstantes de deo aliter in scholis docebant, & aliud in templis ostendebant.

Christianus idẽ vbique de deo sẽtit, docet, prædicat, ac obseruat.

*Christiani quorum doctrinam nõ approbamus eorũ cõmunicationem nõ habemus.

luerunt: sicut nescio qui Serpētini, qui appellātur, Manichæi, sicut alij nonnulli. Sed in illis magis animaduertendum hoc, magisq; prædicandū, qui paria sacramenta celebrantes, tamen quia sententia dispares sunt, & errores suos animosius defendere, quàm cautius corrigere maluerunt: excluſi a catholica communione, & participatione: quāuis parium sacramentorum propria vocabula, proprioſq; conuentus, non in ſermone tantum, ſed etiam in ſuperſtitione meruerunt, vt Photiniani, Arriani, multique præterea. Nam de his, qui ſchiſmata fecerunt, alia quæſtio eſt. Poſſet enim eos area dominica vſq; ad tempus vltimæ ventilationis velut paleas ſuſtinere, niſi vento ſuperbiæ nimia leuitate ceſſiſſent: & ſeſe a nobis vltro ſeparaſſent. Iudæi vero quanuis vni omnipotenti deo ſupplicent, ſola tamen temporalia, & viſibilia bona de illo expectantes rudimenta noui populi ab humilitate ſurgētia in ipſis ſuis ſcripturis nimia ſecuritate noluerunt aduertere: atq; ita in veteri homine remanſerunt. Quæ cum ita ſint, neque in confuſione paganorum, neque in purgamentis hæreticorum, neque in languore ſchiſmaticorum, neq; in cæcitate Iudæorum quærenda eſt religio: ſed apud eos ſolos, qui Chriſtiani, catholici, vel orthodoxi nominantur, ideſt integritatis cuſtodes, & recta ſectantes. Hæc Auguſtinus. At ſi vera religio apud eos ſolos quærenda eſt, vt reuera (Auguſtino teſte) eſt, qui Chriſtiani, catholici, vel orthodoxi nominātur, id eſt integritatis cuſtodes, & recta ſectantes: iam abſque dubio illa quærenda eſt apud hos patres, Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymum, Gregorium, Hirenęum, Hilarium, Cyprianū, Cyrillum, Baſilium, Athanaſium, Chryſoſtomum,

*Manichæi ſeparati ſunt eo etiā quia ſacramentorum ritu diſpares.

*Multi paria ſacramēta celebrātes excluſi ſunt a catholica communione / quia errores habuerunt / quos defendere pertinaciter voluerunt.

*Iudæi rebusterenis dediti in veteri homine remanſerunt.

*Soli Chriſtiani catholici ſunt apud quos vera religio quærenda eſt.

*Apud iſtos patres quæratur vera religio.

Damaſcenum, Anſelmum, Bernardum, alioſq; ſanctitate & eruditione ſimiles: quia ij ſunt, qui poſt Apoſtolos, diſcipuloſque domini maxime Chriſtiani, catholici, & orthodoxi fuere, integritatis cuſtodes, & recta ſectantes, Chriſti martyres, ac confeſſores, cum in vita, tum in morte miraculis quã plurimis illuſtratos, approbatoſq;. Quia ergo apud illos vera religio fuit, quæ ſine recta fide ſtare nequit (Paulo teſte) nos optime facimus ad eos currentes, quæ crediderunt, credentes, quæ interpretati ſunt, interpretantes, quæ approbarunt, approbantes, quæ reprobarunt, reprobantes, quæ commendarunt, commendantes, & quæ prędicarunt, prędicantes, ac quę ſcripſerunt ſcribentes: vt vel ſic cum illis veram religionem habeamus. Abeant qui aliter ſentiunt. Nos cum Auguſtino ſentimus. Sed & ſi Auguſtinus hanc veritatem de vera religione, & vere religioſis viris alijs rebus intentus taceret: quid ad nos, qui pro ea alium teſtem, iudicemq; veraciſſimum Auguſtino longe grauiorem habemus, Iacobum Apoſtolum inquam, qui ad idem in ſua canonica ita diſſerit. Religio munda, & immaculata apud Deum, & patrem hęc eſt. Viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorũ: & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo. At ſi religio mũda, & immaculata apud Deum hæc eſt, quã diffinit Iacobus, vt reuera (ipſo teſte) eſt: manifeſtum eſt illos patres ſanctiſſimos, ac doctiſſimos Chriſti martyres, & confeſſores, Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymum, Gregorium, Hirenæum, Hilarium, Cyprianũ, Cyrillum, Athanaſium, Baſilium, Chryſoſtomum, Damaſcenum, Anſelmum a deo optimo multis miraculis approbatos veram religionẽ habuiſſe: quum iſti

* Optime faciũt qui veram religionem apud ſanctos patres quærunt tum in vita tũ in morte multis miraculis illuſtratos.

* Diuina ſcriptura docet quæ ſit vera religio / ac per conſequens apud quos nunc quærenda eſt.

citra Apostolos, & discipulos sint, qui inter alios pupillos & viduas in tribulatione eorum visitarunt, & se se immaculatos ab hoc sæculo custodierunt. Cæterum quia Hæc est victoria, quæ vincit mundum fides nostra: quo fit, vt nemo queat sine fide immaculatum se custodire ab hoc sæculo, sed neque religionem mundam, & immaculatam apud Deum habere, sicut scriptum est, Oportet accedentem credere: & iterum, Sine fide impossibile est placere deo: necessum est, patres illos veram fidem habuisse concedamus: quemadmodum & veram religionem obseruasse eosdem concedimus. Sic autem, vt ante diximus, ita nũc iteramus. Optime facimus, in sanctis patribus veram fidem, veramq; religionem quærẽtes: vnde quia ipsi summo opere traditionem ecclesiasticam commendarunt, nos eã toto nixu accipimus, totoque mentis affectu nostris posteris commendamus: quibus cum Chrysostomo dicimus. Traditionem quoque ecclesiæ fide dignam putamus. Traditio est, nihil quæras amplius.

*Patres sancti citra apostolos & discipulos domini plus aliis pupillos & viduas in tribulatione eorum visitarũt, & se immaculatos ab hoc sæculo custodierunt, *Ioan. 5. *Hebr. 11.

*Chrysostomus super Apostolã 2. Thes. 2.

## CAP. IX.

Aut aduersus omnes hæreticos, qui nunc sunt, & more præteritorum hæreticorum prædecessorum suorũ pro rebus religionis probandis solas scripturas sacras iudices habere volunt: quęramus ab ipsis, vnde has scripturas, quas solas audire volunt, sacras esse norunt? aut vnde sciũt, ista euangelia, quæ habemus, esse, quę Mathęus, Marcus, Lucas, & Ioãnes scripserũt? aut quomodo illa esse in sua prima integritate credũt? quũ potuerint a tot retro sęculis p malos homines, & hęreticos

*Aduersus hæreticos solã scripturam iudicem petentes.

deprauari? Quæso, quo miraculo, qua reuelatione, vel quo sensu ipsi certificantur de istis? Credo respondebunt, sese authoritate ecclesię certos fieri. Optime: sed quæro iterum. Cuius ecclesię? Non possunt respondere, quòd solius primitiuæ, quę in principio fuit, & nouum testamentum scripturis sacris nobis suis posteris mādauit. Non possunt inquam hoc dicere: quia isti moderni hæretici illam ecclesiam in seipsam non viderūt. Quid ergo? Proculdubio aliam ecclesiam, cuius authoritate certi sunt de huiusmodi, assignare nequeunt, nisi illam primitiuam, prout per successiones episcoporū, & propagationes ecclesiarum vsq; ad nos peruenit, & isti ecclesiæ, quæ nunc est, continuatur; sub cuius temporibus isti hæretici nati sunt, & per quam credentiam de scripturis vtriusque testamenti acceperunt. At nūc quæso, si authoritas illius ecclesię vsque ad istam continuatę per medios patres sanctissimos, & doctissimos Christi martyres, & confessores miraculis diuinis & quā plurimis illustratos, tanta est, vt ipsa sola istę scripturæ credantur esse illorum sacrorum scriptorū, quorum nominibus intitulātur, & credantur prorsus integre, ac incorrupte, nec in aliquo vitiate: quomodo hæc eadem authoritas non erit tanta, vt ex ipsa sola credamus, quis sit proprius sensus, in quo ipsæ scripturæ a principio fuerunt intellectę, & in quo nunc sunt intelligendę? Aut si tanta est hæc authoritas, vt de scripturis huiusmodi, q̄ sacræ sint, & q̄ integre firmissimam fidem pariant: quomodo non erit tanta, vt per eam certissime, verissimeq; credamus apostolicas traditiones, quas Apostoli solo verbo, tradiderūt? Nam si dixerint hæretici ipsi, hanc authoritatem talis Ecclesię errare,

Sola authoritate ecclesiæ scitur nunc euangelia scripta esse euangelistarum, quorum nominibus prætitulatur, & illud in sua integritate esse.

* Authoritas ecclesiæ, quæ sola ad illud sufficit, vtique tanta est, vt ipsa sola credamus quis sit prius sensus scripturarum, quas non nisi per illā accipim⁹ & quas nō nisi per illam integras esse credimus.

* Authoritas ecclesiæ, quæ sola sufficit scripturas apostolorum & euangelistarū conseruare integras, sufficit etiā eorum traditiones solo verbo habitas seruare.

istas, vel illas consuetudines esse Apostolorum: quàm firmam eam faciunt, vt per illam dicant, sese credere istas, vel illas scripturas integras esse, & sacrorum scriptorum? Profecto eam totaliter infringunt: quia authoritas quæ in vno, maxime in re tam graui mentiretur, prorsus in omnibus suspecta redderetur: quemadmodum Augustinus ad Hieronymum in De Petro reprehenso a Paulo optime deduxit. Sic ergo, quia authoritas ecclesiæ tanta est, vt per eam nostras scripturas sacras, & integras esse confiteamur: iam per consequens tanta est, vt per illam apostolicas traditiones, & quæ Apostoli solo verbo docuerũt, accipiamus, credamusque. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen.

*Authoritas, q̃ in vno mentiretur, prorsus in omnibus suspecta redderetur.

*Epistola. 19. Augustinus ad Hieronymum.

*Authoritas ecclesiæ diuina est & in oibus verissima.

# Liber quartus.

## PROOEMIVM.

### CAP. VNIC.

*Quatenus tota materia discussa maneat / post articulos principiorū posi tos/ac post vnā eorum electā tan quā manifestum magis magisque amplū superest de eisdem nōnul las quæstiones tractare.

DVXI necessarium, vt præsentis negocij tota materia maneret discussa, post articulos Christianorū principiorū assertos, mōstra tosq; quibus in nostris rebus, eis inquā, quæ religionis sunt, probandis, armamur, munimurq; ex omni parte: ac post vnum illorū electum, quo vt in plurimū, non quasi maioris, sed quasi clarioris veritatis fuerit, aduersus omnes Christi inimicos, quotidie veram fidē defendentes, nonnullas quæstiones inter viros catholicos in scholis disputari solitas, de Miraculo vero, & scriptura: de scriptura, & tota ecclesia in se: de tota ecclesia, & vniuersali cōcilio: ac tandē de vniuersali cōcilio, & papa determinare: an, & quod alterū duorū alteri prę emineat, sitq; potius expetēdū, audiēdūq;. Graue negocium est, & viribus nostris impar. Video, sed & illi dabit Deus optimus maximusque quoque finem. De his ergo disputaturi, quæ in scholis, & a scholasticis more scholastico disputari solēt, fortassis cogemur stylum, & modū mutare ab ecclesiasticis ad scholasticos transeuntes, propriis vocabulis, argumentationibusque vtentes: quæso, ne id fastidio fuerit, quibus altior stylus humanarum scientiarum est comes. Paulus ille Apostolus in Euangelio segregatus, qui in alijs

*Scholastica disputatio cogit mutare stylum.

epistolis non in humanæ scientiæ verbis Christi mysteria commendabat: in ea quæ ad Hebręos est, illud idem sub mirabili sermonis elegãtia facit. Augustinus etiam cum in De ciuitate Dei, tũ in De moribus ecclesię catholicę declarauit: si quid offendit eruditos in ipsius dictione, non fuisse insciti ę, sed charitatis, qua stylum demisit ad imperitorum intelligentiam. Nolo his credi me quicquam mutasse de meo in scribendo more (neq; enim habeo quod huiusce rei mutare valeam, qui vel magnam meæ iuuentutis partem in scholasticis rebus versatus consumpserim) sed tantũ quatenus horum sanctorum exemplo, qui stylum ob charitatem mutarunt scribentes, moneam cunctos lectores suum quoq; mutent legentes. Neque quærant continuo, quę placet in auribus, elegantiam sermonum: sed quæ agit in corde, quærendam magis scientiam rerum. Suum Marcum Tullium Ciceronem meum in hac philosophia adiutorem habeo: qui in de arte rethorica ita dixerit. Ac me quidem diu cogitantem ratio ipsa in hãc potissimum sententiam ducit, vt existimem sapientiã sine eloquentia parũ prodesse ciuitatibus, eloquentiã vero sine sapiẽtia nimiũ obesse plerũq;, prodesse nunquã. At istis suis verbis quęso, quid voluit ipse humanarũ locutionũ (vt sic loquar) humanissimus doctor: nisi quod diximus, eligendã fore potius scientiã rerũ, quã eloquẽtiã sermonũ: Neq; hoc solũ, imo & alibi testatur, nõ in alienis, sed in ꝓprijs sciẽtiarũ vocabulis esse loquẽdũ. Iã q̃d de hac re patres sẽserint sãctissimi, doctissimiq;, Augustinus in De doctrina Christiana exposuit satis eo loco, quo Christiani doctoris officiũ exactissime definiuit. Supet ergo charitas fastidiũ, si q̃d inter disputã

* Sanctissimi & doctissimi aliquã do stylum mutarunt.

* Magna pars iuuentutis in scholasticis rebus cõsumpta.

Lib. primo. * Sapientia sine eloquentia parũ prodest ciuitatibus: eloquentia autem sine sapiẽtia nimiũ obest plerũq; / prodest nunquam.

Lib. 4. cap. 4. & cap. 5. * Hieronymus etiã in expositione Psal. 89.

dum ex auditis nominibus propositionum, conclusionum, argumentationum, confirmationumq;, & similium fortassis subrepserit.

## DISPVTATIO
### Prima.

De miraculo vero & scriptura.

PRIMVM omnium circa ea quę in primis articulis dicta sunt, non absre disputari posset de miraculo vero, & scriptura diuina, vtrũ ne horum alterum alteri in authoritate, quam habent, seu fortassis in modo habendi eãdem pręemineat, sic vt potius isti, quã illi, aut econtra illi magis, quã isti fuerit credendũ. Verum quia de hoc (quantum memini) nõ vidi hactenus a doctoribus pugnari, quorum possim dicta, sententiasq; distinctas referre: satis superq; me cunctis in pręsentiarum satisfeciisse putauerim, si quod huius rei mihi teneo, etiam alijs exponere, ac ex suis principijs monstrare curauero. Quod vt fiat clarius, ecce per capita in forma conclusionum, seu per conclusiones in modo capitulorum, Deo adiuuante aggredimur.

### CAP. I.

Hæc ambo quo ad se æqualis authoritatis sunt / seu, quoad naturam.

Miraculum verũ, & sacra scriptura diuinã authoritatẽ habẽt: amboq; in gradu, seu potius in modo eminẽti sic vt nulli liceat ratione authoritatis habitæ, gradus, aut modi habendi magis vni, quam alteri adhærere testanti: nec possit humana ratione iudicari, an alterum horum alterum excellat quoad se. Monstratur hæc veritas quoad omnia, per ea, quæ in propri|s suis articulis

ſuperius dicta ſunt: quibus indicauimus vtrũque a deo optimo maximoque actore fieri immediate, & principaliter. Nanque homo cooperans in huiuſmodi non quaſi relictus naturæ ſuę agit quod agit, ſed quaſi inſtrumentum dei, ab eo particulariſſimo modo, & cum effectu motũ. Video hominẽ proprius inſtrumẽtũ eſſe in ſacris ſcripturis ſcribẽdis, quã in veris miraculis faciendis: propterea quòd in protrahendo literas propriã quandam habeat actionem ad effectum intentũ: ſicut ſerra ſecãdo: quod in faciẽdo miraculũ ſecus eſt. Tamẽ hoc nihil prohibet, quominus vtrunq; diuinũ ſit opus, deo vtrobiq; principaliter operante, quaſi ſi ſolus operaretur ipſe. Nanq; ſicut miraculum aliquod non ideo minus eſt, quãdo a deo mediãte aliqua prece, aut actione hominis fit, quàm ſi a ſolo ipſo nulla media creatura fieret, neq; per conſequens minorem authoritatem obtinet. Sic ſacra ſcriptura non ob id minoris authoritatis eſt, q̃ homo in ea agenda proprium Dei inſtrumentũ fuerit, quã ſi a ſolo Deo nulla actione creaturæ præuia ageretur. Nouit hoc Auguſtinus, quando in De cõſenſu euãgeliſtarum dixit. Quicquid enim ille (Chriſtus ſcilicet de quo loquebatur) de ſuis factis, & dictis nos legere voluit, hoc ſcribendum illis (Apoſtolis ſcilicet, & Euangeliſtis) tanquam ſuis manibus imperauit. Hoc vnitatis conſortium, & in diuerſis officijs concordium membrorum ſub vno capite miniſterium quiſquis intellexerit, non aliter accipiet quod narrantibus diſcipulis Chriſti in euãgelio legerit, quã ſi ipſam manum domini, quam in corpore geſtabat, ſcribentem conſpexerit. Hęc ille. Petrus his quodam modo aduerſari videtur; qui quum verum miraculum in ſua ſecunda ca-

Lib. 1. art. 1. & 2.

* Quodlibet horum immediate & principaliter eſt a deo.

* Inſtrumentum nõ impedit actionem principalis agẽtis infiniti.

* Miraculũ non minus eſt quando fit homine petẽte, quã quando fit a ſolo deo volente nemine orante.

Auguſtinus lib. 1. cap. 35.

* Qualiter deus ſcripſerit per ſuos ſacros ſcriptores.

nonica erga dominum saluatorem factum enarrasset, dicens, Accipiens enim a deo patre honorem, & gloriam, voce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria, Hic est filius meus dilectus in quo mihi compla cui, ipsum audite: Et hanc vocem nos audiuimus de cœlo allatam, quum essemus cũ ipso in monte sancto: quasi sacra scriptura maioris authoritatis, aut firmioris veritatis, quàm verum miraculum sit, subiecit statim. Et habemus firmiorem propheticum sermonem: cui bene facitis attendentes quasi lucernæ lucenti in loco caliginoso, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris &c. Sic autem quum is tantus domini Apostolus, Petrus inquam ille omnium apostolorum princeps, post enarratã vocẽ miraculose formatã, & a se in monte sancto optime auditam, subdat, Et habemus firmiorem propheticum sermonem, vocem, aut scripturam prophetarum indicans: videtur quidem scripturę potius, quàm miraculo assensum præberi velle. Respõdemus, videtur quidem in superficie sermonis ita sentire: sed nequaquam sentit: nanq; vox illa non potest dici immediate a deo formata: quia quum sit quoddam ens extra Deum, esset opus totius trinitatis, non magis patris, quàm filij, quàm etiam spiritus sancti: nec minus istius personæ, quàm illius, aut illius. Isto autem posito, quomodo illa locutio vera diceret, nisi Christus filius totius trinitatis esset? Quod negatur. Sed quia vox illa in ministerio angeli formata est in persona patris loquentis, sicut solitum erat olim angelos in persona domini ad populum, vel etiam ad Mosen loqui: quemadmodum Stephanus sapientia plenus legem a

* 2. Pet. 1.

* Quomodo videatur Petrus apostolorum princeps magis deferre honore scripturæ, quã miraculo in superficie literæ suæ.

* Author illius vocis de qua Petrus loquitur.

* Abulen. super Math. cap. 3. q. 89 & cap. 17. q. 78.

* Vox illa formata est ministerio angeli in persona domini, seu proprius in persona patris.

deo datam in dispositione angelorũ testatus est: ideo Petrus scripturam, quia a deo immediate est, voci illi per angelos formatam præposuit. Sane hãc fuisse mentem Petri, verba statim sequentia monstrant: quibus dixit. Hoc primum intelligentes, quòd omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Nõ enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines. Ecce totam rationem, qua scripturam firmiorem dixerat prophetarum, in eo refert, quòd omnis illa Deo immediate mouente, agenteque principaliter fit longe aliter, quàm illa vox virtute angeli facta. Sic multi patres de illa voce senserunt: sic etiam verior scripturarum intelligentia indicat: nanque quum scriptura sæpe asserat Deum olim patribus loquutum in veteri testamento: tamen in nouo Saluator ipse noster Iudæis dixit. Quem vos dicitis, quia Deus vester est: cuius neque vocem vnquam audistis: neque speciem vidistis: quo domini dicto certo nouimus, illas priscas voces ab angelo in persona Dei loquentis formatas. Cæterum si quispiam ita instet dicens, propter alios patres antiquos atque maiores, qui aliter senserunt, vocem illam a deo immediate factam esse. Respondeo, nihil illud quidem contra nos: tum propter dictam iam ante sententiam, quam nos veriorem ac certiorem esse existimamus: tum quia ista secunda etiã si a nobis cõcedatur nihil omnino efficere potest: curreret enim, si vera esset de miraculo, & scriptura quoad nos. Nam quum diuina scriptura iam a multis retro sæculis probata sit satis: miraculum autem habeat, vnde examinandum reddatur, an verum, an falsum sit;

* Quare Petrus scripturã voci illi præposuit.

* 2. Pet. 1.

* Exod. 33.
* Num. 12.
Exod. 20.
Deut. 4. & 5.
& alibi sæpe.

* Ioan. 8.

* Vox illa quæ olim deus patribus loquebatur ministerio angelorũ formata.

* Aliud est iudicium de miraculo/ & scriptura quoad nos fideles.

an vno modo, an alio fiat: nihil officit, imo conuenit, vt diuina scriptura nobis firmior dicatur. Verum quia de hoc multa statim dicenda sunt, modo satis.

## CAP. II.

Multa signa mẽdacia veris miraculis similia arte dæmonis fieri possunt, vnde miracula an vera sint, examinanda sunt: scriptura vero multis iam retro sæculis mõstrata est: quo fit, vt ipsa nobis sit firmior, quousq; miraculum verum esse probetur. Monstratur quod diximus, posse signa mendacia arte dæmonis fieri veris miraculis similia: primũ ex diuina scriptura. Saluator noster dixit. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabũt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiã electi. Ecce prædixi vobis. At pseudochristi, & pseudoprophetæ cuius arte, nisi dæmonis signa magna, & prodigia facere vnquã possunt: aut quomodo illa signa, & prodigia sic magna erunt, vt in errorem inducãtur (si fieri potest) etiã electi: nisi ipsa vtiq; fuerint veris signis, verisq; miraculis similia? Paulus ad idem ait. Tunc reuelabitur ille iniquus: quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui: eum, cuius est aduẽtus secundum operationem Sathanę in omni virtute, & signis, & prodigijs mẽdacibus, & in omni seductione iniquitatis. Ad idem est, q; magi Pharaonis sapientes, & malefici per incãtationes Aegyptiacas arcana quædam similiter fecerunt: & proiecerunt singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones: licet virga Aaron virgas eorum deuorauerit. Ad idem est illud mirabile de Samuele a phytonissa Sauli ostẽso: de quo hactenus inter patres dubium est non paruum, an fuerit verus Sa-

*Signa mendacia veris miraculis similia arte dæmonis fieri possunt.

●Math. 24.

*Pseudoapostoli, & pseudoprophetæ nõ nisi arte dæmonis signa magna facere possunt.

●2. Thess. 2.

*Exod. 7. De magis Pharaonis.

●1. Reg. 28. De Samuele, & Phytonissa.

muel quoad ſpiritum, an dęmon aliquis in effigie ſimilima Samuelis apparēs. Dico hoc dubium non paruum inter doctores, propterea q̄ Auguſtinus, Gratianuſq; ex Auguſtino illum, qui apparuit, nequaquam verum Samuelem, ſed phytonicum ſpiritum fuiſſe aſſerunt: quibus alij aduerſantur, eundem verum Samuelem dicentes: de qua quęſtione nonnulla paulo poſt dicturi ſumus. Ad idē ſunt præterea omnes illę mutationes, quas apud gentiles per antiquas hiſtorias nouimus arte dæmonis factas. Auguſtinus ī De ciuitate dei de his verba faciens ait. Si enim dixerimus ea non eſſe credenda, nō deſunt etiam nunc, qui eiuſmodi quædam, vel certiſſima audiſſe, vel etiam expertos ſe eſſe aſſeuerent. Nam & nos cum eſſemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium, vbi ſtabularias mulieres imbutas his malis artibus in caſeo dare ſolere dicebant, quibus vellent, ſeu poſſent viatoribus, vnde in iumenta ilico verterentur, & neceſſaria quæq; portarent: poſtq; perfecta opera iterum ad ſe redirent: nec tamen in eis mentē fieri beſtialem, ſed rationalem humanamq; ſeruari: ſicut Apuleius in libris, quos aſini aurei titulo inſcripſit, ſibi ipſi accidiſſe, vt accepto veneno, humano animo permanēte, aſinus fieret, aut īdicauit, aut finxit: infra. Nec ſane dæmones naturas creant, ſi aliquid tale faciunt, de qualibus factis iſta vertitur quæſtio, ſed ſpecietenus quæ a vero deo ſunt creata commutant, vt videantur eſſe, quod non ſunt. Hæc Auguſtinus. Audiat ergo qui voluerit, quid de illis incredibilibus commutationibus, de maga illa famoſiſſima Circe, quę ſocios quoque Vlyſſis fertur mutaſſe in beſtias: & de Arcadibus, qui forte ducti tranſnatabāt quoddā ſtagnum, atq; ibi

* De ciuit. lib. 18. cap. 26. q. 5. Nec mirum. & Glo.
* Eſa. 29.
* Nicol. & Abulen. 1. Reg. 28.
* Auguſt. lib. 18. cap. 18.
* Quid audiuit Auguſtinus cum eſſet in Italia.
* Apuleius in libris de aſino aureo.
* Dæmones naturas nō creant/ ſed ſpecie tenus cōmutant.
* Varro commemorat/ Auguſtinus refert De ciuit lib. 18. cap. 17. De Circe & de Arcadibus.

conuertebantur in lupos, & cum similibus feris per illius regionis deserta viuebant: si vero carne non vescerentur humana, rursus post nouem annos eodem renato stagno reformabantur in homines, in antiquissimis legatur historijs: & videbit statim, quot, quanta, aut qualia possit dæmon a deo optimo permissus, signa, ac prodigia non quidem facere vera, sed hominibus ostendere falsa, ac tantum modo apparentia. Paulus vniuersaliter dixit, Sathanam transfigurari in Angelum lucis, ministrosque eius in ministros iustitiæ: vnde & clamat. An ignoratis altitudinem Sathanæ? Hæc vtique non solum in similitudine veritatis falsa docens, imo & in similitudine potestatis mendacia signa ostendens. Si ergo ista vera sunt, vt reuera sunt: manifestum est signa omnia, quæ facta fuerint, probanda fore prius, an vera sint: & non statim credenda. At vero quia de sacra scriptura secus est, cui statim assentire tenemur, tanquam iudici multis retro sæculis probato a Deo optimo maximoque: recte diximus, scripturam nobis catholicis firmiorem dici. Olim sub lege propter multa, quæ in miraculis accidere poterant, tandem posita fuit lex, cuius examine siue opus, siue operans verus, an falsus esset, anque in sui, an in Dei nomine loquutus fuerit, probaretur. Similiter & nūc sub Euangelio illa omnia probanda sunt, quando etiam, quæ tunc accidere possunt, scriptura vniuersaliter dicit. Nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus si ex Deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum: iterum. Omnia probate: quod bonū est tenete. Quid clarius.

* Fabula Arcadum de transformationibus.

* 2. Corint. 11.

* Quæ nunc facta fuerint signa probāda sunt ad regulam scripturarum & ecclesiæ.

* 1. Ioan. 4.

* 1. Thess.

## CAP. III.

De Samuele autem de quo loqui cœpimus, an fuerit ipse, vel imago eius, qui Saulí apparuit, quid aliud quiſpiam nunc a nobis quærere poteſt, quàm id quod olim de eodem ab Auguſtino quæſiuit Simpliciánus? aut quid nos a nobis quærentibus dicere valemus, niſi quod olim Auguſtinus dixit Simpliciano, quæ pro, & contra adduci valebant, adducendo? Monſtrat enim, non eſſe abſurdum, credere ex aliqua diſpenſatione diuinæ voluntatis permiſſum fuiſſe, vt non inuitus, nec dominante, aut ſubiugante magica potentia: ſed volens, atque obtemperans occulte diſpenſationi dei, quæ pythoniſſam illam, & Saulem latebat, conſentiret ſpiritus prophetæ ſancti ſe oſtendi aſpectibus regis, diuina eum ſententia percuſſurus. Quemadmodum ex euangelio nouimus diuina permiſſione factum, vt ipſum verum dei filium Sathanas aſſumeret, & ſuper pinnaculum templi conſtitueret: Iudæi quoque peruerſi, atque immundi facta diaboli facientes eundem dei filium tenerent, vincirent, illuderent, crucifigerent, atque interficerent. Docet ſimiliter poſſe & illum locum ſcripturæ facilius intelligi, vt non vere Spiritum Samuelis excitatum a requie ſua credamus: ſed aliquod phantaſma, & imaginariam illuſionem diaboli machinationibus factam, quam propterea ſcriptura nomine Samuelis appellat, quia ſolent imagines rerum earum nominibus appellari, quarum imagines ſunt. Sic imago hominis vocatur homo: Ciceronis, Cicero; Salluſtij, Salluſtius; Achillis, Achilles;

* An fuerit verus Samuel qui apparuit inuocáte pythoniſſa.

* Ad Simplicianum lib. 2. q. 3. tom. 4.

Rationes ad partē dicentē q̄ nō erat Samuel, ſed ſimilitudo eius.

Hectoris, Hector: Romæ, Roma. Quemadmodum, & Pharao spicas se dixit vidisse in somnis, & boues: non spicarum, aut boum imagines. Tamen multis hinc inde adductis, eo tamen pendet, quo asserit dicēdum magis, quandiu sibi aliquid amplius excogitare, atq; explicare non datur, factum illud maligno pythonissæ illius ministerio completum. Motus fuit tūc temporis ad hāc partem, tum quia difficile intellectu est, q̄ anima iusti magicis cogatur artibus: tum quia quæ apparuit imago Sauli dixit. Cras mecū eris: quod eo falsū videtur, quod Saul reprobatus cum Samuele iusto dignoscitur. Magno quippe interuallo post mortē separari bonos a malis in euangelio legimus, cum dominus inter superbum illum diuitem, cum iam apud inferos tormenta pateretur, & illum qui ad eius ianuam vlcerosus iacebat, iam in requie constitutum, magnum chaos interiectum esse testatur. Alij vero determinate dixerunt, illum fuisse verum Samuelem, non quasi ipse a dæmone suasus veniret, quia hoc de tali viro talique anima affirmare scelus est, nec quasi coactus magica arte appareret, quę nihil valet in sanctis, sed eo tantū, quo pythonissa illa per suam magicam, Samuelem vocante, permiserit, seu iusserit Deus optimus ipsum adesse apparereque, ac loqui quatenus prędiceret Sauli mortem suam, & terreret eū ratificans mortuus, quæ dixerat viuus. Simile quoddā iam in diuinis, scripturis precesserat: nam Balaam ariolus erat, cui ad consultationem dęmonum aras paranti, verus Deus bis respondit, cogens dæmones non respondere. Moti sunt authoritate Ecclesiastici, qui de Samuele ita dixit. Dilectus a domino deo suo Samuele p pheta domini, renouauit imperium, & vnxit principe

* Augustinus tenuit prius quandiu sibi aliud nō dabatur/partem negatiuā dicēs/ illum qui apparuit non Samuelē/ sed Samuelis similitudinem fuisse.

* Abulen. 1. Reg. 28. q. 28.

* Alii dixerunt illū qui apparuit verum Samuelē quoad spiritum fuisse.

* Num. 22. &. 23.

* Ecclesiast. 1.

in gẽte ſua: in lege domini congregationem iudicauit: infra. Poſt hæc dormiuit, & notum fecit regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ. &c. Approbo ego magis iſtam ſententiam, qua illum verum Samuelem, vel ſpiritum eius fuiſſe aſſeritur: ſed & illam dico etiam Auguſtinũ habuiſſe, imo & probaſſe eadem ſcripturæ authoritate, qua iſti moderni eam probarunt. Nanque in De cura pro mortuis gerenda ad idem inquit. Nam Samuel propheta defunctus viuo Sauli etiam regi futura prædixit: quanuis nonnulli non ipſum fuiſſe, qui potuiſſet magicis artibus euocari, ſed aliquem Spiritum tã multis operibus congruentem illius exiſtiment ſimilitudinem figuraſſe: cum liber eccleſiaſticus, quem Ieſus filius Sirach ſcripſiſſe traditur, & propter eloquij nonnullam ſimilitudinem Salomonis pronunciatur, contineat in laude patrum, quod Samuel etiam mortuus prophetauerit. Quantum autem honoris, & authoritatis Auguſtinus ipſe eccleſiaſtico illi libro deferat, ipſe in De doctrina Chriſtiana declarat: quo loco illum inter libros canonis veteris teſtamenti nominat, annumeratque. Abeant ergo qui Auguſtinum aliter ſenſiſſe ſentiunt: & quaſi eum vincant, eundem locum, quo Auguſtinus ſe muniuit, adducunt, tanquam ſi quicquam noui repererint, quod Auguſtinum latuerit.

* Approbamus quod dicitur verum Samuelẽ apparuiſſe, & monſtramus Auguſtinum hoc tenuiſſe. Cap. 15. Auguſtinus.

* Lib. 2. cap. 8. Nanque quãti faciat Auguſtinus libros canonis vtriuſque teſtamenti docet in prol. lib. 3. de trinit. ad Hieron. epiſtol. 8. in ord. 19. in epiſtola ad Vincentium in De vnico baptiſmo lib. 2. contra Fauſtum. lib. 11. cap. 5. quorũ multa habentur diſt. 9. c. Noli meis. Ego ſolis. Quis neſciat. Noli frater. Neque quorumlibet. Sana quippe.

* De ſcriptura & eccleſia vniuerſali in ſe per orbem diffuſa.

*Diſputatio Secunda.*

SECVNDO circa præcedentia quæri poteſt, imo & a multis iam quæritẽ de ſcriptura, & eccleſia tota in ſeipſa: an alterum

horum in authoritate altero maius sit: de qua re, quia catholicorum doctorum varij varia senserunt, duximus necessarium ante determinationem nostram illorum diuersas sententias afferre, quatenus vel sic ex oppositis iuxta se positis materiç grauitas, determinationis difficultas, probabilioríque partis veritas, pateret magis. Erit ergo iprimis aliarũ opinionũ positio: deide statim nostrç enarratio, non in omnibus fundamẽtis, quę hinc inde adduci possẽt pro singulis: sed in illis tantum, quę ex omnibus selecta grauia magis, fortioraque visa sunt. Nanque in huiusmodi nõ multitudo verborum, sed sola vis rationum ponderanda est: nec per consequẽs qui plura, sed qui meliora dicunt prę cęteris audiendi sunt.

* Opposita iuxta se posita magis elucescunt.

* Nõ multitudo verborũ, sed vis rationum ponderanda est.

## CAP. I.

Prima igitur positio de hac re in eo est, ꝙ ecclesia lõge maioris authoritatis sit, q̃ scriptura. Abulẽ. hoc asserit, qui in prologo suo super Mathęũ dixit. Ecclesia vniuersalis, quæ est vniuersitas fidelium diffusa per totum orbem hoc concorditer, & vniformiter tenet: & ista est maioris authoritatis, q̃ quicunque euangelista, aut prophetatimo quàm mille euangelistæ, & prophetæ simul sumpti. Hæc ille in forma. Cęterum quia ipse ex omnibus quos video, hoc negociũ pro ecclesia super scripturã fusius deduxit: placet ex illo loco sua huc verba afferre, quibus ample satis hanc sententiam ponit, exponit, probatq;. Ait ergo. Certitudo aũt, & authoritas euangelistarum non euenit eis propter seipsos: sed propter ecclesiam. Nam nos non credimus euangelistis, quia fue-

* Abulen. q. 19.

* Prima positio patrum, ꝙ ecclesia maioris authoritatis sit, q̃ scriptura.

runt, Matheus, Marcus, Lucas, & Ioānes: sed quia ecclesia asserit eos vera dicere, & iubet illis credi. Vnde etiã si sciretur, q̃ credendum erat Mathæo, Marco, Lucæ, & Ioanni: nos nesciremus, an isti, qui apud nos habẽtur essent libri eorum, vel aliqui alij, quia poterat quis dicere, non esse istos libros quatuor euangelistarum, sed alios, qui perierũt, vel qui nõ habẽtur apud nos: & nos nesciremus, an hoc verum esset: & sic dubitaremus, an credendum esset eis. Ecclesia tamen asserit istos quatuor libros, qui apud nos habentur, esse quatuor euangelistarum: ideo nos credimus. Diceret quoque aliquis licet isti sint libri quatuor euangelistarum, esse tamen corruptos ab hæreticis, & aliter eos a principio scripsisse: ideo nõ debere sic credi, vt habẽtur, sed aliter: & sic nos essemus dubij, an tenendum esset, quod scriptum est. Dicendum est autem: ecclesia certificat nos quod libri euangelistarum manent apud nos incorrupti, sicut illi scripserunt: ideo credimus eis indubitanter. Item nos nesciremus, quare potius credendũ esset Marco, & Mathæo, Lucæ, & Ioanni, quàm libro Thobiæ, & Iudith, qui non ponuntur in canone, cum non appareat aliqua ratio maior de hoc, quàm de illo: sed solum sequimur ecclesiam, scilicet quia ipsa posuit libros euangelistarum in canone: librum autem Iudith, & Thobiæ extra canonem. Si autem posuisset Iudith, & Thobiam in canone, & euangelistas extra canonem: crederemus Iudith, & Thobiæ ex necessitate: & libros quatuor euangelistarum iudicaremus apocryphos. Solum ergo credimus istis ex necessitate, & illis: quia ecclesia sic credit. Item si proponerentur nobis libri isti quatuor Euangelistarum, & cum eis illa euangelia,

* Prima probatio huius positionis, quia nos per ecclesiam credimus euangelistis, & per ecclesiam hæc opera sua esse, & integra nõ corrupta.

* Per ecclesiam recipimus quosdam libros aliis non receptis ad canonem.

* Per ecclesiam euangelistarum euangelia distinguimus ab aliis, quæ alii scripserunt.

quæ scripserunt hæretici, quæ nominantur Thomæ, & Mathiæ, & Bartholomæi, & duodecim Apostolorũ, & Basilidis, & Appellis, Luciani, & Esychij: nescire-mus quibus potius fides adhibenda esset. Quia cum nos non vidissemus gesta Christi, nec verba: nescire-mus, quæ illorum essent veriora. Nunc tamen recipi-mus ista quatuor euangelia, & detestamur omnia alia. Hoc ergo nõ facimus, nisi quia ecclesia his quatuor cre didit, cæteros vero repulit. Et sic nos non credimus e-uangelijs, nec aliquibus libris sacræ scripturæ, nisi quia ecclesia mater nostra sic credit. Et hinc est illud fa-mosum dictum Augustini in epistola fundamenti, scilicet Ego euangelium non crederẽ, nisi ecclesiæ authoritas me moueret. Nam nihil aliud est, quod ad credendum rationabiliter mouere possit: sequitur. Est aũt hoc iustis-simum: quia ecclesia vniuersalis, quę est vniuersitas fi delium diffusa per totum orbem, hoc concorditer, & vniformiter tenet: & ista est maioris authoritatis, quã quicunque euangelista, aut propheta: imo quam mille euangelistę, & prophetæ simul sumpti. Et ista sola est, quã Christus dilexit super omnia, & pro qua mortuus est, vt illam faceret sanctam sibi, & mundam. Et ista vo catur sponsa eius sine macula, & ruga. Et ista sola est cu ius Christus caput dicitur, & non alicuius hominis, nec congregationis. Ista etiam est, quæ sola vocatur cor-pus Christi. Ista est, quæ est maior angelis, & archan-gelis: & habet iurisdictionem super illos. Nam excom-municat eos, & anathematizat, si contra eam aliquid fe cerint: sicut Paulus nomine ecclesiæ excommunicat an gelos cœli, si prędicauerint aliud Euangelium, quàm quod ecclesia suscepit, cum dicit. Sed licet nos, aut Ange

*Famosũ dictum Augustini in epi stola fundamẽti.

Sola ecclesia est quã Christus di lexit super om-nia.

*Ephes. 5.

*Ecclesia voca tur sponsa Chri-sti sine macula & ruga.

*Ephes. 4. & 5. Roma. 12.

*1. Corint. 12.

*Ephes. 4.

*Galat. 1.

lus de cœlo euangelizauerit vobis, prꝛeter id quod euangelizauimus, anathema sit. Ecclesia quoque docet Angelos de cœlo mysteria abscondita, sicut dicit Apostolus, ꝙ per ecclesiam innotescant mysteria Angelis, & archangelis, & toti sꝛculo. Ipsa sola est, quꝛ est melior omni re creata, quꝛ sit pura creatura. Nam nullus sanctus est tantꝛ perfectionis, & reputationis apud deum sicut ecclesia vniuersalis: licet domina nostra possit vocari mater ecclesiꝛ peregrinantis: nec ipsa habuit priuilegia quꝛ habet, nisi propter ecclesiam: quia ipsa non fuit ad tantam excellentiam assumpta, nisi vt esset mater Christi. Non fuisset autem mater Christi, nisi propter nos: quia Christus non assumpsit carnē, nisi vt ecclesiam redimeret. Ideo propter ecclesiam domina nostra est. Solus autem Christus est maior homo ecclesia vniuersali, quia est caput eius, & dominus, & sponsus, cum eam redemerit sanguine suo, & sibi desponsauerit. Vnde scriptura, & maxime Apostolus non ostendit amorem Christi ad aliquem fuisse excellētem, nisi ad ecclesiam: ideo quando instruit viros, ꝙ diligant vxores suas, dicit eis. Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam: infra. Ista sola est mater nostra, intra quam regeneramur, & speramus fœlicitatem: quia extra illam nullum bonum est: & propter istam credimus & facimus quicquid iubet: quia ipsa est mater nostra, sicut Christus est pater: & sic dicit beatus Cyprianus in quadā epistola, quòd nō potest deum habere patrem, qui ecclesiam non habuerit matrem: infra. Ipsa est quꝛ approbat, & reprobat libros: & dat authoritatem, & distinguit, gradus authoritatis inter scripturas: & ipsa sola est, cui obligamur credere in omnibus, quæ dixerit:

* Ecclesia docet angelos de cœlo mysteria abscondita.

* Nullus sanctus est tantæ perfectionis/& reputationis/sicut vniuersalis ecclesia.

* Ephes. 5.

* Ecclesia est mater nostra sicut Christus est pater.

& nulli homini, nec ãgelis de cœlo obligamur credere, nisi ecclesiæ: infra. Est ergo inter omnes fidei articulos primus, & maior, & maioris necessitatis, scilicet vniuersalem ecclesiam nõ posse errare: & iste tangitur in symbolo Apostolorum, cum dicitur. Sanctam ecclesiam catholicam. Si tamen ecclesia posset errare circa fidem, esset aliquando ecclesia non sancta: & sic iste articulus esset falsus, quod est impossibile. Est etiam iste articulus maior, quàm cęteri: quia est sicut fundamentum, vel sicut principium respectu conclusionum. Nam siquis erraret circa omnes alios articulos, vt pote quia diceret Christum non esse deum, nec natum de virgine, & sic de cęteris, & non erraret in isto articulo de ecclesia vniuersali: erit error suus reparabilis: quia cum crederet ecclesiam non posse errare, cum illa assereret sibi hoc, sequeret necessario, q̃ deberet credere omnia esse vera. Si tamen quis credat cæteros articulos, & vt istum neget: tota fides peribit. Quia si ego credam potuisse ecclesiã vniuersalẽ errare, dubitabo an euãgelia sint vera: & dicam q̃ quando ecclesia recepit ista quatuor euangelia, & repulit omnia alia, q̃ forte errauit: scilicet quia alia essent vera, & ista falsa, & sic de oĩbus libris scripturæ: & tunc tota fides perijt: infra. Dicendum igitur q̃ qui non credit ecclesiam vniuersalem non posse errare, non credit in Christum, imo nihil credit de nouo, nec de veteri testamento: nec intelligit quid sit fides, nec vnde veniat certitudo eius: cũ autem stet ecclesiam non posse errare, tenebimur sequi eam in omnibus determinationibus suis: & erimus certi, q̃ sequendo eam non erremus. Hæc Abulen.

* Ecclesia est q̃ approbat & reprobat libros/& dat authoritatẽ/& distinguit gradus authoritatis.

* Articulus symboli quo dicim⁹ Credo sanctã ecclesiã/est maior/quã cæteri. quia est sicut fũdamẽtum.

* Qui nõ credit ecclesiã vniuersalem non posse errare/nõ credit in Christũ.

## CAP. II.

Dixit hactenus Abulensis multa vera quidem, & grauia: sed nequaquam sua dicta distinxit: imo in multitudine rationum, authoritatũq; propriam sententiam subobscurã reliquit. Hęc obid dixerim, q̃ tãtus ille doctor sic quęstionis materiam indistincte posuerit, vt non sit nobis certum, de qua ecclesia intellexerit, hoc est, an de ecclesia vniuersali tota, ac cõtinua a primo iusto, vsque ad vltimum in fine sęculi futurum, includendo Apostolos, & quoscunque sanctos: an etiam de ecclesia sola, quę modo est, vel quæ fuit ab Apostolis exclusis vsque ad nos, loquutus fuerit. Maxime quia ex illis, quas ponit, rationibus, quædam dè ecclesia primo modo, quædam vero pro ecclesia etiam secũdo modo accepta intelligi valeãt. Nanque quod dicit ecclesiam esse corpus Christi, ac eius sponsam, pro qua saluanda carnem humanam assumpsit, & crucis tormentum subijt: ecclesiam primo signatam indicat: quod vero ait ecclesiam esse, de qua vere cantamus, Credo sanctam ecclesiam, etiam ecclesiã quæ modo est, & quæ ab Apostolis exclusis vsque ad nos fuit: ecclesiam secundo modo intellectam comprehẽdit: quia & ecclesia quæ modo est, sancta est, & catholica. Sic ergo quia fundamẽta iecit, quę ad illam, vel istã ecclesiam trahi possunt: rem sub dubio reliquit: eo præsertim q̃ nusquam de mente fidelium tractatorum fuit inquirere, disputareque de ecclesia primomodo intellecta, hoc est, prout ipsa Apostolos, & ꝓphetas includit, an maioris, an minoris authoritatis esset, quàm scriptura. Quis enim talia quæreret: quũ sint hęc ambo manifesta, & q̃ Apostoli, ꝓphetęq; actores scripturarũ fuerit: ac spũ sancto inspirãte loquuti, scriptores, testesq;: & q̃

* Abulensis multa bene distinxit: sed inter ista omnia quæ dixit suam positionẽ nõ distinxit.

* Ecclesia multipliciter accipi potest, & quædã rationes Abulensis possunt intelligi in vna acceptione, quædam in alia.

* Ecclesia quo modo est, sancta est & catholica.

* Quia fũdamẽta Abulensis ad istam vel illã ecclesiam trahi possunt: ipse determinationem sub obscuro reliquit

eadē authoritas veritatis sit testis, & testimonij: testiū, & testimoniorū? Non enim minor erat authoritas Pauli loquentis, q̄ Pauli scribentis: quia & ipse dixit, An experimentum vultis eius, qui in me loquitur Christus? quā ob rem superfluū videretur, Apostolos, aut prophetas, seu etiam euangelistas secundum aliquam inæqualitatem suis dictis, scripturis, testimonijsue quibuscunque cōparare. Oportet ergo, vt hoc de sola ecclesia, quę modo est, vel ab Apostolis exclusis vsque ad nos fuit, tractemus: & de ista, an maioris, an minoris authoritatis, q̄ scriptura diuina sit, inquiramus.

*Eadem erat authoritas Pauli loquentis/ & Pauli scribentis.

## CAP. III.

Thomas Vualdensis in suo doctrinali antiquę fidei pro hac re dilucidanda magis distinguit vniuersalis ecclesiæ potestatem in eam antiquam, qua a principio sacram scripturā cōdidit, libros canonis annumerauit, approbauitq;: & in hanc modernam, qua tunc conditos diuinos codices, etiam nunc conseruat, intelligit, & defendit. Distinguit inquam, & post distinctionem istā, quę moderna est, illa antiqua inferiorem asserit: imo ad p̄positum magis ibi expresse docet, fidem ecclesię in eo fidei scripturarum accedere, q̄ non licet de ea dubitare, sed ei subijci sicut testes iudici, & testimonium veritati, sicut prçconizatio definitioni, & sicut prçco regi subijcitur. Quoad illam partem vero, qua modernam potestatem ecclesię illa antiqua, & fidem ecclesię fide scripturarum inferiorem esse affirmat, ait. Sufficiat ergo vniuersali eccl'ię pro prçconio potestatis suę modernę, q̄ olim hoc fecerit. Vnde gl'ia potestatis eius, quasi percuiusdā maiestatis īperiū volaret ad posteros; ita q̄ adhuc sine

Tom. 1. lib. 2 art. 2. c. 20. & 21. ac 22.

* Quod maior sit authoritas scripturæ quā ecclesiæ.

*Secūda positio quæ est Vualdē.

*Fides ecclesiæ fidei scripturæ accedit / sed ei subiicitur.

*Ibi. cap. 21. Sufficiat vniuersali eccl'iæ pro prçconio potestatis suæ modernæ / q̄ olim potuerit scripturam ædere.

eius authoritate scriptura aliqua nec legi poterit, nec haberi pro certa. Et hoc sapuit, cum diceret contra epistolam fundamenti cito post principium Augustinus. Euāgelio non crederem, nisi me catholicę ecclesię commoueret authoritas. Hæc ille. Nec tamen hic laudo supercilium, quod quidam attollunt, volētes occasione huius dicti decretum patrum in ecclesia maioris esse authoritatis, & culminis, & ponderis, q̄ sit authoritas scripturarum. Quod quidem non tam videtur ineptū, quā fatuum: nisi talis quis dicat, Philippū fuisse maiorem Christo, quando induxit Nathanaelem ad credēdum Christum esse illum, quem scripsit Moses in lege, & prophetis, sine cuius authoritate non tunc aduerteret. Et si sic dicat conformiter parentes nostros carnales, aut pędagogos esse altiores, & eminentiores Christo: quia eorū authoritate ab infantia didicimus, quid de Christo sit credendum, quid sperandum. Sed Augustinus in libro suo de magistro inquit. Quicquid propter aliud est, vilius sit necesse est, q̄ id ꝓpter quod est. Cognitio quippe cœni, propter quam hoc nomen est institutum, pluris habēda est ipso nomine. Hęc ille. Omnis ergo ecclesiastica authoritas cum sit ad testificādum de Christo, & legibus eius, vilior est Christi legibus, & scripturis sanctis necessario postponenda: ideo idē Augustinus contra Faustum de diuinis libris loquens. Iam inquit ipsis rebus impletis authoritatem diuinam fidelissima, & præclarissima veritatis luce testantur: vt omnino desipiat quisquis eos superflue, vel quasi fatue loquutos aliquid putat, quibus non solum omnia hominum, ingeniorumque genera subdita videt. Hæc ille. Ecce q̄ scripturæ canonicæ habent authoritatem diuinam; & eis

*Non tam videtur ineptū quā fatuum dicere, q̄ decreta patrum sint maioris authoritatis, quam sit authoritas scripturarum. ✠Ioan. 1.

Post medium.

*Quod propter aliud est, minus esse necesse est.

Lib. 22.

Scripturæ sacræ habent diuinam authoritatem, & eis subiiciuntur oīa genera hominū, & ingenioa rum.

ſubijciũtur oĩa genera hominũ, ſimul & ingeniorum. Bene enĩ allegorizauit ſanctus Thomas de hac re, ĩducẽs mulierẽ Samaritanã loco vniuerſalis eccl'iæ: quã cũ audiſſẽt ciues prædicantẽ de Chriſto, & dicentẽ, ꝙ dixit mihi quæcunq; feci: illi tñ inducti ĩã inquiunt, non ꝓpter loquelã tuã credimus. Ipſi enim audiuimus, & ſcimus quia hic eſt ſaluator mũdi. Non ſunt ingrati, ꝙ nõ ꝓpter loquelã mulieris credunt ĩã, quũ authoritati eius adhærẽt, cui credũt: quãuis ad credẽdũ illi, authoritate mulieris inducti ſũt: ſic enim dicit textus, ꝙ multi crediderũt in eũ ꝓpter verbũ mulieris teſtimonium ꝓhibentis: principaliter & primo credũt. Sic nec ſunt ingrati filij matris eccl'iç, qui primo ꝓpter verbũ eccleſiæ teſtãtis de Chro credũt: & cũ crediderint, authoritatẽ qua inducti ſunt, authoritati eius poſtponunt, cui credũt: imo authoritate eiuſdẽ eccl'iæ hoc decretũ eſt, oĩum ſcilicet poſterorũ hoĩm libros, ſiue eccleſiarũ, authoritati ſacri canonis debere ſubmitti, quaſi ad ſcabellũ pedũ eius, dicẽte cõtra Fauſtũ Auguſtino, Ne intercluderet locus, & adimeret poſteris ad quęſtiones difficiles tractãdas, atq; verſandas linguę, ac ſtyli ſaluberrimus labor, diſtĩcta eſt a poſterorũ libris excellentia canonicę authoritatis veteris, ac noui teſtamẽti: quę Apoſtolorũ confirmata tẽporibus ꝓ ſucceſſiones epiſcoporũ, & ꝓpagationes eccleſiarũ tanquã in ſede quadã ſublimiter cõſtituta eſt: cui ſeruiat oĩs fidelis, & pius intellectus. Ibi ſiquid velut abſurdũ mouerit nõ licet dicere author huius libri nõ tenuit veritatẽ: ſed aut codex mẽdoſus eſt, aut interpres errauit, aut tu nõ intelligis. In opuſculis aũt poſterorũ, q̃ libris ĩnumerabilib⁹ cõtinẽt,

*Ioan. 4.

*Ioan. 4. *Samaritani per mulierem crediderunt. cui tamẽ poſtea magis adhæſerunt.

Lib. de. ſ.

*De veritate diuinarum ſcripturarum non licet dubitare/aut inquirere: ſed licet ſcripturas nõ intelligamus/eiſdẽ tamen omnino aſſentiamur.

sed nullo modo isti sacratissimæ canonicarũ scriptura
rũ excellẽtię coęquanť:ẽt in qbuscũq; eorũ inueniť eadẽ
veritas,lõge tñ est ipar authoritas.Itaq; i eis si qua for
te ꝓpterea dissonare putãtur a vero,quia nõ possunt vt
dicta sunt,intelligi:tũ liberũ ibi habeat lector,auditor-
ue iudiciũ,quo vel approbet,qđ placuerit: vel im pro-
bet,quod offenderit:& ideo cuncta huiusmodi non ni-
si vel certa ratione,vel ex illa canonica authoritate defẽ
dãtur,vt demõstreť,siue õnino esse,siue fieri potuisse,
qđ vel disputatũ ibi est,vel narratũ. Si cui displicuerit,
aut credere noluerit,nõ reprehẽditur.In illa vero cano
nica eminẽtia sacrarũ literarũ,etiã si vnus ꝓpheta,seu
Apostolus,aut Euãgelista aliq d i suis literis posuisse ip
sa canonis declaratiõe cõfirmatur;nõlicet dubitare qui
verũ sit.Hęc Augustinus. Lõge ergo distat authoritas
scripturarũ,& eminet authoritati cunctorũ doctorũ,
etiã totius eccľiæ catholicæ:quãuis super eius authori
tate catholica atteste eccľia:infra.Ideo sicut dicit Au-
gustinus:quanquã in posteriorũ libris inuenitur ipsa
veritas scripturarum,non tamen erit in eis par authori
tas:ita quanuis fides vniuersalis ecclesiæ inuenitur per
scripturas expressa,sicut est pene tota: non tamen est ei
in authoritate par,sed subijcitur.Et etiam quãuis in po
steriorum libris etiã inuenitur,non tamẽ sunt illi pares:
sed ipsa ꝓponitur,quia aliud sunt testes,aliud testimo-
nium.Paulo post. Fides autem vt est ecclesiæ catholicę
in hoc accedit fidei scripturarũ,qꝫ nõ licet de ipsa dubi
tare,eo qꝫ testimoniũ eccľię catholicę est obiectũ fidei
Chrĩanæ,& legislatio scripturæ canonicæ. Subijciť tñ
ipsi,sicut testis iudici,& testimoniũ veritati:sicut ꝓco
nizatio definitioni, & sicut præco regi. Hæc Vuald.

* De veritate dictorũ hominum singulorum hæc licent.

Longe distat authoritas scripturarũ / & eminet authoritati cunctorum doctorũ / & totius ecclesiæ catholicæ.

* Fides ecclesiæ in quo accedit fidei scripturarũ.

CAP. IIII.

*Tertia positio quæ est Ioannis Driedonis.

Ioannes Driedonis in suo De ecclesia sticis scripturis & variis dogmatibus ad hanc quęstionem, ecclesiam distinxit in eam primitiuam Apostolorum, quæ ipsum Christum, eius miracula, opera, passionem, mortem, & resurrectionē vidit, ac doctrinam eius ex eius ore audiuit, manifestationemque diuini spiritus in signis, ac prodigijs habuit: & in hanc modernam, quæ illa non vidit, sed ab Apostolis commendata conseruat, commendatque. Deinde innuit ecclesiam primitiuam, vel etiā istam modernam pro vt illi antiquæ continuatur: sic vt ex omnibus resultet vna vniuersalis ecclesia, ac vnum corpus Christi mysticum omnes ecclesias, quæ pro tē pore fuerunt secundum successiones patrum, & propagationes ecclesiarum vsque ad istam nostram inclusiue non maiorem, sed æqualem habere authoritatem cum sacra scriptura. Ecclesiam vero modernam intelligendo eam, vt præcisam, seu abstractam, & absque cohærentia in fide, & moribus cū ecclesijs, quę fuerunt in prioribus sæculis, non maioris, nec ęqualis, sed minoris authoritatis esse, quàm sacra scriptura. De ecclesia primo modo dicta, hoc est, prout includit primitiuam, existimat Augustinum dixisse. Ego euangelio non crederē, nisi me ecclesiæ cōmoueret authoritas. De ecclesia autem secundo modo intellecta, idest prout a primitiua fide, & moribus abstrahitur, arbitratur Augustinum dicturum. Ego huius ecclesiæ homines non agnoscerē esse ecclesiam Christi, nisi doceret me quatuor euangeliorum authoritas. Probat autem hæc illo vno supposito, notissimo quidem, & a se ibi monstrato, omnes scilicet sacros scriptores ad ecclesiam pertinere, sub his verbis. Ex his patet primo, q̄ quærere an ecclesiæ catholi

*Ecclesia primitiua, vel ecclesia quæ nunc est, & illi primitiuæ cōtinuatur fide & moribus eam includens est æqualis authoritatis cum scriptura.

Ecclesia quæ modo est, intellecta absq; cohærētia in fide & moribus cum primitiua est minoris authoritatis quā sacra scriptura.

*Authoritas ecclesiæ primo modo dictæ est æqualis cū authoritate scripturæ.

*Authoritas ecclesiæ secundo modo dictæ est minor quā authoritas scripturæ.

cę authoritas sit prior, aut maior authoritate scripturæ, est idem, ac si quæreretur, an authoritas personæ testimonium dantis maior sit suo testimonio. Manifestum est autē nos habere fidem tum scripturis quibuslibet, tum testimoniis propter authoritatem, & veracitatem personæ testificantis, quā credimus a deo veracem esse, atque probatam, vt non velit fallere: adeoq; sapientem quæ falli non possit. Ex huius considerationē intelligere possumus quāuis latior, & ad plura sit ecclesiæ catholicæ, quàm scripturæ authoritas: eadem tamen, & æqualis est eiusdem ecclesię catholicæ, & scripturæ sacrę veracitas, æqualis vis, par dignitas, seu potestas, eodem Dei spiritu loquente vtrobique, & in scripturis sacris, & in ecclesia: infra. Nam doctrinam fidei prę sentis ecclesię intelligimus esse doctrinam illius ecclesiæ, quæ spiritu fidei cōtinuata est precedentibus Christi ecclesijs vsq; ad primitiuā apostolorum ecclesiā, quæ in docendis, & tradēdis Christianę fidei mysterijs, atque doctrinis, maioris erat authoritatis, quàm ecclesia quæ nūc est: & id quidem propter Apostolos, qui illius ecclesię columnę testimoniū de his, quæ viderant, perhibere poterant: qui & ipsum Christum, illius miracula, & opera, mortē, & resurrectionē viderunt, & doctrinam eius ex ore eius audierunt, manifestationemq; diuini spiritus habuerunt in signis, & prodigijs: infra. Augustinus autē cum dicit. Ego euāgelio non crederē, nisi me ecclesię cōmoueret authoritas: intelligit de ecclesia catholica, quę fuit ab initio Christianæ fidei secūdum seriem successionis episcoporum crescens ad hęc vsq; tempora: quę sane ecclesia cōplectitur collegium Apostolorum: qui Christum, & miracula eius videntes, do-

*Ecclesiæ authoritas latior est quia ad plura se extendit: eadem tamen est ecclesiæ & scripturæ veracitas.

*Ecclesia primitiua in tradendis fidei mysteriis maioris erat authoritatis, quā ecclesia quæ modo est.

*Qualiter intelligatur dicta Augustini, quo ait, Ego euāgelio nō crederē nisi me ecclesiæ cōmoueret authoritas.

ctrinãq; fidei ex ore eius audiẽtes, ſcripturas euangelicas nobis tradiderũt: infra. De eccleſia autẽ quę nũc eſt, intelligẽdo eã vt pręciſam, ſeu abſtractã, ſeu nudã, & abſq; cohęrẽtia in fide, & moribus cũ eccleſijs, quę fuerũt in prioribus ſęculis diceret Auguſtinus. Ego huius Eccleſię homines nõ agnoſcerẽ eſſe eccleſiã Chriſti, niſi doceret me quatuor euãgeliorũ authoritas. Hæc ille.

## CAP. V.

Placet magis, ſaluo meliori iudicio, illa diſtinctio Vualdenſis de poteſtate antiqua, & moderna loquẽtis, q̃ hęc Driedonis primitiuam, & modernam eccleſiam diuidentis: ob id tantũ, quòd diuidens membrum poſu erit omnino a materia, & mentibus doctorum omnium de illa diſputantium alienum. Quęris quod eſt? Reſpondeo: illud quo eccleſiam, quę nunc eſt, vt pręciſam, abſtractam, ſeu nudam, & abſq; cohęrentia in fide, & moribus cum eccleſijs, quę fuerunt in prioribus ſęculis, finxit: quam minoris authoritatis eſſe, & per ſcripturam cognoſci Dei Eccleſiam, dixit. Nam hoc quis ſapiens capit: aut quis non videt falſum eſſe, ne dicam abſurdum? Eccleſia enim quę vt pręciſa, & abſtracta, ſeu nuda, & abſque cohęrentia in fide, & moribus cum eccleſijs, quę fuerunt in prioribus ſęculis: quomodo poteſt per euangelium cognoſci? aut quomodo poteſt poteſtatem aliquã ſpiritualem, ſeu authoritatẽ habere, de qua diſputetur, an maior ſit, quàm authoritas ſcripturę diuinę? Nequaquam. Quotiens enim talis eccleſia imaginatur, totiẽs non Chriſti, ſed Sathanę cõgregatio ſignatur. Chriſti enim eccleſia non eſt, nec ex euangelio oſtendi poteſt: niſi quę cum fide eius, & cum hęrentia ad ſe caput intelligitur, quia ipſe dixit. Et ſuper hãc

Diſtinctio Vualdenſis placet magis quã diſtinctio Driedonis.

*Nequaquã poſſumus eccleſiam Chriſti quæ modo eſt cogitare, vt diſtinctã in fide, & moribus ab eccleſia primitiua: quia iam non eſſet Chriſti quum eccleſia ipſius in fide fundetur, quæ vna eſt. *Epheſ. 4.

*Et ſi talis eccleſia imaginaretur nequaquam per euangeliũ Chriſti eſſe probaretur.

petram ædificabo Ecclesiam meam. Non est ergo disputatio patrum de illa tali Ecclesia ficta: nec de Ecclesia primitiua, in qua erant ipsi scripturarum scriptores, in quibus loquebatur Deus, sicut & in ipsis scripturis sanctis, Paulo dicente. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? sed est disputatio de Ecclesia Dei, quę modo est in præsentibus personis, quæ in ea nunc sunt: succedens in fide, & moribus Apostolorum, sit ne maioris authoritatis, æqualis, aut minoris, quàm sacra scriptura? Sic quantum capio patres disputantes quęstionem intelligunt: sic quoque existimo Vualdensem per illam suam distinctionem de prisca, & moderna potestate Ecclesię intellexisse: sic & nos bono animo intelligimus, & de illa sic intellecta, quãtum valemus, disputamus. Agamus ergo, & quod sentimus, quantũ deus optimus maximusq; dederit, per sequẽtia doceamus.

* Math. 16.

* 2. Corint. 13.

Quomodo sit intelligitur quæstio, in qua disputatẽ de authoritate ecclesiæ & scripturæ.

## CAP. VI.

Dicimus ergo. Primitiua illa ecclesia in mẽbris suis, apostolis inquã, tũc viuẽtibus plenissime diuinã authoritatẽ habuit prędicãdi populis Christi fidẽ (nõ nouã, sed nouo modo) aduẽtũ eius in mũdũ, doctrinã, opera, passionẽ, mortẽ, ac resurrectionẽ, siue verbis, siue scripturis, testificãdi hęc omnia cũctis nationib⁹, cõfirmãdi ea signis, pdigijs, miraculisq; veris, ostẽdẽdo Christi gloriã in omni gratia ecclesiæ cõgruẽte &c. Mõstrari potest hęc veritas ex multis, tũ scripturis Apostolorum, tum dictis sanctorum doctorum: sed quęso, sufficiat id efficere ex manifestioribus locis diuinarũ scripturarũ. Saluator noster ad idem Apostolis dixit. Sicut misit me pater, ita ego mitto vos: ecce amplissimã potestatẽ. Idem eisdẽ pro eodẽ. Eũtes ergo docete omnes

* Primitiua ecclesia habuit plenissimã authoritatem diuinã in personis quæ tũc erant, prædicandi & cõfirmãdi fidem Christi.

* Ioan. 20.

* Math. 28.

gentes baptizantes eos in nomine patris,& filij,& spiritus sancti,docentes eos seruare omnia,quæcunq; mãdaui vobis:& ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem sæculi.Idem eisdem pro eodem.Euntes in mundum vniuersum prędicate euangeliũ omni creaturæ.Qui crediderit,& baptizatus fuerit,saluus erit:qui vero non crediderit, cõdemnabitur: infra.Illi autem profecti prædicauerunt vbiq; ,domino cooperante,& sermonem confirmante sequentibus signis.Idem eisdem pro eodem.Vos estis sal terrę. Vos estis lux mũdi:iterum.Qui vos audit,me audit: & qui vos spernit,me spernit.Idem eisdem pro eodem. Accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos,& eritis mihi testes in Hierusalem , & in omni Iudæa, & Samaria , & vsque ad vltimum terræ. Quid clarius? Dixi.Non nouam,sed nouo modo , quia reuera ita est: nanq; & fidem Christi,quam Apostoli commẽdarũt, & patres etiam olim habuerũt Saluator noster ad hoc dixit Apostolis.Beati oculi,qui vident , quæ vos videtis:dico enim vobis,quia multi reges, & prophetæ voluerunt videre,quę videtis,& non viderunt:& audire quæ auditis,& non audierunt. At quomodo voluerunt reges pręteriti videre,quę videbant Apostoli,si Christum non agnouerunt? aut quomodo eum nouerunt,si fidem de illo non habuerunt? Idem pro eodem Iudæis dixit.Abraham pater vester exultauit,vt videret diem meum:vidit , & gauisus est.Quæso, quomodo tũc tẽporis Abraham viderat diem Christi , & gauisus fuerat,nisi per fidẽ eius?Petrus ad idem principibus sacerdotum,senioribus,& scribis dixit de Christo.Hic est lapis , qui reprobatus est a vobis ædificantibus, qui fa-

Marci. 16.

*Math.5.
*Luc.10.

*Act.1.

*Apostoli prædicarunt fidem Christi nouo modo/ quia scilicet prædicabant ipsum iam venisse in mundũ / prædicasse / mortuũ fuisse/ac resurrexisse:non nouã/ quia etiam ante aduentum Christi in mundũ erat fides eius: quia eadẽ est fides nostra & antiquorum.

*Act.4.

*Gal.3. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Nõ dicit & seminibus quasi in multis,sed quasi in vno & semine tuo / qui est Christus.

ctus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Paulus ad idem vbique pro fide Christi clamat, eam insuper ex scripturis veteris testamenti manifestando, signanter Ad Romanos, ad Galatas, ad Hebræos q; per totum: vnde expresse ad idem inquit. Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem: qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis. Idem pro eodem. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata a lege, & prophetis. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credũt in eum: non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Idem pro eodem. Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini eius, vt hæres esset mundi: sed per iustitiam fidei: infra. Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini: non ei, qui ex lege est solum, sed & ei, qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrum. Quæso quomodo Abraham pater noster appellatur, nisi secundũ fidem, in qua ei succedimus, quemadmodum & Paulus alibi testatur? aut quomodo nos Christiani in fide succedimus Abrahæ, si ipse fidem Christi non habuit? Et quid multa? Saluator noster ad idem dixit. Scrutamini scripturas, quia illæ sunt quæ testimonium perhibent de me: iterum. Si Mosi credideretis, mihi quoque credideretis: de me enim scripsit ille. Dixi, sed nouo modo: quia fides Christi, quæ ante incarnationem filij Dei in

*Roma. 1.

*Roma. 3.

*Roma. 4.

*Roma. 9.

mundo erat, vt statim fuit ostensum, post incarnationem aliter fuit explicata, aliterque hominibus commendata. Aliter inquam, tum primo, quia multa ante implicite credebantur, quæ nũc iam nõ implicite, sed explicite, creduntur, & de præcepto explicite credenda sunt: tum secũdo, quia aliter antiqui prophetæ de Christo loquebantur prænunciantes: aliter Apostoli de eodem loquuti sunt prædicantes. Nanque illi filium Dei prædixerunt incarnandum: isti autem illum prædicarunt incarnatum: illi Christum passurum, moriturum, resurrecturũq; a longe per reuelationem noueruntisti vero Christum patientem, morientem, resurgentẽq; viderunt. Mutarunt ergo Apostoli prædicantes voces prophetarum prædicentium a futuro in præteritum; quia quæ prophetę dixerunt futura, propterea quòd suo tempore reuera futura erant: Apostoli dixerũt præterita ob id tantum, q̃ iam tunc facta erant. Scholastici patres optime de his dixerunt, semper fidem Christi a principio mundi in mundo fuisse: licet alijs, & alijs temporibus implicitam, aut explicitam magis eandem esse fidem quoad res creditas nostram, & antiquorum: quia & qui præibant, & qui sequebantur clamabant. Osanna in excelsis: esse tamen differentiam inter nos, & illos: tum quia multa habemus explicite, quę illi tantum habuerunt implicite: tum quia nos easdẽ res, quas credimus, alijs enũciationibus explicamus, quàm illi olim explicarent. Nos enim credimus incarnationem filij Dei, prædicationem, opera, passionem, mortem, & resurrectionem: quas res & antiqui etiam crediderunt, saltem prophetæ, & maiores Iudęorum: sed hec est differentia, quia nos hanc nostram de illis rebus fi-

* Fides Christi ante aduentum eius in mũdum aliter explicabatur.

* Aliter loquuti sunt Christũ prænunciantes prophetæ/ & aliter ipsum prædicantes Apostoli.

Tertio lib. sent. Thomas. 2. 2.

* Matth. 21.

* Multa quæ Iudæi credebãt implicite nos credimus explicite.

dem propoſitionibus de pręterito explicamus: illi autẽ ſuam fidem de eiſdẽ rebus enunciationibus de futuro manifeſtabant. Illi dicebant, filius Dei erit homo, prędicabit, miracula operabitur, patietur, morietur, reſurget, de futuro loquentes: nos dicimus, filius Dei homo factus eſt, natus eſt, prædicauit, miracula fecit, paſſus eſt, mortuus fuit, reſurrexit tertia die, viuit, & regnat ſedens a dextris Dei, vltra nõ morietur: quia mors illi vltra non dominabitur. Quid clarius?

* Multa quæ Iudæi credebãt futura, nos credimus præterita.

## CAP. VII.

Dicimus præterea. Moderna eccleſia, quæ nunc eſt in hominibus, qui nunc ſunt ab illa primitiua per ſucceſſiones epiſcoporum, & propagationes eccleſiarum deriuata, & cũ illa in fide, lege, ſacramentis, capite principali Chriſto, & ſpiritu Dei regente eadem penitus, quia vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, & pater omnium, eandem penitus authoritatem habet, quam primitiua habuit quoad conſeruandum, declarandum, prædicandum q; Chriſtianam fidem ab ipſis domini Apoſtolis traditam, non quoad ſcribendum eã. Monſtratur quoq; hæc veritas ex multis diuinarum ſcripturarum locis expreſſis: nanq; & pro iſta quæ modo eſt, Saluator noſter dixit. Super hanc petrã ædificabo eccleſiam meam: & portæ inferi non pręualebunt aduerſus eam. Idem pro eodem. Vbicunq; fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum ſum. Et quæcunq; ſolueritis ſuper terram, ſoluta erũt in cœlo: & quęcũq; ligaueritis ſuper terrã, ligata erũt in cœlo. Idẽ pro eodẽ. Et ecce vobiſcũ ſũ omnibus diebꝰ vſq; ad cõſũmationẽ ſęculi. Mõſtrat etiã, quia & de eccleſia, quę modo eſt, optime dicimus ſinguli,

* Authoritas eccleſiæ quæ modo eſt in hominibus qui nunc ſunt.

* Epheſ. 4.

* Matth. 16.

* Matth. 18.

* Matth. 28.

*In Symbolo. *Cantic.6.

Credo ſanctam Eccleſiam, & de hac etiam Deus dicit. Vna eſt columba mea, perfecta mea &c. At hæc omnia rectam fidem omnino indicant, ſine qua impoſſibile

*Hebr.11.

eſt placere deo: ſic autē qua authoritate niſi diuina, eccleſia iſta præſens tenetur, ſuſtentaturq; ne a recta fide cadere poſſit? Deinde quia Apoſtoli illam magnā

*Apoſtoli ſuam authoritatē prædicandi fidē habebant: nō quia homines erant: ſed quia deus illis aſſiſtebat: ob idq; illa diuina erat.

authoritatem, quam habuerunt dicendi verum, non ideo habebant, quia homines erant, nec quia ſancti, nec quia res geſtas viderunt: ſed quia Deus cum illis erat, illuminans, docens, & mouens modo quodam particulari per hæc verba ſtatim poſita, aliaque ſimilia indicato. Sic autem quum & iſta quoque verba de Eccleſia, quæ modo eſt, optimo iure intelligantur: non videtur, quominus hæc Eccleſia moderna eandem authoritatem quoad iſta, dicatur habere cum illa primitiua. Dixi fidem ab ipſis domini Apoſtolis traditam: quia neque aliam, neque vltra illam commendare poteſt.

*Epheſ.4.

Non aliam, tum quia Paulus dicit. Vnus dominus, vna fides, &c. tum quia ipſemet clamat. Sed licet nos, aut an

*Galat.1.

gelus de cœlo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Nō vltra illam, quia illa quā illi, quibus tota prædicatio euāgelica commiſſa eſt, prædicarunt, ſufficit: nec quiſquam de Chriſto aliquid credendum indicere hominibus poteſt, niſi quod illi, qui ab ipſo Chriſto teſtes, & prædicatores ſui ordinati ſunt, Apoſtoli inquam indicarunt, verboſcilicet, aut ſcripto. Diuus Cyprianus Chriſti glorioſus martyr ad idem optime dixit. Ipſe ſummus ſacer

*In ſermone de ablutione pedū.

dos ſui eſt ſacramenti inſtitutor, & author: in cæteris homines ſpiritū ſanctū habuere doctorē: & ſicut par eſt, ſpirituiſācto, & Chriſto diuinitas: ita in ſuis inſtitu

tis æqua est authoritas, & potestas: nec minus ratũ est, quod dictante spiritu sancto apostoli tradiderunt, quã quod ipse tradidit, & in sui commemorationem fieri præcepit. Manet singulis propria dignitas, & vniformis in suo genere stat actio omnium: nihil addi, nihil subtrahi, nihil potest corrigi, vel mutari. Hęc ille. Dixi non quoad scribendum eam: propterea quod tota æditio scripturarum noui testamenti ad tempora Apostolorum pertinuit, qui vel scriberent, vel euangelistarũ scripta probarent, & sua authoritate Ecclesijs legenda mãdarent: qui principes euangelicæ prædicationis fuerũt: quibus vt diximus dictũ est. Eũtes in mũdũ vniuersũ prædicate euangeliũ omni creaturę: qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur: iterum. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia, quæcunq; mãdaui vobis: iterũ. Eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsq; ad vltimũ terræ: iterũ. Sicut misit me pater, ita ego mitto vos. Paulus ad idẽ dixit. Idoneos nos fecit ministros noui testamenti: iterum. Posuit in nobis verbum reconciliationis: & iterum. Pro Christo legatione fungimur, tanquam deo per nos exhortante. Sic Hieronymus sentit circa illud. Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea: sic & Augustinus in varijs locis, quemadmodum supra docuimus. Mõstratur hoc præterea eo maxime, quòd gratia hæc condendi scripturam sacram, gratia specialis est nobis penitus inuisibilis: quia vt probauimus in motione, impulsione, assistentiaque spiritus particularissima suis scri-

Spiritus dei eãdem authoritatẽ diuinã habet per quoscũque loquatur.

Tota æditio scripturæ noui testamenti ad tempora apostolorum pertinuit.

*Marci vlt.

*Math. 28.

*Act. 1.

*Ioan. 20.

*2. Corint. 5.

*Hieronymus.

*Augustinus.

*Art. 2.

*Gratia condẽdi sacrã scripturam est spiritualis, & nobis penitus inuisibilis.

ptoribus consistit: quæ nunc in ista Ecclesia, quæ modo est, non videtur esse. Nam rogo, ad quid nunc esset positis tot scriptis patrum, Apostolorum, prophetarum, & euangelistarum? nonne quod in sacris literis scribendum fuit Christianę fidei, illi patres, qui idonei ministri fuerunt noui testamēti, scripserūt? Vtiq;

## CAP. VIII.

Dicimus tandem. Salua determinatione sanctæ matris Ecclesiæ, quantum modo apparet, sicut non videtur esse maior, nec minor, sed æqualis authoritas in primitiua Ecclesia, quàm in scriptura sacra quātum ad verum dicendum, ob id tantum, q̄ tunc temporis homines diuina assistentia prædíti, suffultiq; sacram scripturam condere valebant, imo condebant: ita non videtur esse maior, nec minor, sed æqualis authoritas quoad verum dicendum in ecclesia, quæ nūc est & in scriptura: quia vtrobique loquitur Christus specialissimo modo, & in scriptura, tanquam in verissimo testimonio, & in ecclesia, tanquam in veracissimo, diuinoq; teste: cui dixit, vt diximus. Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi: iterum. Vbicūq; fuerint duo, vel tres cōgregati in nomine meo, in medio eorum sum: iterū. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non prę̄ualebunt aduersus eam &c. Sic ergo quum ecclesia quæ modo est, eūdem habeat Deū prę̄sentem, illuminantem, mouentem, ac impellētem, ædificantem, sustentantēq; in vera fide, quem habuit scriptura se principaliter scribentē: non videtur quin æqualem authoritatem habeat cum illa: iterum. Si non esset tanta authoritas ecclesię, quę modo est, & ab Aposto-

Quoad verū dicendū, hoc est, quoad veram fidem conseruandā eadem est authoritas ecclesiæ quæ modo est, & scripturæ.

* Math. 28.

* Math. 18.

* Math. 16.

* Ecclesia quæ modo est eundē deum habet sibi præsentem illuminantem mouentem, ac sustētantem se, quem habuit scriptura principalē scriptorem.

lis exclusis vsq; ad nos fuit, quãta est authoritas scripturę: quęso qualis, aut quanta esset fides illarum rerum, quas ab Apostolis solo verbo traditas tantum per ecclesiam nouimus? Certe non talis, nec tãta, qualis, & quãta est fides illarum rerũ, quas in diuinis scripturis legimus: quia ibi maiorem fidem debemus, vbi maiori authoritate mouemur. At sic vbi erit illud Apostoli, State, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam: quo illa omnia æqualiter credi vult? & illud quoq;, Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma &c. quo similimam fidem omnium credibilium in ecclesia exigit? Paulus vtique hãc veritatem docuit, quando ecclesiam Dei columnam & firmamentum veritatis appellauit. Nam quomodo ipse columnam & firmamentum veritatis diceret, quod diuinam authoritatem non haberet in dicenda veritate? Nequaquam. An fortassis Paulus in illo loco nomine ecclesiæ ecclesiam hanc prȩsentem non intellexit, quasi ei colũnam & firmamentum veritatis esse non conueniret? Absit, absit inquam talis blasphemia in Christum, & spõsam eius: quę etiam est ecclesia, quę modo est. Verum dico, mihi doctorum theologorum minimo magis placet, non quòd authoritates Ecclesiæ, & scripturæ hoc modo distinguamus, vt aliam alia dicamus maiorem, aut minorem esse: sed quòd illas potius æquales confiteamur, quum vtrobique Christus saluator noster specialissimo modo loquatur: a quo vtrunque authoritatem suam omnino adeptum esse videtur. Ecclesia enim, quæ nũc est, prout talis est, præsentes fideles includit, prȩteritos excludit etiam: Apostolos quoad personas: vnde

*2. Thes. 2.

* Ephes. 4.

*1. Timo. 3.

* Quomodo columna & firmamentum veritatis diceret, quod non haberet diuinam authoritatem.

Ecclesia quæ modo est etiam spõsa Christi est, sancta sine macula, aut ruga.

non dubium, quin in ista consideratione, quoad personas scilicet, seu membra, alia fuerit ecclesia primitiua, alia quæ fuit mille annos ante hæc tẽpora, alia quæ præcessit nos quingentos annos, & alia sit, quæ modo est anno domini millesimo quingẽtesimo quadragesimo nono. Aliæ enim, & aliæ fuere: sed semper sibi in eadẽ dispositione succedentes secundum varios status, & gradus Ecclesiæ, laicorum, virginum, continentium, coniugatorum, clericorum, religiosorum, & sæcularium, subditorum, & prælatorum, sacerdotum, episcoporũ, archiepiscoporum, patriarcharum, cardinalium vsq; ad vnum supremum Papam Romanum pontificem, Christi generalem vicarium cum plenitudine potestatis. Tamen & si personæ aliæ, & aliæ in dictis Ecclesijs sibi succedentibus fuerint: fides tamen Christi, lex, & sacramenta, caput principale Christus, & spiritus sanctus manens nobiscum in æternum eadem sunt penitus nunc, quę tunc: eadem in ista Ecclesia, quę modo est præsentium fidelium: eadem in Ecclesia sanctorum doctorum, Augustini, Ambrosij, Hieronymi, Chrysostomi, Basilij, & Cyrilli: eadem q; in Ecclesia Apostolorũ, Petri, Pauli, Andreę, Iacobi, Ioannis, Thomę, Iacobi, Philippi, Bartholomçi, Mathçi, Symonis, & Iudæ, Iacobi, ac Mathiç. Nunc rogo, a quo habuit primitiua illa Ecclesia suã infinitã, & infallibilem authoritatẽ: a personis illis in quibus ab ecclesia, quç modo est, differt: an ab illis rebus, & personis diuinis assistentibus, & regẽtibus, in quibus cũ ecclesia, quç modo est, ea dẽ est. Nequaquã ab illis psonis humanis in quibus ab ecclesia, quç modo est, differt: sed ab illis psonis diuinis

* Ecclesia militãs de qua loquimur secundũ mẽbra quæ acquirit & perdit quotidie / alia & alia est continuo / licet aliunde vna & eadem sit semper non solum propterea q; partes succedunt sẽper in simili situ & figura / quomodo tagus qui nunc est dicitur idem qui fuit ante centũ annos: sed etiã quia habet idem caput principale / eundem spiritũ eandẽ legẽ / fidẽ / & sacramenta omnino inuariata.

* Ecclesia primitiua ab eodẽ habuit suam infinitam authoritatẽ qui & ecclesiæ quæ modo est / assistit: quia idem deus sustentans istam / & illam.

in quibus eadem est cum ecclesia, quæ modo est. Sic autem vtrobiq; eadem authoritas est, quia vtrobique eadem radix authoritatis. An fortassis dixerit aliquis, non esse cum ecclesia, quæ modo est, easdem personas diuinas? Absit: quia saluator de se etiã nobis dixit. Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi: & iterum. Vbicunque fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum. De spiritu sancto autem dixit. Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum spiritus veritatis.

* Vtrobique eadem authoritas quia eadẽ radix authoritatis.

*Math. 28.

*Math. 18.

## CAP. IX.

Concludamus ergo iam præsentem istam quæstionem, & finaliter dicamus. Habuit primitiua illa ecclesia in suis membris, quę tunc erant fideles viuentes, copiosius gratiam, & authoritatem spiritussancti, quã ecclesia quæ modo est, habeat in suis, hoc est, quoad miracula operari, linguis loqui, prophetare, scripturam sacram condere, & similia. Verum quoad eucharistiam conficere, Christianum populum regere, ei peccata dimittere, & omnia sacramenta ministrare, quæ ad potestates ordinis, & iurisdictionis pertinent: & quoad rectam fidem conseruare, scripturas diuinas intelligere, & suborta dubia in rebus fidei determinare: nequaquã illa maiorẽ, nec ista minorẽ, sed ambę æqualẽ authoritatem habent. Nanq; ista dona Dei & nũc in ista ecclesia sunt, sicut in illa fuerũt: verax est enim, qui dixit. Super hanc petrã ædificabo ecclesiam meã: & portę inferi non pręualebunt aduersum eam: & alia quę memorauimus statim. Tenetur tamen ecclesia, quę modo est, fa

* Ecclesia primitiua quoad alia qua habuit abundantiorẽ gratiã quã habeat ecclesia q̃ modo est.

* Ecclesia quæ modo est habet eadẽ grãm quoad multa, quã habuit ecclesia primitiua.

*Math. 16.

* Ecclesia quæ modo est tenet inspicere ecclesias quæ præcesserunt per quas apostolica prædicatio ad se venit.

cere quod in se est, determinationes ecclesiarum precedentium inspicere, exempla patrum tenere, ac tandem vestigia Apostolorum sequi: ne videatur velle nouam fidem plantare, & ab Apostolis prædicatam negligere: sed hoc authoritatem eius non minuit. Cæterum si authoritas huius ecclesiæ, quæ nūc est, in eo quod ista non habet, ad authoritatem ecclesiæ primitiuę comparetur in eo quod ipsa habuit: quis non videt quàm inepta, quàm friuola, & impropria sit cōparatio: & quātum fiat extra propositum sapientum? Sic ergo quia in ab vtraque habitis debet fieri comparatio, quum donū illud conseruandi, & prædicandi veram fidem Christi in omni summa veritate, etiam sit in Ecclesia præsenti, quod fuit in primitiua propter vnam certissimā fidem conseruandam: iam quoad hoc æqualis authoritatis sunt, ac per hoc quum scriptura sacra æqualem authoritatem in continenda veritate habeat cum Ecclesia primitiua: similiter æqualis authoritatis erit Ecclesiæ præsenti per illam maximam naturalem cunctis hominibus notissimam. Quæ sunt æqualia vni tertio, sunt æqualia inter se. Modus autem, quo Ecclesia dicit verum, quia tanquam testis, aut proponens, & modus quo scriptura indicat veritatem, quia tanquam testimonium a teste, aut a proponente iam dictum: nullatenus æqualitatem authoritatis impediunt. Nam si sic, non esset æqualis authoritas veritatis in scriptura, & in euangelista: quum illa veritatem dicat tanquam testimonium: & ille tanquam testis, vel proponens, seu narrans. At negare hanc æqualitatem, absurdum est.

*Propria cōparatio iter aliqua in quibus debet fieri.

*Probatio optima q̄ sint æqualis authoritatis ecclesia quæ modo est & scriptura.

* Continere veritatem tanquam testimoniū / aut tanquam testem aut proponentē nō variat authoritatem quando vtrobique est diuina.

## CAP. X.

Vides o Christiane lector ecclesiam fideliũ, quæ ab antiquissimis temporibus, ab Adam scilicet secũdum quosdã, vel potius ab Abel secũdum alios cœpit, quoad fundamentũ, hoc est quoad fidem, quã diximus, semper etiã ab Adam fuisse de Christo, ecclesiam Christi præfuisse quodã modo, vt sic nõ erubescas confiteri, Synagogam quę Christũ occidit quodammodo, idest secũdum suã fidem Messię tunc temporis futuri, ad ipsum Christũ pertinuisse: quum clamasset & illa. Veni ad liberandum nos domine Deus virtutũ. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem: multasq; tales beatas voces Christũ vocans, in quem secundum promissiones patrum saltẽ implicite credebat, fudisset. Tamen & si ita fuerit, vt reuera fuit, ecclesia Christi, prout ecclesia Christi est, non nisi a Christo, & ab Apostolis eius vsque ad nos fuit proprie loquendo: nec ante illud tempus aliqui homines Christiani, nec aliquis populus Christianus, nec aliqua ecclesia Christiani proprie, & absolute appellari potuerunt. Monstratur hęc veritas multipliciter. Primum omnium, quia Saluator noster dixit hoc docens. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. At qui post suum aduentum in mundum se se Ecclesiam suam ædificaturum dixit: illam ante non esse ædificatam expresse satis indicauit: & quid vnquam fuit, antequam ædificatum esset? Deinde monstratur, quia populus quicunque vt certus populus, & ab alijs discretus est, suas leges habet, ritus & instituta, quibus in seipso vnus est, & ab alijs segregatus: sic autem populus Christianus, quia vt

*Ecclesiæ fundamentum ab anti quo tempore.

Cap. 6.

Synagoga Christũ cognouit futurum quem occidit præsentẽ.

*Multa loca sũt in scripturis veteris testamenti in lege/ prophetis/ & Psalmis/ quæ de Christo loquebantur: illa omnia nunc narrare esset facile/ sed longum.

*Math. 16.

*Ecclesia Christi prout ecclesia Christi est & ecclesia Christi nominatur ab ipso cœpit.

* Populus christianus vt talis est, vnde habuit initium.

talis est, nouam legem habet, noua sacramenta, nouãque explicitæ fidei confessionẽ: in quibus omnes, & singuli de populo conueniunt manifeste: alius populus dicendus est, a quibuscunq; prçcedentibus, qui hæc legem, & sacramenta non habuerunt. Paulus ad idẽ vbique docet, alium statum esse ecclesiç sub euangelio, & alium fuisse Synagogç sub lege: quia istum nostrum dicit statum viri, & perfecti: illũ autem Iudçorũ, pueri, & imperfecti. Iam quãtam ostendat differentiam inter

*Magna est differentia inter euangelium & legem.

euangelium, & legem, manifestum est: quia de euangelio dicit. Ego non erubesco euangelium Christi: virtus enim Dei est in salutẽ omni credenti: de lege vero. Lex neminem duxit ad perfectum: omnia conclusit sub peccato &c. De sacrificijs quoq; per multa, inter alia. Ne-

*Hebr. 9.

cesse est ergo exemplaria quidem cœlestium his mundari: ipsa autem cœlestia melioribus hostijs, quã istis. Et quid? dum Apostolus ecclesiam nostram, & synagogam patrum tanquam virum, & puerum distinxit, dicens, Quãto tempore hçres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus, &

*Sacrificium ecclesiæ infinitum distat a sacrificijs synagogæ.

actoribus est vsq; ad præfinitum tempus a patre. Ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruientes &c. nonne statum nostrum dixit excludere statum Iudæorum, sicut virilitas excludit pueritiam, & senectus iuuentutem? Ita. Quid ergo? Sicut nullus ante virum est vir, & nullus ante senectutem est senex: ita nullus ante euangelium proprie dici potuit Christianus. Paulus vbique ad idem clamat de-

*Perfectio euangelii excludit imperfectionem legis/& status euãgelii statũ legis.

sertã esse Synagogã, destitutũ populũ, aliosq; scilicet gentes, in loco Iudæorũ subrogatos, translatũ esse suũ sacerdotiũ, & legẽ. Hæc autem omnia quid volunt, nisi

*Roma. 9.

*Hebr. 7.

aliam esse ecclesiam Christianorum, aliam fuisse Synagogam Iudęorum, licet vtrobiq; fuerit idem fundamentum fidei? Augustinus adistam veritatem dixit synagogam obijsse, & cum honore ad tumulum deductã fuisse: quomodo ergo illa obijt, & tumulata est cum honore: si hęc ecclesia Christi, quę modo viuit, alia nõ est? An fortassis obijt Synagoga Iudæorum, & suscitata est in ecclesia Christianorum? Nequaquam: tum quia iam Christiani erant Apostoli, qui eam tumularunt prædicantes statum eius cessasse, viresque perdidisse: tũ quia Synagoga vt Synagoga, hoc est populus sub antiqua lege ceremonijs, & iudicijs in ecclesia Christi viuere nequit. Paulus hoc docuit, dum dixit. Si circuncidamini, Christus nihil vobis proderit: iterum. Dies obseruatis, menses, & annos. &c. Hieronymus adistam veritatem circa illud Esaiæ ad idem. Vocabitur tibi nomen nouũ, quod os domini nominauit: inquit. Quod vocabulum a nomine domini deriuauit, vt dicatur dominicum: & populus illius nequaquam veteri nomine appelletur Israel, sed nouo, id est, Christianus. Idem pro eodem circa illud eiusdem. Interficiet te dominus deus, & seruos suos vocabit nomine alio: quod alia translatio sic habet. Vos autem interficiet dominus: seruientibus autem mihi vocabitur nomen nouum: ait. Nomen autem nouum siue aliud nullum est, nisi quod ex Christi nomine deriuatur, vt nequaquam vocetur populus dei Iacob, & Iuda, & Israel, & Ephraim, & Ioseph: sed Christianus. Ambrosius ad idẽ circa illud Lucę. Pastores loquebãtur adinuicem. &c. inquit. Videte ecclesię surgentis exordiũ: Christus nascitur, & pastores vigilare cœperunt, qui gentium greges pecudum more ante viuentes, in caulã

* Synagoga obijt & cum honore deducta ad tumulum.

* Synagoga vt synagoga nõ potest viuere in ecclesia Christi.

* Hieronymus Esaiæ. 62.

* Hieronymus Esaiæ. 65.

Hoc nomẽ Christianum nouum fuit.

* Populus dei a Christi tempore Christianus vocatur.

* Lucæ. 2. Ambrosius.

domini congregarẽt: & quid multa? Alios omittamus. Ioãnes ille, quẽ diligebat Iesus, quiq; in cœna super pectus eius recubuit, & dixit. Quis est, qui tradet te? adiecit calculũ, dicens de eccl'ia Christi. Vidi ciuitatẽ sãctã Hierusalem nouam descendentẽ de cœlo, a deo paratã sicut sponsã ornatam viro suo. Nota verbũ, nouã, & vide quid clarius adistam veritatẽ dici potuit? Optime ergo asserimus. Eccl'esia Christi antiquissimũ habet fundamentũ, fidem scilicet, quę etiam ab Adã fuit: tamen ipsa prout Christiana dicitur, a Saluatore nostro in carne, & ab Apostolis eius cœpit. Dixi quosdam posuisse eccl'esiam dei cœpisse ab Adam: alios vero melius sensisse, quòd nõ Ab Adã, sed ab Abel habuerit principium: ob id tantum, q̃ eccl'esia prout eccl'esia est, non dicit solam fidem: quia sic esset inuisibilis omnino: sed addit signum aliquod exterius, in quo fides interior protestet̃, & alij homines cõuenire possint: quemadmodum eccl'esia, quæ modo est, fidem suam confitetur, & in sacramẽtis communicat signis quidem sensibilibus, vt constat: & synagoga quoque tum in circunci'sione signaculo iustitiæ fidei, tum etiam in alijs sensibilibus conueniebat. At signum tale exterius fidei interioris protestatiuum erga deum, non ab Adam, sed ab Abel in diuinis scripturis legitur: quam ob rem & si ab ipso cœperit fides, aut aliqua altior dei cognitio: tamen ab Abel dicitur cõuenientius eccl'esia cœpisse quantum ex diuinis scripturis nouimus. Porro si quis bona prę'sumptione motus dicat, etiam Adam ante Abel sacrificium, aut signum aliquod exterius habuisse, imo & filios suos offerre docuisse, non insisto: optima præsumptio est, verisimilis, & quasi certa moraliter: quod si sic fuerit, nõ est dubium,

*Apocalyp. 21.

*Eccl'esia Christi prout talis in sacra scriptura dicitur.

*Quidam dixerũt eccl'esiã simpliciter loquendo ab Adam incepisse: alii ab Abel.

*Melius videtur dixisse qui eccl'esiam nõ ab Adã sed ab Abel incepisse dixerũt, propter multa.

*Potest dici eccl'esiam ab Adã incepisse.

quin ab ipso cœperit ecclesia dei. Videat qui voluerit hanc materiam apud Augustinū in De ciuitate dei, & super illud Psalmi, Ore suo benedicebant. &c. Videat insuper apud Alexandrum de Ales: qui semper sentiūt imo expresse satis dicunt, ab Abel cœpisse ecclesiam propter multa, quæ adducunt. Si vero quæritur, quum ecclesia Christi in fide fundetur, vt dictū est: quomodo fides esse potuit antiqua de Christo, & ecclesia eius noua? Respondeo. Sicut noua domus sæpissime super antiquum fundamētum ædificatur: & reuera noua est, ꝓpter nouam formam, quā de nouo accipit.

*Psal. 61. Part. 4. q. 4. membro. 1.

Lib. 1. art. 3. cap. 14.

*Sæpe noua domus super antiquum fundamentum ædificatur

## CAP. XI.

Dictum autem illud magni patris Augustini in epistolam fundamenti, quo ait. Ego euangelio non crederē, nisi eccl'iæ me cōmoueret authoritas: optime de vtraq; ecclesia intelligi potest, de primitiua scilicet, & de illa, quæ tēpore Augustini erat. Nāq; per primitiuā euāgeliū factū est: ad quā pertinuit tota fidei Christianæ ꝓdicatio, vt mōstrauimus: ꝓ eccl'iā vero, quæ tpe Augustini erat, Augustino euāgeliū notū est. Monstretur exemplo: nā siquis nunc dicat, Ego euangelio non crederē, nisi ecclesiæ me commoueret authoritas: optime dicit de vtraque ecclesia intelligendo, & de primitiua illa, & de ista moderna. De primitiua enim: quia quum illi in suis membris tota Christiana prędicatio sit commissa: non debuit acceptari pro regula fidei, quale euangelium est, nisi quod illa ecclesia fecit, probauitque: de ista vero moderna, quia nos nescimus ista euangelia, quæ habemus, Mathæi, Marci, Lucæ, & Ioannis esse, nisi per ecclesiam, quæ modo est: quia

*Dictum Augustini de vtraque ecclesia intelligi potest.

Cap. 5.

*Augustinus in epistolam fundamenti,

*Quod de primitiua ꝓbatur.

*Quod de ista moderna etiam.

ea ab euangelistis scribi non vidimus: nec scimus ea in sua integritate esse, nisi per ecclesiã, quæ modo est: quia illa primis exemplaribus euangelistarum non comparauimus. Sic ergo quid aliud dicere possumus, nisi quod Augustinus dixit, Ego euangelium non crederem, nisi ecclesiæ me commoueret authoritas? Aut illum quæso, cui hoc non placuerit, cogitet secum, voluat libros, quærat alios, quos voluerit, & respõdeat nobis: quid est, quo scimus, ista euangelia, quæ habemus esse sanctorum euãgelistarum, & in sua prima integritate? Credo quic quid faciat, nihil aliud assignare poterit etiam doctissimus, nisi ecclesiam, quæ modo est: quia aliam nos nõ vidimus: nec alia nobis modo hoc dicit, nisi ista: quũ Apostoli nobis nunc non loquant, nec sancti doctores: a quibus vsq; ad nos non dubium, quin codices euangeliorũ corrupti ab hæreticis potuerint. Optime ergo dixit Augustinus.

*Augustinus vbi supra.

*Apostoli, prophetæ, & euãgelistæ nobis nunc nõ loquuntur nisi quatenus per suas scripturas, aut per ecclesiã.

## *Disputatio Tertia.*

*De vniuersali ecclesia per orbẽ diffusa, & vniuersali concilio ipsam repræsentante.

TErtio quoque disputari potest de vniuersali Christi ecclesia per orbem diffusa, & de vniuersali concilio rite congregato (quod vel Papam, vel Papæ potestatem includit) ipsam vniuersalem ecclesiam repræsentante. An alterũ horum in authoritate excellat, an ambo eorũ in ea sint paria? Etiam hæc grauis quæstio est, & sua disputatione digna: sed quia non est in vsu doctorum de ea tractare, nos de ipsa plura tradere non valemus. Dabimus tamen operam, vt vel quasi prælibantes quæ in ea altiora sunt, & quasi aliorum, quæ dici possent, principia tangamus. Dicimus ergo per sequentia.

CAP. I.

Hæc difficilis quæstio multas, & pro, & cõtra rationes habet: nanque & vniuersali ecclesiæ, & vniuersali concilio ipsam repręsentanti æqualiter videntur conuenire complura loca scripturarum, quæ pro authoritate veritatis faciũt. Etenim quia vtrunq; ecclesia est, vtriq; illud conuenire videtur, cui dicitur. Super hanc petrã ædificabo ecclesiam meã: & portę inferi nõ pręualebũt aduersus eam: & illud quoq;. Vbicunq; fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo: in medio eorũ sum: & illud. Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quãcunq; petierint, fiet illis a patre meo: illud etiã. Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsq; ad consummationẽ sæculi. Deinde quia ecclesia vniuersalis sponsa Christi est, cui dicitur. Tota pulchra es: cõcilium autẽ, illi sunt, pro quibus dicitur ecclesię. Pro patribus tuis nati sũt tibi filij. Sic vt sit vniuersalis ecclesia mater qui dẽ nostra: conciliũ vero vniuersale vniuersali ecclesiæ imago propinquior: & de omnibus ecclesijs catholicis, ex sacris antistitibus, & Christi sacerdotibus, quantũ in hac vita vno tempore, & vno loco conuenire possũt: similima genitura: quasi maiores filij, qui in domo matris prouidere de cunctis habeant. Ad idem est, quia in cõcilio sunt omnes illi gradus, quos Apostolus a deo optimo in ecclesia pro ea regenda positos dixit: quia sunt Apli, prophetæ, euangelistę, pastores, & doctores, & antiqui in suis scripturis, per quas hodie etiam nõbis consulunt: pastores vero & doctores moderni in suis personis: ob id ergo tanta authoritas in vniuersali concilio erit, quãta authoritas in vniuersali ecclesia est. Confirmatur hæc ratio eo quo nouimus ecclesiam vniuersalem non congregato concilio solum secundum

*Multa loca diuinarum scripturarum æqualiter videntur conuenire vtrique.

Math 16.

Math.18.

*Math.28.

*Psal.44. Ecclesia vniuersalis est materno stra: vniuersale cõcilium est eius imago, ppinquior propter gradus quos habet.

*1.Corint.12.
*Ephes.4.

*Gradus ecclesiæ in vniuersali concilio reperiuntur.

suas partes principales, maioresq; pastores scilicet, & doctores, illuminare, regere, ac gubernare cæteros admodum cœlestis Hierarchiç: in qua superiores spiritus illuminant inferiores, & illos a nescientia purgant, secũdum Dionysium. Sic autem quum in vniuersali concilio sint illi maiores, quorũ est etiam sine concilio illuminare, regere, & gubernare reliquũ corpus: tanta erit huiusmodi concilij authoritas, & potestas, quanta est vniuersalis ecclesiæ. Adidem est, quia cum in vniuersali concilio sint illi patres, per quos tota ecclesia vniuersalis regenda est, quo fit, vt ipso errante ipsa quoque errasse videatur: videtur omnino ipsum eadem dei assistentia errare non posse, qua ipsa suffulta errare nequit.

* Ecclesiã vniuersalis militans ad modũ ecclesiæ triumphãtis per partes superiores illuminat ac regit inferiores.

* Residuum ecclesiæ per concilium vniuersale stare debet.

## CAP. II.

Verũ & si illç rationes fortes sint, imo valde fortes, p æquali authoritate in vtroq; monstrãda, salua correctione eccl'iæ, & cuiusuis alterius melius sentiẽtis: magis videt dicendũ, ecclesiã vniuersalẽ p orbẽ diffusam, quoad determinãdas veritates de fide tenẽdas abundãtius dei gratiã habere, q̃ vniuersale cõciliũ ipsã repsentãs. Monstrat hç veritas: primũ quia in vniuersali ecclesia absq; dubio plures sunt illorũ graduũ, quos docuit Apostolus a Deo in eccl'ia pro ea regẽda positos, cũ non oẽs ad cõcilium cõueniãt, sed nec cõuenire possint: quo fit, vt potius magistra veritatis sit: quia Vbi multa cõsilia, ibi salus: adde. Vbi plura, magis. Deinde quia illud Saluatoris dictum de ecclesia, Portę inferi non prçualebũt aduersus eam: potius de vniuersali ecclesia, q̃ de vniuersali concilio intelligendum videtur, quum ibi de ecclesia sermo esset, quam saluator noster ædificaturus, & cuius claues Petro daturus erat: quæ vtique proprius de

* Ecclesia vniuersalis per orbem diffusa abundantiorem gratiam videtur habere quoad authoritatẽ dicendi verum, quã vniuersale concilium.

* Ephes. 4. & 1. Corint. 12.

* Matth. 16.

vniuersali ecclesia intelliguntur. Præterea illud Pauli pro ista veritate videtur, quo ecclesiam columnam & firmamētum veritatis appellat, quasi primam radicē, & vltimum resolutorium veritatis. Nanque Apostolū ibi potius de vniuersali ecclesia fuisse loquutum verba sua manifestant satis, quibus ait. Hæc tibi scribo fili Timothee, sperans me ad te venire cito: si autem tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei viui, columna & firmamentum veritatis. Ecce declarat ecclesiam, quam columnā & firmamentum veritatis dicit, dei domum esse: in qua Timotheum recte conuersari monet. Ambrosius circa hoc verbum Apostoli in suis commentarijs inquit. Cū totus mundus dei sit, ecclesia tamē domus eius dicatur, cuius hodie rector est Damasus. Et quid multa? Prohac veritate clamat illa multorum doctorum opinio, quam supra posuimus dicentem, vniuersale concilium aliqua liter, hoc est, non permanenter, sed quasi in transitu, & primo motu errare posse. Nanque hoc de vniuersali ecclesia cogitare, nedum prædicare, scelus est, & blasphemia in Christi sponsam, quam Paulus columnam & firmamentum veritatis confessus est: & quam saluator ipse dixit super petram tunc fundandam a se, aduersum quā non prçualerent portę inferi. Qui enim vniuersaliter dixit, Portę inferi non prçualebunt aduersus eā cū negatione posita prçcedēter ad verbū de futuro, nullū tēpus reliquit, in quo portę inferi aduersus ecclesiā præualere possent. Vltimo si fortassis vniuersale concilium errasset eo modo, quo nonnulli patres illud errare posse fatentur, hoc est, non permanenter, sed quasi primo motu. &c. error eius reuocabilis esset per monitiones

* 1. Timo. 3.

* Ambrosius exponit quæ sit domus dei / de qua loquebatur Paulus.

* Lib. 1. Art. 4.

* 1. Timo. 3.

* Math. 16.

* Quod multi vniuersale concilū dicunt quasi in transitu errare posse / de tota ecclesia nequa quā potest dici.

Si errauerit concilium aliqualiter/error eius p alios qui ibi non sunt corrigi potest: sed si tota ecclesia/per quos?

aliorum patrum doctorum, & piorum qui concilio non interfuerunt: in quibus interim saluabit veritas: sed si tota dei ecclesia errare aliqualiter posse cõcedat, iã error eius irreuocabilis erit via humana: & donec diuinitus corrigatur, tota in errore erit: quod est prorsus absurdũ. Donum ergo ad nõ errãdũ in rebus religionis in ecclesia vniuersali per orbem diffusa copiosius videtur esse, quantum eius error periculosior esset, & a reuocatione longior. Dixi, quoad determinandas veritates de fide tenendas: quia quoad alia, hoc est, quoad potestatem ordinis, & iurisdictionis, secus est: quũ eæ authoritates in Papa, qui in concilio vniuersali intelligitur, plenissimæ sint in gradu excellenti, vt mõstratum est supra, & mõstrabitur amplius disputatione sequenti, domino donãte. Cęterum his dictis, de authoritate vniuersaliũ conciliorũ nihil penitus infringi volumus, quã supra totis viribus diuinam esse confessi sumus: & quantũ potuimus ex diuinis scripturis, & sanctis patribus mõstrauimus: sed solummodo indicamus dei dona magis, vel minus secundum beneplacitum spiritus istis, vel illis donari.

* Potestas ordinis & iurisdictionis maior est in solo Papa/quã in toto residuo. Lib. 1. art. 3. per multa. & art. 4. p multa etiam.

* Hæc non derogant authoritati *niuersalis cõcilii quam supra diuinam esse cõfessi sumus.

*Disputatio quarta.*

* De Papa & vniuersali concilio.

QVARTO circa prędicta disputari potest, quemadmodum communiter disputatur: an vniuersale concilium sit supra Papã: an econtra Papa sit supra illud. Grauis est admodum hæc disputatio, & in qua diuersi doctores diuersimode sunt loquuti, quidam pro concilio, quidã vero pro Papa determinantes. Multa quoque fundamenta hinc inde adducta sunt: quæ omnia hic afferre longissimum esset, ac ob id fortassis tędiosum. Placet & hanc quęstionem tractare non in omnibus suis fundamentis,

ne lectoribus fastidio simus: sed in illis tantum, quæ prę aliis potiora videntur. Verū quia id nequaquā congruētius, q̄ si diuersas patrū opiniones, referamus, efficere possumus: ecce ab illorum recitatione, domino iuante, incipimus.

## CAP. I.

PRIMA igitur positio sentit, vniuersale concilium ex parte vocatorum, simpliciter, & absolute esse supra Papā: nititur aūt hanc suam assertionem monstrare ex multis. Deinde ex diuinis scripturis, quibus dicitur. Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe. &c. vsq; ibi, Dic ecclesię: quod si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus: ecce doctrinā vniuersalem Saluatoris, qua docemur, de quocunq; fratre in nos peccante, nec se se emendare volente, ecclesiæ fore denuncian dum, tāquam vero, & proprio omnium fratrum iudici. At quū Papa frater noster sit nobiscum quotidie Deo dicens. Pater noster, qui es in cœlis. &c. quūq; & ipse peccare possit, vt experientia quotidiana docet, & iura admittunt: manifestū est, q̄ & illius quoq; ecclesia verus, ac proprius iudex erit: ac ob id supra illum potestatem habet. Ad idem est, q̄ in diuinis scripturis prius reperitur ecclesiastica potestas data ecclesię absolute, & plenissime, q̄ reperiatur data Petro: quia ecclesię ante passionem domini data fuit in illis verbis. Dic ecclesię: & si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Petro autem cōcessa est post resurrectionem in illis. Pasce oues meas. Sic vero saluator dum postea Petro potestatem tribuit, potestati ecclesię minime derogauit: sed tantum hoc fecit, q̄ ecclesiā prę uenit, & ecclesiasticū principē, quem ecclesia potestate sibi tradita eligere potuit. Christus illā prę ueniēs sua authoritate

*Primum ex illis omnibus quæ pro conciliis supra posuimus/ quibus monstratum est illa diuinam authoritatem habere, art. 4.

* Math. 18.

*Multa alia fundamēta pro ista positione ponūtur infra. c. 5. & 7.

Dist. 40. c. Si Papa.

* Math. 18.

¶ Ad idē argūt quia omnes cōmunitates mādius habēt quo se ab omnibus inuasoribus/ & cōtrariis defendant: hēt a suis principib⁹ si cōtra eas aſserāt vt notat bene ſanctus Thom. in de regimine princip: quomodo ergo eccleſia hoc ius non habebit/ erga ſuū principem: q̄ ſi habet/ vtiq; ia ſupra illū eſt.

diuina inſtituit. Hoc in exēplo mōſtratur: habet enim vnaquęq; cōmunitas iure naturę, quòd ſibi poſſit principem ordinare, quo & ſynagoga olim potuit abſq; dubio ducē vnū, & ſacerdotes etiā ordinare, quorum potestas tunc temporis nullū penitus ſpirituale effectū habebat, ſed tantū ad emundationē carnis. Hoc vero nō obſtante deus optimus maximuſq; ſynagogam pręuenit, dū Moſen principatui, Aaron autē ſacerdotio prefecit. Naturalis ratio quoq; hanc eccleſiaſticam manifeſtat: quia non minus Deus optimus maximuſq; videtur prouidiſſe reipublicæ eccleſiaſticæ nobiliori quidem, regenerans genus humanum ad finem ſupernaturalem, q̄ prouiderit reipublicæ ſęculari minus nobili, generās genus humanū ad finē naturalē. Sicautē quū poſſit vnaquęque cōmunitas poteſtate naturaliter data ſibi in ſua generatione principē ſęcularē ſibi præficere, poterit ſimiliter cōmunitas eccleſiaſtica poteſtate ſibi in ſua regeneratiōe data ſupernaturaliter ſimilia facere, hoc eſt principem ſibi eligere: quod ſi poteſt, iam in ea maior poteſtas intelligitur, quēadmodum in ſęculari. Ad idē ſunt etiā concilia nonnulla vniuerſalia, quę nō obſcuris imo manifeſtis verbis, & clara ſentētia hoc volūt. Nāq; in cōcilio Cōſtan. habetur. Hęc ſācta ſynodus declarat q̄ ipſa in ſpū ſancto legitime congregata conciliū generale faciēs, & eccleſiā catholicā repręſentans, poteſtatem a Chriſto immediate habet: cui quilibet cuiuſcūq; ſtatus, vel dignitatis etiam ſi Papalis exiſtat, obedire tenetur ī his, quę pertinēt ad fidē, & extirpationē dictī ſchiſmatis, & reformationē dictę eccleſię in capite, & in membris &c. ponitur etiā ibi aliud decretū ſub his verbis. Itē declarat, q̄ quicunq;, cuiuſcūq; conditionis, ſta

Sub Ioanne. 23. anno domini. 1415. ſeſſione. 5. habita die. 6. menſis April.

tus, dignitatis, etiã si Papalis, qui mandatis, statutis, seu ordinationibus, aut prçceptis huius sacrç synodi, & cuiuscunq; alterius concilij generalis legitime congregati super prçmissis, seu ad ea pertinentibus factis, vel faciẽ disobedire cõtumaciter contempserit: nisi resipuerit, cõdignç pœnitẽtiç subijciat, & debite puniat, etiã ad alia iuris subsidia, si opus fuerit, recurrẽdo. Hçc ibi. Eadẽ sententia habita fuit in cõcilio Basilien. in quo istamet decreta resũpta fuere. At quid hac venerãdorũ concilij orũ sententia, p hac positione clarius vnquã dici potuit, aut copiosius? Ad idẽ est, q; potestas ecclesiastica non solũ finaliter ecclesiç data est, hoc est propter ecclesiã, id est ad vtilitatẽ eius cõcessa, qđ Paulus testatur dicẽs, sese potestatẽ accepisse in ædificationẽ, nõ in destructionẽ: sed etiam potestas ecclesiastica data est ecclesiæ authoritatiue, tanquã illi primo, quatenus per illã veniret ad mẽbra. Monstratur aũt hoc primo ex illo domini apud Mathçũ pro ecclesia dicto. Dic ecclesiæ, & si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus: sequitur. Amen dico vobis, quęcunq; ligaueritis super terrã, erũt ligata & in cœlo: & quæcũq; solueritis super terrã, erunt soluta & in cœlo: q̃bus verbis dñs & saluator potestatẽ eccl'iasticã eccl'iç cõtulit, seu iã collatã manifestauit, vt Hilarius, Hieronymus, Chrysostom⁹ aliq; patres testant. Secũdo ex Augustino, qui sup Ioanẽ, & alibi sçpe fatet, Petrũ, quũ claues accepit, ecclesiã significasse: vnde ibi de potestate ligãdi, & soluẽdi loquẽs dicit. Hoc Petrus cũ oibus tanquã p̃sonã gerẽs ipsius vnitatis accepit, & in sermone Apostolorũ Petri, & Pauli ait. Petrus toti⁹ eccl'iç gestabat p̃sonã, & ꝓpterea audire meruit. Tibi dabo claues regni cœlorũ. Has enĩ

*Sub Eugenio. 4. anno domini. 1431. Sessione. 2. & 18.

*. 2. Corint. 1, & 13.

*Sanctus Thomas in tractatu contra impugnãtes religionem.

*Math. 18.

Ibi etiam / Vbi cũq; fuer i duo vel tres congregati in nomine meo/ in medio eorum sum/ Paulus ad idem videtur/ qui gradus ecclesiæ in concilio reperto s dixit ad regimen ecclesiæ.

*Habetur etiam 24. q. 1. c. Quoda cunq;.

claues nō ipſe vt homo vnus, ſed vnitas accepit eccleſię.

* Thomas. 2. 2. q. 100. art. 1. ad. 7.

Quid clarius? Confirmatur hoc ex cōmuni patrū ſententia: volūt enim oēs quaſi per vnū dominiū rerum tēporaliū apud eccleſiā primo, & prçcipue eſſe: quū Papa non dominus illarū, ſed diſpenſator dicat: ſic ergo, cur nō ita erit de poteſtate quoad ſpūalia, quū & illa quoq; quoddā donum ſit a deo ꝓpter eccleſiā, & ad vtilitatē eius cōceſſū ex Apoſtolo? Et quid multa? Patres quoq; ad hāc ſententiā vidētur eſſe. Auguſtinus enim, quantum apparet, ꝓ hac poſitione ad Gloriū Eleutiū. Felicē grāmaticū de depoſitione Ciciliani Carthaginēſis epiſcopi loquēs, ait. Ecce putemus illos epiſcopos, qui Romæ iudicarunt nō bonos iudices fuiſſe: reſtabat adhuc plenarium eccleſię vniuerſale cōcilium, vbi etiam cum ipſis iudicibus cauſa poſſit agitari: vt ſi male iudicaſſe conuicti eſſent, eorū ſententiæ ſoluerētur. &c. Ecce quod cauſam ab epiſcopis Romæ iudicatam, inter quos conſtat ex eadem epiſtola Melchiadē Papam cōprehendi, Auguſtinus vult etiam ad vniuerſale concilium poſſe, imo debere deuolui iterum agitandum: hoc autem Auguſtinus non admitteret, niſi concilium eſſe ſupra Papam cognoſceret. Hieronymus ad idem conſtanter ad Euagrium epiſcopum dixit. Si authoritas quæritur, orbis maior eſt vrbe. Ecce verbum expreſſū. Gregorius quoq; authoritatē vniuerſaliū conciliorū ꝓtractans, pro ea dixit. Se & nō illa (concilia ſcilicet) deſtruit, quiſquis ꝑſumit abſoluere, quos ligāt, aut religare, quos abſoluūt. Ecce vniuerſaliter dixit, quiſqs, etiā Papā includēs: qui ſi in actis cōciliorū non poteſt, ꝓfecto iā cōciliis inferior eſt. Adidē eſt, ꝙ Anaſtaſius ſecūdus natione Romanus a multis clericis vitatus fuit, eo

2. Corint. 10. & 13.

* Epiſtola. 162.

Diſt. 93. c. Legimus.

Diſt. 15. c. Sicut.

Diſt. 19 c. Anaſtaſius.

q̄ communicasset sine concilio episcoporum, vel presbyterorum, & clericorum cunctę ecclesię catholicę diacono Thessallonicē. nomine Photino. Et quid multa adducere opus est: iura īspiciamus, & exillis inspectis quę stionem concludamus: sic ergo argumentemur. Papa non intendit in actis conciliorum: concilium vero intendit in actis Papæ: igitur Concilium est supra Papam: cō sequentia est manifesta, quia illud, & non aliud est, alterum esse supra alterum. Prima præmissa quę a logicis modernis maior vocatur, monstratur ex iuribus: nam Damasus Papa vt habetur inter epistolas diui Ambrosij, quibusdam respondendo dixit. Cum huiusmodi fuerit concilij Capuensis iudicium, vt Finitimi Bonoso, atque eius accusatoribus iudices tribuerint, aduertimus q̄ nobis iudicandi forma competere non posset. Nam si integra esset hodie synodus, recte de his, quæ vestrorū scriptorum comprehēdit series, decerneremus. Vestrū est igitur, qui hoc recepistis iudicium, sentētiam ferre: vicem enim synodi recepistis, quos ad examinandū synodus elegit: infra. Vos enim (vt scripsimus) totius synodi vice dei decernitis: nos quasi ex synodi authoritate iudicare non conuenit. Ecce Papa fatetur, se de illa causa cognoscere non posse, quam concilīū acceperat: & quibusdam iudicibus iudicandā cōmiserat. Zozimus Papa ad idem dixit. Contra statuta patrū concedere aliquid, vel mutare nec huius quidem sedis potest authoritas. Secunda vero prę̄missa, quę nūc a logicis minor appellat, ex iuribus etiā ostenditur: quia si duo contendunt de Papatu, inuniuersū concilīū est iudex, sed mittamus casū dubij, qualis est, quum de Papatu contenditur, ad certū veniamus: pro hoc sic diffinitū est in octaua synodo.

* Dist. 19. c. Anastasius.

* Epistola. 72.

* 25. q. 1. Contra statuta.

* Dist. 79. c. Si duo.

Vniuersalis synodus cũ cõuenienti reuerentia quãlibet quęstionẽ de Romana sede exortã audire tenet, & in ea pficere: non tñ audacter sententiã in Romanũ pontificem dicere. Hęc ibi: nunc quæso, Quid clarius? Vltimo ad idẽ quia supremũ tribunal in ecclesia ĩ eo debet esse, quod certissimũ est, & nunquam a vera fide deuiare cognoscitur: sed apud iura vidimus, non vnum imo plures Romanos pontifices in fide errasse: ergo non apud illos, sed apud vniuersale cõcilium, quod errare nequit, vniuersalẽ ecclesiã infallibilẽ quidẽ repsentãs huiusmodi supremũ tribunal ponendũ est. Notantur autẽ Anastasius, Marcellinus, qui postea glorioſus martyr effectus est, & Liberius, qui Arrianę perfidiæ consensisse dicitur: & vniuersaliter iura supponunt, etiã in fide errare posse sũmum pontificẽ. Quid ergo? Manifestũ est concilĩũ in casu hæresis posse agere contra Papã: nunc rogo, quomodo, nisi vt iudex, aut qua potestate, nisi ecclesiarum?

* Canone .21.

* Abulẽsis super Matth. in prol. & cap. 18. sic probauit.

Dist. 19. c. Anastasius & dist. 21. c. Nunc autem. Et ĩ historia Eusebii quæ legitur 14. die Augusti.

Dist. 40. c. 81. Papa.

## CAP. II.

Secunda autem positio patrum prorsus in contrariũ dicit, Papã esse supra vniuersale cõcilium simpliciter & absolute loquendo. Ad istam veritatem sunt omnia illa loca diuinarũ scripturarũ, omnia concilia vniuersalia, omniaq; sanctorũ patrum dicta, quę supra pro primatu Petri, & Romanorũ pontificum Petri successorũ posita sunt: quibus omnibus monstratũ est, ipsos habuisse habereque hodie supremam potestatem sibi a Christo traditam super omnes fideles: qua profecto non potest imaginari maior, quæ in concilio esse dicatur. Alias enim iam Papæ potestas non esset suprema, neque pleniſſi-

Lib. 1. art. 3. & 4. Per multa.

ma: quod dici nequaquã potest, vt monstrauimus. Ad idem est, quod in diuinis scripturis prius omnino potestas ecclesiastica in sua plenitudine Petro promissa est, q̃ de illa ecclesiæ mentio aliqua fieret: quum Petro fuerit promissa, quando venit Iesus in partes Cesareæ Philippi, & interrogauit discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? de ecclesia autem nihil tunc, sed postea quum venissent Capharnaũ, & post solutionem didrachmæ. Si autem quicquid postea dixisset dominus ecclesię, intelligendum est, salua primatia Petro iã promissa in plenitudine potestatis. Ad idem etiam, q̃ & illa verba domini ecclesiã nominãtia apud Mathçũ, Dic ecclesiç, q̃ si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus: non indicãt ecclesiã vt ecclesia est: sed prælatos ecclesiæ, quibus quotiens opus fuerit, de criminosis fratribus denunciari potest: illa vero verba domini, Tibi dabo claues regni cœlorum: quodcunq; ligaueris, erit ligatum, & quodcunque solueris, erit solutum: soli Petro manifeste dicta sunt, cũ quo tunc dominus loquebatur. Ad idem sunt multa, & veneranda vniuersalia cõciliain suis determinationibus manifestis. Nam concilium Florentinum, quod ex occidẽtali, & orientali ecclesia simul congregatum est, sub his verbis determinauit. Diffinimus sanctam Apostolicam sedem, & Romanum pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Romanum pontificẽ successorem esse beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrẽ, ac doctorem existere: & ipsi in beato Petro pascẽdi, regẽdi, & gubernãdi vniuersalẽ ecclesiã a dño nostro Ihũ Chto plenã potestatẽ

Ibidẽ per eadẽ.

*Math.16.

*Math.18.

*Math.18.

* Sic Thom. 4. sent. dist. 19. & multi alii / imo omnes vt infrã patebit. c.8.

*Math.16.

* Sub Eugenio quarto.

traditam esse. Concilium Lateranense quoq; ad idē dixit. Quum etiam solum Romanum pontificem pro tē pore existentem, tanquam authoritatem supra omnia concilia habentem conciliorum indicendorum, transferendorum, ac dissoluendorum plenum ius, & potestatē habere, nedum ex sacræ scripturæ testimonio, dictis sāctorum patrum, ac aliorum Romanorum pontificum, sacrorum q; canonum decretis; sed propria etiam eorūdem conciliorum confessione manifeste cōstet. &c. Cōcilium Constantiense tandem determinauit ad idē, q̄ Papa sit proximus, & immediatus vicarius Christi, & Apostolorum: quibus verbis docuit, nō esse in terris potestatem aliquā maiorē potestate Papæ: nā si sic, iā quicam haberet, magis q̄ Papa, Christo īmediatior esset: quod ipsum cōcilium in hac sua determinatione negat, qua Papam esse proximū, & immediatū Christo affirmat. Martinus quintus ad idem testatus est, q̄ Papa habet supremam potestatem in ecclesia dei. Innocentius Tertius pro eodem in concilio generali fatetur, Romanum pontificem plenitudinem obtinere potestatis. Idē pro eodem præposito, & capitulo Cameracen. dixit, se Romanum scilicet pontificem, qui tunc erat, secūdum plenitudinem potestatis de iure posse supra ius dispensare. Paschalis Papa ad idem contra quosdam eum notātes, eo q; a Panormitano archiepiscopo in collatione pallij iuramentum fidelitatis, & obedientiæ exigeret, addu centes q; quòd id non fuerit in conciliis statutum, dixit. Aiunt in conciliis statutum non inueniri, quasi Romanę ecclesiæ legem concilia vlla prçfixerint: cum omnia cōcilia per Romanę ecclesię authoritatem, & facta sint, & robur acceperint; & in eorum statutis Romani pontifi-

¶ Sub Leone decimo.

¶ In concilio Cōstantiensi.

✱ Extra De pœnitētiis & remissionibus. c. Cum ex eo.

De concessione præbēdæ. c. Proposuit.

De elect. & elect. Potest. c. Significasti.

cis patēter excipiatur authoritas. Ecce quam plures, & quam plures Romani pontifices, & vniuersalia concilia dixerūt, Papam habere plenam omnino potestatē, quæ necessario in omnibus statutis conciliorū, tanquā domina, & suprema, cui nulla lex præfigi possit, intelligatur excepta. Quid clarius? Gregorius Decimus in cōcilio generali Lugduneñ. ad idem Cardinales Romanum pontificem eligentes obtestatur dicens. Cardinales eosdem, obsecrantes per viscera misericordiæ dei nostri, per aspersionem sui precioſi sanguinis obtestamur, vt pensantes attētius quid eis imminet, cum agitur de creatione vicarij Iesu Christi successoris Petri, rectoris vniuersalis ecclesiæ, gregis dominici directoris. &c. O pulchra verba, imo ad propositū pulcherrima, quibus in illo sacro venerandoq; vniuersali concilio dicitur Romanum pontificem esse vicarium Iesu Christi successorem Petri, rectorem vniuersalis ecclesię, & gregis dominici directorem. Quęso vicarius Iesu Christi, cui nisi Christo, cuius vicarius est, inferior dicipotest, & rector vniuersalis ecclīæ, cui nisi Christo, qui supra vniuersalē ecclesiā est, inferior erit? Audacter sed vere dico. Nullinā sicut rector parrochię i potestate maior est illa, vt cōstat: rector episcopatus in potestate maior est illo: & rector archiepatus, in potestate maior est illo: ac similiter rector vniuersalis ecclesię in potestate maior est illa. Ad idem est præterea, & si potestas ecclesiastica finaliter, primo data est ecclesiæ: quia propter bonū ecclesiæ instituta est: sicut saluator noster propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto, & homo factus est, ex Maria virgine:

Et quis nō videt quā cōmuniter iura tradunt Romanam sedē omnes iudicare? ipsam autē a nemine nec a toto clero iudicari 9. q. 3. Nemo. & ibi quoque. c. Aliorum &c. Cuncta per mundum. *De elect. lib. 6. c. Vbi periculū. * Bene notauit Glo. in. c. Sunt quidam. 25. q. 1. Papam dispensare posse in statu vniuersalium cōciliorum: sicut fecit Innocentius extra. de cens. & affirmō debet.

Generalis Christi vicarius non nisi Christo inferior est.

*Potestas ecclesiastica finaliter data est ecclesiæ hoc est propter ecclesiā data est.

tamen authoritatiue nequaquam toti ecclesiæ data est primo, vt sic per illã veniret ad partes: imo econtra authoritatiue primo data est partibus, vt per partes esset in ecclesia. At sic iam vniuersale concilium non habet authoritatem ecclesiasticam, quia ecclesiam repræsentat: sed tantum quia in eo illæ partes ecclesiæ sunt, quibus primo ecclesiastica potestas data est authoritatiue. Tunc autem quid? Vtique potestas Papę manet maior, quum sit ipse super omnes alios de concilio: verum quòd potestas ecclesiastica nequaquam fuerit data toti ecclesiæ primo authoritatiue, vt ecclesia illam haberet, & illam ad membra deriuaret, mõstratur: tum quia maior pars ecclesiæ non est capax huiusmodi potestatis: quia non fœminæ, nec laici, vt est notum: tum quia sancti patres omnes quotquot fuerunt, eam in ecclesia per sacerdotes esse senserunt, & nobis suis posteris in scriptis reliquerũt. Sic tota schola clamat: sic etiam decreta docent: quibus dicitur, ♆ ius ligandi atque soluendi solis sacerdotibus permissum est: sic venerabilis Beda, & Hugo de sancto victore in libro de sacramentis dicunt, quod cum ecclesia duos complectatur ordines scilicet laicos, & clericos, quasi duo latera corporis vnius, maior pars scilicet laicorum est inhabilis, siue incapax iurisdictionis ecclesiasticæ. Ad idem Symmachus Simplicius Papa in syno do residens protestatur, quòd laicis personis nulla facultas data est de disponendis ecclesiasticis officijs, sub his verbis. Ne in exemplum remaneret præsumendi quibuslibet laicis, quanuis religiosis, vel potentibus in quacunq; ciuitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus; quarũ solis sacerdotibus dispo

* potestas ecclesiastica authoritatiue data est partibus ecclesiæ, hoc est primo data est personis tanquã subiectis, quatenus per personas esset in ecclesia, sicut donum prophetiæ, & donã linguarum &c.

* 4. sent. dist. 19.
* De pœnitentia dist. 1. c.

Super Lucam. Part. 2.

* Dist. 16. c. Bene quidem.

nendi indiscussè a Deo Optimo Maximo cura commissa docetur. Paulus quoque idem docuit, quando fœminas in Ecclesia loqui non permisit: nam quomodo illas ad actus iurisdictionis ecclesiasticæ admitteret, qui eis vel actum ipsum loquendi in ecclesia interdicebat? Aut quomodo potestas ecclesiastica conceditur data authoritatiue primo toti Ecclesiæ, vt per Ecclesiã veniret ad membra: si actus talis potestatis toti Ecclesiæ, vt Ecclesia est, repugnat? Quæris, quis actus illius toti Ecclesię, vt Ecclesia est, repugnat? Respondeo, actus audiendi confessiones priuatas in foro animæ: nonne iste actus ecclesiasticæ potestatis est? Ita. Nonne ipsi, & secreto ei debito a tota Ecclesia, vt Ecclesia est, fieri repugnat? Vtique. Quid ergo? Proculdubio non potest dici, q̃ ecclesiastica potestas toti ecclesiæ, vt ecclesia est, primo data sit authoritatiue. Iam si notãt alij patres nonnullos Romanos pontifices errasse: quomodo nõ vidẽt quot cõcilia olim de errore notata fuerint? Dixerint fortassis. Quę? Respondetur. Vuiclet. hęreticus notauit concilium Arminẽse, & cõciliũ Nicenũ Thraciæ. Vualdẽsis notauit cõciliũ Ariminẽs. sub Tauro prçfecto, & Constantinopolitanum sub Iustiniano minore tempore Sergij Papę. Siluester & quidam alij notarunt concilium Aquisgranense. Sic autẽ quomodo non vident, quòd quẽadmodum vna positio respõdere potest pro concilio, ita alia respondere poterit pro Papa? Et quid Cardinalis de turre cremata in sua summa de ecclesia notauit conciliũ Cõstantiẽ. & Basilien.

1. Corint. 14.

* Quidam actus ecclesiasticæ potestatis nequit fieri a tota ecclesia.

æ Nonnulla concilia vniuersalia quoque de errore notantur.

* Apud Vualdẽsẽ in suo doctrinali fidei tom. 1. lib. 2. art. 2. cap. 26.

Ibi cap. 19. In summa verbi Concilium, §. 2.

Lib. 2.

## CAP. III.

Istæ sunt illæ duæ famosæ positiones, quę de hac graui quæstione circa Papam, atque vniuersale conci-

lium motà tractari solent: ista sunt sua, vel omnia, vel præcipua fundamenta. Tenuit primam Ioannes Gerson Cancellarius Parisiensis, qui dicto concilio Constantiensi interfuit, & pro illius, & omnium vniuersalium conciliorum multa adduxit: tenuit illam etiam Abulensis incunctanter confitens supremũ tribunal in ecclesia esse, asserens tandem concilium esse quod nomine ecclesiæ proprie intelligitur, cum dicitur ecclesiam non posse errare: tenuit illam quoque Ioannes Driedonis in de ecclesiasticis scripturis, & varijs dogmatibus probans eam primo doctrina Christi, qua dixit. Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te, & ipsum solum, & reliqua, vsque in eo loco vnde dicitur. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Vbi Christus videtur inquit apud ecclesiam posuisse vltimũ, & supremum iudiciariç potestatis tribunal, etiam pro Papa a fide deficiente, aut scandalose viuente corrigendo: qui etiam frater est, & mẽbrum in corpore Christi. Secundo probat authoritate concilij Constantiensis afferens eius determinationem supra positam. Tenuerunt illam insuper quidam magistri nouelli, qui Basileç fuere, dicentes potestatem ecclesiasticam in sua plenitudine esse in ecclesia, siue in vniuersali concilio eam repręsentante sicut in subiecto administrante ac exercente: sic vt vniuersali ecclesiæ, quæ dicitur collectio omnium fidelium in omnibus membris suis coniunctis, data sit ipsa potestas clauium in plenitudine: quemadmodum si dicamus q̃ vni collegio data sit aliqua authoritas iurisdictionis exercendæ, vel electionis celebrandæ.

Secundam vero positionem tenuit sanctus Thomas

Prima parte suorum operum per multa.

* In suo prol. super Math. q. & 18. c. eiusdẽ lib. q. 108. & in suo defensorio.

Lib. 4 cap. 4. aliquantulum ante finem.

* Quidam magistri nouelli Basilienses adducẽtes p̃ ea illud Deut. 17. Si ambiguum aut difficile &c. & illud Vbicunque fuerint duo / vel tres congregati in nomine meo / in medio eorum sum.

in multis locis, asserens tandem Romanum pontificem principem esse ecclesiæ Christi vicarium cum plenitudine potestatis: cui soli conueniat concilia vniuersalia congregare, eorum gesta sua authoritate confirmare, symbolum ædere, & nouos aut nouiter articulos fidei, quotiens opus fuerit, declarare primo, & principaliter. Hanc secundam positionem post Thomam tenuit Cardinalis de Turre cremata in sua summa de ecclesia per multa admodum, imo ferme per totum, adducens & soluens omnia fundamenta primæ positionis: istam tenuit etiam Cardinalis Caietanus, in quodam opusculo suo speciali de authoritate Papæ, & concilij edito: & in commētarijs suis super sanctum Thomā. Istam tenet quoque bonus ille & doctus vir Siluester de Prierio in summa: & istam tenent cōmuniter, & vbique Canonistæ circa illa loca iuris, quæ supra ad hanc secundam positionem adducta sunt, & multa alia, quæ adduci potuerunt.

In tract. contra impugnantes religionem tract. contra errores Græcorū. c. 66. 2.2. q. 1. art. 10. & q. 11. art. 2. ad. 3. Quol. 1. art. 13. & 4. dist. dist. 19.

Signanter lib. 2. c. 5. 27. 35. & 36. & lib. 3. c. 28. & 32. & lib. 2. c. 70. & 72. & 71. & lib. 3. c. 30. & 31.

In cap. 6. & 7. 2.2. q. 1. art. 10. verb. Concilium & verb. Papa.

## CAP. IIII.

NOS vero determinantes inter tot, ac tanta ingenia præclara, quid hic aliud dicere possumus, nisi quod iam supra aliqualiter dicere cœpimus? duo scilicet. Alterum, quod Papa est Christi vicarius generalis cum plenitudine potestatis, Petri successor, & vniuersalis ecclesiæ pastor ac rector: in quo est supremum tribunal ecclesiasticum quoad potestatem ordinis, & iurisdictionis supra omnes & singulos de ecclesia simpliciter & absolute loquendo. Alterum, quòd vniuersale concilium est quidem repræsentatiuum vniuersalis ecclesiæ tanquam prima, & similima sua genitura gra-

Lib. 1. Art. 3. & 4.

Papa habet supremū tribunal potestatis / ordinis / & iurisdictionis.

Conciliatio duarum positionum præcedentium.

dus suos, & status ecclesiasticos distinctos habens, in quo est supremum tribunal luminis quoad potestatem seu authoritatem inueniendi, dicendiq; verum ad religionem pertinens fidei, aut morum. Addamus his duobus tertium, quod euidēter sequitur ex illis, & dicamus. Papa & concilīū habent se sicut excedens & excessum inuicem: monstratur, quia Papa excedit in potestate iurisdictionis: concilium autem excedit in authoritate luminis: concilium sua authoritate inuenit, quid credendum, & quid faciendum est: Papa vero sua potestate illud inuentum præcipit obseruari. Exemplū est manifestum a regno sęculari sumptū, in quo rex quidē habet supremum tribunal potestatis, regiminisq;: senatus aūt habet supremū lumen, quo agēda, aut vitanda indicat omnino sine præiudicio regiæ potestatis. Vera dico, aliter dicere nequeunt, qui in ecclesia dei statum monarchicū in Petro, & in successoribus Petri in Petro a Christo Iesu Benedicto institutum saluare volunt: in quo suprema potestas residet apud vnum. Non sum primus, qui hanc distinctionem iurisdictionis Papę, & luminis concilij adduco: quia Gratianus longe ante nos eam docuit, dū dixit, qualiter decretales epistolæ in aliquo excedant expositiones sacras patrum, qualiterq; ab illis excedantur propter maiorem potestatem Papæ, & propter maiorem sciētiam doctorum, dicens, Decretales itaque epistolæ canonibus conciliorum pari iure exæquantur. Nunc autem quæritur de expositionibus sacræ scripturæ, an exęquentur, an subijciantur eis? quo enim quisque magis ratione nititur, eo maioris authoritatis eius verba esse videntur. Plurimi autem tractatorum, sicut pleniori gratia sancti spiritus, ita ampli-

* Vniuersale cōcilium habet supremum tribunal veritatis, & luminis.

* Differentia Papæ & vniuersalis concilii.

* Pulchrum exēplū quadhoc.

Gratianus. Dist. 20. c. Decretales.

oris scientia aliis præcellentes, rationi magis adhæsisse probantur. Vnde nonnullorum pontificum constitutis, Augustini, Hieronymi, atque aliorum tractatorum dicta videntur esse præferenda. Sed aliud est causis terminum imponere, aliud scripturas sacras diligenter exponere. In negocijs definiendis non solum est necessaria scientia, sed etiam potestas: vnde Christus dicturus Petro, Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. &c. prius dedit sibi claues regni cœlorum. In altera dedit ei scientiam discernendi inter lepram & lepram: in altera dans sibi potestatem eijciendi aliquos ab ecclesia, vel recipiendi. Cum ergo quælibet negocia finem accipiant, vel in absolutione innocẽtium, vel in condemnatione delinquentium: absolutio vero, vel condemnatio non scientiam tantum, sed etiã potestatem præsidentium desideret: apparet, q̃ diuinarum tractatores scripturarum & si scientia põtificibus prçemineant, tamen quia dignitatis eorum apicem nõ sunt adepti, in sacrarum quidem scripturarum expositionibus eis præponuntur: in causis vero definiendis secundum post eos locum merentur. Hæc ille. Sunt etiã verba ista ad propositum: quia cõcilium sine Papa quid repręsentat, nisi corpus acephalũ? aut quid est, nisi quædam congregatio patrum? Concilium autem cum Papa quid aliam potestatem iurisdictionis immediate a deo tunc expectat, quum Papam includat, in quo huiusmodi potestas plenissime est tanquam in vero principe monarchico ecclesiæ? Ecce ergo quomodo illas duas positiones conciliamus: & quid ex prima, & quid ex secunda cum authoribus earum accipimus, quãtum modo occurrit, dicendum istam conciliationem Glosæ

Doctores in expositione/pastores i præceptione: excedunt ergo & excedunt: quia doctores illuminant / pastores vero imperant.

*Tractatores diuinarum scripturarum in earum expositionibus põtificibus præponuntur: in causis vero definiẽdis pontifices eis præeminent / & principem locum tenent.

*De hoc supra. lib. 1. art. 4.

Decretorum, quæ cum sæpe teneat Papam esse supremum in ecclesia dei, etiam supra vniuersale concilium, dicit tamen Papam teneri requirere episcoporum concilium, vbi de fide agitur: & tunc quoad discretiuum iudicium concilium maius est Papa. Archi. ap probat istam glosam, & dicit. Periculosum esset fidem nostram committere arbitrio vnius hominis.

In c. Anastasius. Dist. 1.

## CAP. V.

Aut Quæso, cui non erit gloria sic de Romano Pontifice sentire, Christi vicario generali, Petri successore, vniuersalis ecclesiæ rectore, omnium q; fidelium pastore in plenitudine potestatis? Cui Diuus Bernardus in Eugenio Papa dixit, Tu quis es? Tu sacerdos magnus, Pontifex summus, Princeps episcoporum, Hæres apostolorum, Primatu Abel, Gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchisedech, Dignitate Aarō, Authoritate Moses, Iudicatu Samuel, Potestate Petrus Vnctione Christus. Hæc Bernardus. De quo in Petro Chrysostomus ait: Petrus a filio super omne quod est filij potestatem accepit, non vt Moses in gente vna, sed in vniuerso orbe. De quo in Damaso Hieronymus dixit. Hæc est fides Papa beatissime, quam in catholica didicimus ecclesia, quamq; semper tenuimus: in qua si minus perite, aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus a te, qui Petri sedem, & fidem tenes. Si autem hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunque me culpare voluerit, se imperitum, vel maleuolum, vel etiam non catholicū sed hæreticum comprobabit. Hæc ille. De quo etiam

*Bernardus De consideratione. lib. 2.
*Descriptio optima Papæ.

Chrysostomus. Super Math. c. 16. & super acta Apostolorum & in lib. De sacerdotio.
Hieronymus. 24. q. 1. c. Hæc ē fides.

Ambrosius in commentarijs circa illud Apostoli, vt sci as quemadmodum oporteat te in domo dei conuersari: in eodem Damaso inquit. Vt cum totus mundus dei sit, ecclesia tamen domus eius dicatur: cuius hodie rector est Damasus. Hæc Ambrosius. Aut Quæso, cui non erit gloria cum illis antiquissimis concilijs vniuersalibus Niceno inquam omnium huiusmodi conciliorum citra Apostolos primo, & cum multis alijs, quos supra memorauimus pro Romano pontifice supra omnia concilia sentire: quæ eidem in authoritate conuocandorum conciliorum, & finiendarum quæstionum maiorum ecclesiæ diuino iure victa detulerunt? A quo etiam concilia omnia, quæ hactenus fuerunt, confirmari petierunt, roburque acceperunt: quod discurrendo per singula facile est videre. Nanque patres Concilij Niceni primi, & venerandissimi ad idem Siluestro Papæ sic scripserunt dicentes. Beatissimo episcopo vrbis Romæ cum omni reuerentia colendo Siluestro Osius episcopus prouincię Hispanię, ciuitatis Cordubēsis, & Macharius episcopus ecclię Cōstātinopolitanę, & Victor, & Vincētius p̄sbyteri ordinati ex directione vrbis Romæ, & cæteri coepiscopi trecētorum decem & octo in domino salutem. Quoniam omnia corroborata de diuinis mysterijs ecclesiasticæ vtilitatis, quæ ad robur pertinent sanctæ ecclesiæ catholicæ & apostolicæ ad sedem tuam Romanam explanata, & de græco in latinum redacta scribere confitemur. Nunc itaque ad vestræ sedis argumentum occurrimus roborari: infra. Quicquid statuimus in Niceno cōcilio precamur, vt vestri oris consortio roboretur. Hæc illi: quibus Papa sic rescripsit. Syluester episcopus catholicæ, & apostolicæ sedis præsul vrbis

Ambrosius. *1. Timo. 3.

*Lib. 1. Art. 3. & 4. Dist. 17. & 24. q. 1. per multa: & Dist. 96. c. Bene. & 3. q. 6. c. Leges.

* Vniuersalia cōcilia quæ hactenus fuere, a Papa confirmari petiere.

Precatio Niceni concilii.

*Responsio Papæ.

Romæ quicquid in Nicena Ilichina constitutum ad robur sanctæ matris ecclesiæ catholicæ & Apostolicæ a sanctis sacerdotibus trecentis decem & octo, nostro ore consortes firmamus: omnes qui ausi fuerint dissoluere diffinitionem sancti magni concilij, quod apud Nicenam congregatum est sub presentia pijssimi, & venerandi principis Constantini Augusti, anathematizamus & cætera. Quid clarius ad idem, aut manifestius, tam ex vniuersali illo & venerando concilio Niceno primo petente, quàm ex Papa respondente pro hac veritate haberi vnquam potuit? Ad idem est etiam Ephesinum concilium, in quo beatus Cyrillus, & Archadius episcopus ex Italia vice Celestini Papæ præfuerunt: & ipsius venerandi concilij vniuersalis gesta Apostolica authoritate roborauerunt: vnde imperator Theodosius iunior ad perfectionem diuinitus statutorum petijt Apostolicę cathedræ apponi confirmationem, vt sic tanquam a beato Petro facta veneremur. Patres concilij vniuersalis Calcedonensis ad idem Papæ sic scripserunt. Nouimus quicquid rectitudinis a filijs fit, ad patres recurrit, facientes hoc quasi proprium sibi: infra. Vt autem cognoscatis, quia nihil donãdo cuilibet gratiam fecimus, aut per iniustitiam aduersando: sed nutu gubernante diuino omnium gestorum vim vobis insinuamus ad probationẽ vestrę syncerităţis: & ad eorum quæ a nobis gesta sunt firmitatem & cætera. Imperatores etiam Valẽtinus, & Martianus pro confirmatione eiusdem synodi precati sunt dicentes. Miramur permaxime synodum Celcedonensem, & literas venerabilium episcoporum, quę ad tuam de eo amicitiam missæ sunt: per quas omnia, quæ

Aymarus refert i lib. de synodis.

*Hoc ex gestis eiusdem synodi habetur.

*Precatio synodi Calcedonen. ad Papam.

*Valentinus & Martianus imperatores idẽ omnino petunt a Papa pro confirmatione.

ipso facta sunt, nobis nunciarunt: nequaquam a tua sanctitate tales literæ missæ sunt, quæ videlicet in sanctissimis ecclesijs lectæ in notitiam omnium deuenirent: quod quorundam animabus, quæ prauam adhuc opinionem sectantur, ambiguitatem immisit: vtrum scilicet tua beatitudo, quæ in sancta synodo edita sunt, confirmauerit, & propter hæc tua reuerentia literas mittere dignetur, per quas in omnibus ecclesijs, & episcopis nota sint vniuersa, quę in sancta synodo gesta sunt a tua beatitudine confirmata. Leo Papa pro confirmatione gestorum in sexta synodo vniuersali ad pijssimum Constantinum ad hunc modum scripsit. Hanc ergo rectæ, atque Apostolicæ traditionis normam prædecessor meus Agapto Apostolicę memoriç Papa cum sua synodo prędicauit: hanc scriptis prçcurrentibus in suæ suggestionis pagina vestrę pietati per suos legatos misit, approbans, & confirmans testimonijs sanctorum, ac probabilium doctorum: quã sancta nunc magna synodus susceptt, & in omnibus nobiscum complexa est, vt pote beati Petri Apostolorũ principis synceram doctrinam in ea cognoscens: infra. Et quia diffinitionem rectæ fidei, vt dictum est, prędicauit: quam & Apostolica sedes beati Petri Apostoli, cuius licet impares ministerio fungimur, veneramur susceptis. Idcirco & nos, & per nostrum officium hçc veneranda sedes Apostolica concorditer, & vnanimiter quç diffinita sunt ab ea consentit, & beati Petri authoritate cõfirmat. Tarasius ecclesiç Constãtinopolitanç prçsul pro confirmatione septimę synodi apud Nicenam celebratç totum processum eiusdem Papę, vt nos erat, retulit: quatenus Romanus pon-

cõfirmatio sextæ synodi.

*Precatio septimæ synodi pro confirmatione.

tifex ipsum concilium sua authoritate firmaret. Et quid multa sigillatim refero? quando omnia, quæ hactenus celebrata sunt concilia rite & recte congregata ac ad finem vsque cum honore Dei, & Christiana pace deducta hoc idem semper obseruarunt? Sic oportere fieri nouit concilium Romæ habitum tempore Symmachi Papæ: sic etiam ab omnibus obseruandum fore suo catholico exemplo imperator Iustinianus docuit. Vltimo ad idem est, q̃ etiam concilia illa, scilicet Constantien. & Basilien. quæ pro authoritate conciliorum supra Papam posita sunt, ad primam positionem hanc eandem nostram veritatem manifestant. Nanq; concilium Constantien. cum plenarium esset, & ex omnibus obedientijs integratum, supplicasse legitur Martino Papæ quinto, vt decreta eiusdem concilij dignaretur sua authoritate roborare, & confirmare. Concilij quoque Basilien. ab Eugenio obtinere voluit, vt ipsius gesta approbaret, sed non obtinuit. Nunc quæso, si ista duo concilia Constantiense, & Basiliense se se habere potestatem a Deo immediate supra Papam credebant, vt dicebant: ad quid postea sua decreta Papæ authoritate confirmari volebant? Nam quàm nihil valeat minor potestas in superiorem, nec benedicendo, nec iurisdictionem exercẽdo: & iura docent, & naturalis ratio manifestat.

Dist. 96. c. Bene.

C. De sum. trin. & fid. ca.

Dist. 21. c. Denich & dist. 95. Presbyter. ff. de offi. procon. l. vlt.

## CAP. VI.

Ponuntur rationes quorundã magistrorum Basilienſium quib⁹ probabant concilium e. se supra Papam.

IAM nunc videamus, quibus authoritatibus, quibusue rationibus magistri illi nouelli Basilienses suam opinionẽ probarunt: qua dixerunt, vniuersale concilij habere immediatã potestatem a Christo tantam, & tã plenam, vt ei omnis fidelis cuiuscunq; status sit, aut

prçeminentiç, etiam si Papalis, obedire teneatur. Videa mus inquam quibus locis id nitantur efficere, vt & illis quoad poterimus domino donante respondeamus. Argumẽtant igitur ad illud. Primo ex illo veteris testamẽ ti. Si difficile, & ambiguũ apud te iudiciũ esse prospexe ris inter sanguinẽ & sanguinẽ, causã & causã, leprã & nõ leprã, & iudicum intra portas tuas videris verba vari ari: surge ad locum quẽ elegerit dominus deus tuus, venies; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicẽ, qui fuerit illo tempore, quçres; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quæcunq; dixerint tibi, qui præsunt loco, quẽ elegerit dominus deus tuus, & docue rint te iuxta legem eius: sequeris; sentẽtiã eorum, nec declinabis ad dexteram, neq; ad sinistram: ex quo argu unt, q; generale concilium in loco, quem elegerit domi nus, audiendum quoq; sit tanquam diuinam authorita tẽ habens immediate. Vnde & glo. circa illa verba tex tus dicit. Hoc quoq; in ecclesia seruãdum est. Secundo quia saluator noster dixit Apostolis in plurali, & quasi ecclesiam facientibus. Quæcunq; ligaueritis super ter ram, erunt ligata & in cœlo. &c. quibus verbis videtur eorum collegio immediatam potestatem tribuisse iuris dictionis: quamobrem quum Apostolis succedant episcopi, ex quorum congregatione fit vniuersale concilii, videtur q; & illud immediatam potestatẽ habeat a deo. Tertio quia dicitur. Vbi fuerint duo, vel tres congrega ti in nomine meo, in medio eorum sum: quibus verbis videtur, q; a Christo præsente habeat concilium pote statem immediate, & non a Papa. Quarto quia Apostolis pluraliter, & quasi in communi, seu quasi cõmunitati eorum dictum est. Accipite spiritũ sanctum: quorũ

*Deut. 17. Primũ argũ mentum.

Secundum argumentum. *Math. 18.

Tertiũ argumentum. *Math. 18.

Quartum argumentum.

remiſeritis peccata, remittũtur eis.&c. ex quo videtur, q̃ & epiſcopi dum conciliũ faciunt, quòd Apoſtolorũ collegiũ repręſentat, immediatam poteſtatẽ accipiant a Deo. Quinto quia octaua ſynodus, quaſi immediatã poteſtatem haberet, nomine ſuo dãnauit Fotiũ, dicẽs. Hoc aũt nolentem intelligere Fotium, vt bene ageret, ſed inobedientem, & reſiſtentem huic vniuerſali ſyno do repulimus, & anathematizauimus, atq; a tota catho lica & apoſtolica eccleſiã fecimus alienum per datam no bis poteſtatem in ſpiritu ſancto a primo, & magno pon tifice noſtro, & deo liberatore, & ſaluatore cunctorum. Ex quo quũ concilium dixiſſet ſeſe poteſtatem habere a Chriſto, arguũt q̃ illa ſit immediata. Sexto argumen tantur ex determinatione concilij Conſtantienſis: & potuerunt ſimiliter argumentari ex cõcilio Baſilienſi: ex quibus habetur expreſſe, quòd vniuerſale conciliũ habeat a deo ĩmediate ſupremã poteſtatem, etiã ſupra Papã. Septimo procedũt ab inconuenienti: quia ſi Papa mortuo naturaliter, ſiue ciuiliter, aut legitima cauſa re-nũciãte, vel a Barbaris capto ſine ſpe relaxationis, ſiue a tyrãnis in exilium relegato ſine ſpe liberationis, eccle ſia non haberet poteſtatem immediate a Chriſto ante creationem Papæ: non videretur q̃ ſapientiſſimus le-giſlator ſufficienter prouidiſſet eccleſiæ ſuę: quod vide tur abſurdum: ergo ſequitur, q̃ neceſſarium ſit dicere, q̃ vniuerſalis eccleſia habeat poteſtatem immediate a Chriſto, cui omnes obedire teneantur.

Quintum argumentum. Decretum octauæ ſynodi.

Sextum argumẽtum. Decreta concilio rũ Cõſtantien. & Baſilien.

Septima ratio quæ eſt ſuus Achilles. Septimum argumentum.

## CAP. VII.

Reſpondentes ad iſta omnia illorum magiſtrorum argumẽta per ſingula, dicimus. Ad primum. Nihil valet, tũ quia illud iudiciale erat, vt conſtat; vnde vim per

Ponuntur reſponſiones ad argumẽta illorum magiſtrorum.

didit, quia translato sacerdotio, necesse est, vt & legis trãslatio fiat, Paulo teste: tum quia siquicquam valeret, pro nobis faceret: quia illa sententia per sacerdotes Leuitici generis data in loco electo a deo, vim suã maiorẽ, robur, atq; vigor ẽ ineuitabilẽ habebat primũ, & principaliter, prout a sũmo sacerdote erat, qui cũ aliis quasi cum assessoribus, iudicabat: quod & verba ipsius textus sequentia manifestant, quibus dicitur, Qui autẽ superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tẽpore administrat domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille &c. Ecce q; inobediens sententiæ illi occidi iubetur, eo solum q; noluerit obedire sacerdotis, qui domino ministrabat, imperio. Quid clarius? Optime iura ad istum sensum illum exponunt: indicant q; de Romano pontifice nunc fore intelligendum. Ad secundum. Nihil efficit, quia cum Apostoli tunc non conuenissent, vt quasi concilium aliquid determinarent, vt satis super q; constat: potestas tunc sibi data, nequaquã vt cõmunitati, sed vt talibus personis illis concessa est. Vnde & singuli seorsum existentes suas sententias ex hoc verbo ratas credebant: quod non esset, si dominus in illis verbis ipsis, non vt singulis, sed vt communitati loquutus fuisset: quia potestas data communitati, vt cõmunitas est, non extenditur ad singulos de communitate seorsum intellectos, & vt singuli sunt. Patres in isto sẽsu illum locum interpretati sunt etiam, Chrysostomus, Hieronymus, Abulensis, aliiq; innumeri: quemadmodum & textus ipse sese interpretandum indicat. Ad tertium. Nihil habet: quia præsentia Christi in illis verbis promissa duobus, aut tribus in suo nomine vbicunque congregatis, non est, quoad potesta-

Textus ille Deuter. optime exponitur seu accipitur pro Papa.

*Extra qui filii sint legitimi. c. Per venerabilẽ.

Ad secundum.

*Textus in Deuteronomio positus pro sacerdote Aaronico optime nunc accipitur, p summo sacerdote Christiano.

*In expositione literæ locis propriis.

Ad tertium.

tem iurisdictionis illis præstandam tunc immediate plena, & super omnes alios. Quia si sic, iam virtute illorum verborum, quicunq; duo homines, & in quocūque loco, in foro, agro, domo quacunq;, vel ecclesia in nomine Christi congregati illam talem, ac tantam potestatem haberent: quum indiscriminatim, & sine differentia locorum, aut personarum, Vbicunq; fuerint duo vel tres cōgregati in nomine meo, in medio eorū sū. Sic autem intelligere, est absurdum, & religionis Christianæ destructiuum. Quid ergo? procul dubio illa præsentia domini, quibuscunq; duobus, aut tribus in quocunq; loco in suo nomine congregatis ad alium effectū est, hoc est, vel ad illuminādum, inclinandum, mouendum, sanctificandumq;, sicut dicitur. Et nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sācto: vel ad aliquid huiusmodi, hoc est ad effectum impetrādi, quod petierint: & iste sensus est proprijssimus, & optime continuatur sensui literæ precedentis: dixerat enim dominus. Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunq; petierint, fiet illis a patre meo, qui in cœlis est: ecce loquitur de impetratione per orationem: & sequitur statim cum illa nota continuatiua, aut illatiua, enim, quasi ad confirmationem præcedētis assertionis. Vbi enim sunt duo, vel tres cōgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū. Quasi dixerit dominus. Si duo ex vobis consenserint super terram, scilicet remittēdo sibi iniurias inuicem, de omni re quācunq; petierint, fiet illis a patre meo, qui in cœlis est: & dās rationem, quare pater nō despiciet illos orantes, subdit. Vbi enim sūt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, ideſt. Quia ego sum in medio duorum, aut

*Math. 18.

*Et fuit hæresis Vualdensiū / qui omnes viros sanctos claues ecclesiæ habere dixerunt.

•Math. 18.

Verus & proprius sensus allegati loci.

trium congregatorum in nomine meo, quales sunt, qui sibi consentiunt remittendo iniurias inuicem propter me, pater meus illos tales exaudiet propter me mediũ in illis. Iste est verus, & proprius sensus illius loci, quem iura ipsa in multis locis tradunt, & catholici expositores hactenus obseruarunt. Ad quartũ. Nihil valet: quia potestas remittendi peccata in illis verbis Apostolis cõcessa, non fuit data illis, prout erant collegium, seu communitas: sed prout erant tales personæ, scilicet Apostoli Christi, principes ecclesiarum, & prędicatores orbis, pro Christo legatione fungentes. Quæris, quomodo probatur hoc? Respondeo, multipliciter: tum quia Apostoli non conuenerunt tunc, vt quasi collegialiter aliquid agerent, aut acciperent, vt constat: sed quasi personæ amicæ, vniusque societatis tristes pro rebus præteritis, & timentes propter metum Iudæorum, non habentes fortassis, quo conuenientius, aut tutius conuenirent. Sic autem quod eis simul stantibus accidit tunc, non illis, vt communitati: sed illis, vt talibus personis venit: tum quia Apostoli non semper mansuri erant simul, imo erant p orbem ituri: quemadmodum sibi ibidem ab eodem domino dictum fuit. Sicut misit me pater, ita ego mitto vos. Euntes autem, & per orbem dispersi illam potestatem remittendi peccata non perdiderunt: imo continuo habuerunt: sicut Paulus non in collegio erat, quando Corinthium fornicarium absoluens dixit. Ego siquod donaui, propter vos donaui in persona Christi. At si Apostoli tunc prout communitas erant, & non prout singuli illam potestatem accepissent, vtique prout singuli illam non habuissent; quod cogitare

* Dist. 20. c. De quibus & 24. q. 1. c. Audiuimus &. c. Alienus.

Ad Quartum.

*Hieron. circa illud. Amen dico vobis quæcũq; ligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo dicit. Hic potestatem tribuit apostolis. Nota quia non dicit collegio apostolorum sed apostolis vt illis sigillatim & vt singulis intelligatur data potestas.

* Ioannis. 20.

nephas est, nedum dicere: tum etiam quia actus illius potestatis aliquando repugnat fieri a pluribus simul: velut remittere peccata confitenti priuate, & tantum in foro animę, qui non nisi ab audiente confessionem exerceri potest: quum debeat quilibet scire quod absoluit. Sic autem quum nequeat tota communitas simul priuatas, & sacramētales confessiones audire propter secretum in huiusmodi cōfessionibus necessariū, & repugnet sibi ob id actus ille talis potestatis, manifestum est, non communitati primo, vt per communitatem esset in personis, sed primo personis, vt per personas esset in communitate potestatem illam datam fuisse. Optime schola patrum hactenus docuit, posse quidem plures sacerdotes simul eandem hostiam cōsecrare: sed nequaquā simul vnam confessionem sacramētalem audire. Ad sextum. Nihil valet: quia illa determinatio concilij Cōstantiensis fuit habita tempore schismatis ab vna sola obedientia, scilicet ab obedientia Ioānis vigesimi tertij, quę nequaquam tunc temporis vniuersale concilium facere potuit. Monstratur quòd a sola illa obediētia, eo quod habita fuit illa determinatio in sessione quinta, quæ habita est anno domini .1415. die .6. Aprilis: & obedientia Gregorij duodecimi iuncta est illi die .4. mensis Iulij eiusdem anni in sessione .14. & obedientia Benedicti decimi tertij cœpit iungi anno domini 1416. die .26. Octobris in sessione .24. Quid clarius? At si dixerint aduersarij Martinum Papam Quintum in sessione vltima approbasse decreta illa, & synodū illā. Respondeo: approbauit quidem, confirmauit q; nō omnia, sed sola illa decreta, quæ in materijs fidei de proposito tractatis habita fuerant, de quibus non fuit illa de

.14. sent. Ad quintum respōdetur post istā responsionem.

Ad sextum. * Quādo fuerit habita illa determinatio concilii allegati.

terminatio: quia illa habita fuit in sessione. 5. & disputatio de fide cœpit postea in sessione sexta. Imo constat hoc etiã ex bulla approbationis, in qua idem Martinus Papa bis oppositũ declarauit, scilicet in illo articulo. Papa habet supremam potestatẽ in ecclesia Dei: & in illo. Petrus fuit caput Ecclesiæ catholicæ. Potest etiam illa determinatio concilij intelligi de illa vniuersali synodo, quæ rite, & recte habita est, Papam etiam includens, aut eius assensum, & potestatem, cuius determinationibus Papa stare tenetur: non sic quòd non possit: sed sic quòd non debeat aliter facere: sed hoc aliud est. De concilio autem Basilien si, illo inquam, in quo cum Constantien si determinatum est, multi defectus dicuntur, scilicet quòd non fuerit vnanimiter conclusum, nec cum consensu præsidentium legatorum Papæ: qui talibus interesse recusarunt: nec expectatis oratoribus Castellæ, & Angliæ, quos in via nouerant constitutos, nec auditi sunt viri multi sapientes videntes hęc esse contra doctrinam sanctorum, qui omnes reclamarunt, & tandem concilium exierunt, & interesse noluerunt. Optime ad decreta illa conciliorum præfatorum, Constantien. & Basilien sis respondet Cardinalis de Turre Cremata in summa de ecclesia. Ad quintum. Nihil valet propter multa: primum, quia non declarat, de qua potestate loquatur, an scilicet de mediata, aut de immediata: sed tantum fatetur se se potestatem habere a Deo: quod vtique verum est, quoquomodo habeat mediate, vel immediate. Secundo, quia non explicat se habere illam potestatem super omnes, nec super Papam: vnde magis intelligitur loqui in illo ho

*Et in concilio Florentino post ea celebrauit.

Non debeat scilicet sine causa rationabili: alias sic, sicut fecit Innocentius in cõcilio generali. Extra de cons. & affin. c. Non debet. & Glo. ad hoc. 25. q. 1. Sunt quidam.

Lib. 2. c. 99. & 100.

Ad quintum.

*Potest illa authoritas cõcilii varie intelligi.

mine, quem tunc damnabat, & in illo casu super quẽ tunc pronunciabat, quàm in aliquo alio. Tertio quia illud concilium Papam, aut Papæ potestatem includebat, cuius authoritate fiebat: sic autem optime dicere potuit, sese a Deo potestatem habere: & in isto sensu, si dixisset illam super omnes, & immediate a Deo esse, optime determinasset propter authoritatem ibi intellectam, quæ immediate, & super omnes est. Ad septimum. Nihil efficit: quia non est opus in illis casibus, & alijs similibus prouidere ecclesiæ per vniuersale concilium: sed satis est prouidere illi per collegium dominorum Cardinalium, qui modus est facilior, & per illum citius ecclesiæ prouideri potest: vnde tanquam cõuenientior a sanctis patribus fuit institutus, & per multa sæcula hactenus obseruatus: sic respondetur communiter, & bene. Sed ego facio istam rationem pro aduersarijs fortiorem sic. Si sit casus huiusmodi, q; & Cardinales quoque taliter deficiant, vt nullatenus illi valeant summum pontificem eligere, quòd mortem forte obierint, aut vero a tyrannis, quo minus id facere possent, perpetuo impediti fuerint. Vel hoc modo etiam casus admittatur, quòd Papa interim dum vitam agit, rescindat atque annullet omnia iura, quæ de electione Romani pontificis instituta sunt, & non tradat modum, quo Papa eligi possit, in posterum ab alijs obseruandum: nec ipse ecclesiam dei committat alicui regendam: & sic diem suum claudat extremum. Quid erit tunc faciendum? Respondeo, primum casus non est possibilis moraliter: ideo inequaquam admittendus. Secundo, si admittatur, quia potestas alicui pro se, & alijs suis successoribus concessa non potest ad

* Vniuersale cõcilium authoritate Papæ factum includit ipsum.

Ad Septimum.

Prouisum est ecclesiæ. In nominibus necessarijs.

* Casus difficilis.

* Casus non admittitur quia impossibilis moraliter.

aliquem venire, nisi de ordinatione eius, a quo data est, vel illius, qui eam recepit: quum monstratum sit, papatum a Deo Petro pro se, & suis successoribus cõcessum esse, casu illo admisso, non haberem pro inconuenienti dicere, imo videtur dicendum, q̃ Deus optimus maximusque foret tunc super eo consulendus exemplo Augustini, qui lib. 7. contra Donatistas inquit. Quando ignoratum fuerit, an baptismus sit alicui collatus mimice & ioculariter, vt veritas deprehendi possit, & quid ea in re sit agendum, iubet Deum supplici oratione cõsulere, & super ea re miraculum peti: verba autem Augustini sunt, si totum ludicre, mimice, & ioculariter ageretur: vtrum probandus esset baptismus, qui sic daretur, diuinũ iudicium per alicuius reuelationis miraculum oratione implorandũ censerem: & ipse vtique benignus, pius, & misericors pater responsum daret: quia res esset grauissima, & ad statum totius ecclesiæ importantissima: & cui humanitus subueniri non posset. Tertio fortassis tunc ad clerũ Romanũ pertineret electio, signanter ad canonicos, & clericos alios sancti Ioannis Lateranensis, quia illius Papa est episcopus, vt vult Siluester in summa: & tunc tali casu nõ intelligerentur reuocata priora: quia illud vergeret in detrimentum ecclesiæ, ad quod potestas ecclesiastica nõ est data, sed in ædificationem. Quarto forte non esset multum dare propter istum casum, aut alios similes, concilij vniuersale habere quidem ius in similibus eligendi Romanũ pontificem: licet non habeat tanquam subiectum ecclesiasticam potestatem, nec authoritatiue: quia aliud est ius eligendi, aliud ius regendi: & hoc videtur magis dicendum.

Augustinus in epistola ad Honoratum. Lib. 4. sent. d. 6. de con. d. 4. c. Solet.

Et Nicolaus de Lira in faciliori casu concedunt gratiam. s. inuocãdam/ & sortes mittendas esse. Super Ioan. c. 19.

2. Corint. 10. & 13.

## CAP. VIII.

Cap. 8.

¶ Fundamēta doctorum qui concilio Constātiēsi interfuerunt.

Nunc autem vt omnia ad vltimum resoluamus, sicut prius cuncta a primo deduximus, videnda sunt illa potissima fundamenta, quibus non illi magistri Basilienses nouelli, sed alij viri graues, qui concilio Cōstantiensi interfuerunt, & quorum suggestione fortassis decretum illud positum fuit, quam posuerunt diffinitionem, fundarūt: vt & illis quoq; respondeamus. Primū igitur, & prēcipuum fundamentum est ex illo verbo domini apud Mathēum Petro, & in Petro cuicunq; Christiano dicto, Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eū: vsq; ibi, Dic ecclesię: q̄ si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Nanq; ex ista doctrina cōmunissima, ex communissimo prēcepto charitatis orta videmur præcipi fratrem quemcunq; in nos peccantē corrigere: ac de eo, si emendari noluerit, ecclesiæ denunciare, apud quam ponitur vltimum tribunal: sic vt qui eam non audierit, sit nobis sicut ethnicus & publicanus: quamobrem & Papa etiam, quia frater noster est, quotidie nobiscum dicens, Pater noster, qui es in cœlis &c. corripiendus est, si peccauerit: & tandem ecclesiæ denūciandus, si correctionem contempserit. Secundum fundamentum: quia quum omnes communitates vniuersi ius habeant, quo se a quolibet iniasore defendant, etiā a suis principibus, si eas vastent: videtur, q̄ ecclesia nō sit minus prouisa: imo q̄ ipsa sup omnes alias respublicas tale ius habeat, quo se muniat, & putridū membrū abscindat, ne pereat totum corpus: quo etiam possit aliud loco sui subrogare, more aliarum communitatū quæ sęculares sunt, & sub minore prouisione cadunt. Tertium fundamentum: quia hoc idem videtur iam in

* Math. 18. Primū Argu.

* Secundū Arg.

iure concessum: quia si concilium potest supra Papã in casu hæresis, quomodo non poterit similiter in alijs, quibus ecclesiam vastaret, aut illã suo malo exemplo scandalizaret? Confirmatur, quia tenetur sese ab scandalo purgare, vt quidam summi põtifices fecerunt: scilicet, Sixtus, Leo, & Symmachus: hoc aũt fieri nequit, nisi coram iudice aliquo, qui Papæ superior sit. Quartum fũdamẽtum: quia omne totũ est maius sua parte: sic autẽ quum ecclesia sit quoddam totũ, cuius Papa est pars: videtur, q; absq; dubio ipsa maior sit ipso. Quintum fũdamentum: quia in sacris literis dicitur mater nostra, mater inquam omnium fidelium: dicitur etiam domina: dicitur etiam regina: dicitur sponsa. Atista omnia absq; dubio videntur velle apud ipsam esse supremam potestatem, & supremum tribunal, omnia omnium iudicans, illuminans, ac dirigens.

Tertium arg.

Dist. 40. c. si papa.

2. q. 7.

Quartũ arg.

Quintum arg. Ecclesiast. 24. Prouerb. 1. Galat. 4. Treno. 1. Psal. 44. Cant. 5. & 6. & Apocal. 21.

## CAP. IX.

Respondemus: Primum fundamentum ad propositum nihil valet pro aduersarijs: imo contra illos militãs omnino pro nobis facit, sententiam nostram cõfirmãs. Monstratur hoc, quia illud verbum domini apud Mathçum, Dic ecclesiæ: non de ecclesia, quæ est congregatio fidelium: sed de prælato ecclesiæ in sensu proprio, & literali, a quo tantum secundum Augustinũ, & sanctos patres sumitur efficax argumentũ, intelligitur. Quod aũt illud dictum de prælatis ecclesiæ proprie intelligitur, constat primum: quia sic illud intellexerunt quotquot ante nos fuerunt. Nanque Chrysostomus antiquus, sanctus, & doctus sic exposuit dicens, Dic ecclesiæ: idest his, qui ecclesiæ præsunt.

Ad primũ.

Math. 18.

*Quomodo intelligitur illã domini, Dic Eccle. Math. 18.

Sic etiam exposuit Hugo cardinalis dicens, ꝙ si est persona priuata, quæ corripit, sic intelligẽdum est. Dic ecclesiæ, id est corã prælato ecclesiæ: si vero prælatus corripit, sensus est. Dic ecclesiæ, ideſt, coram ecclesia, scilicet congregatione fidelium excommunica: sic exponũt Nicolaus Gorra, Albertus magnus, Nicolaus de Lira, & sanctus Thomas in pluribus locis. Iura etiam sic exponunt: nanq; sic intellexit olim Innocentius tertius, in casu regum Francorum, & Anglorũ: sic etiam & glo. decreti. Et quid multa? Fore enim locum illum sic intelligendum communissimus vsus fratrum corripientium hactenus obseruatus manifestat. Nam quis fidelium vsq; in hodiernum diem fratrẽ in se peccantem, & correctum non se emendare volentem alicui, nisi prçlato ecclesiç indicauit? At consuetudo ista a scriptura çdita vsq; nunc obseruata multum facit, quia optime dicit Augustinus in libro de mendacio. Ex factis sanctorum colligemus, quid in scripturis sentire debeamus. Patres scholastici eodem modo senserunt, vnde & dixerunt verbum illud domini, Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum. &c. ad omnem Christianum erga omnem Christianum esse prçceptum. Verbum autem illud, Dic ecclesiæ non ad omnem Christianum erga omnem Christianũ simpliciter: sed ad omnẽ Christianum erga omnem Christianum citra Papã fuisse dictum. Ratio illorum est, quia cum in illo loco, Dic ecclesiæ, per ecclesiam prælatus intelligatur, qui non habet superiorem, sicut Papa non habet in terris: non habet per consequens, cui de illo denuncietur. Sic dixerũt Albertus Magnus, sanctus Thomas, Petrus de Palud. & Herueus in .4. sententiarum, Vlricus in summa The

4.4.sent.dist.19. a.2. in de correctione fraterna/ & super Math.

Extra. de iudiciis. c. Nouit.

Glo. in. c. Si peccauit. 2. q. 1.

Antiquissima cõsuetudo.

Schola patrum.

4. Qui nõ habet prælatum superiorem, non habet cui de illo denũcietur.

Dist 19. lib. 6. tract. 3 c. 15. & 17.

ologię: sic quoque exposuerunt multi alij, inter quos maxime fuere, Ioannes in summa confessorum, & Hostiensis. Fuisse quoq; beatum Bernardum in hac sententia, ex dictis eius constat, quibus ad Innocentium Papā ait. Quis faciet mihi iustitiam de vobis? si haberem iudicē ad quem vos trahere possem, iam nunc ostenderem vobis, vt parturiens loquor, quid mihi eminet? Extat quidem tribunal Christi: sed absit, vt ad illud appellē vos. Hęc Bernardus. Iam quum dominus ibi loquatur generaliter de ecclesia in doctrina communi, qua de quolibet fratre in nos peccante, nec se emendare volente, ecclesię pro illo emēdando denunciare teneamur: quis non videt, q̄ difficile sit, imo q̄ impossibile in hoc loco per ecclesiam communitatem fidelium per loca dispersam, aut cōmunitatem prelatorum in concilio congregatam intelligere? Nam aliquod horum quomodo adire potest quiuis Christianus vir, aut mulier, iuuenis, aut senex, quotiēs opus fuerit: qui omnes ad illud prȩceptū de correctione fraterna tenentur? Nequaquā. Ad secū dū. Nihil valet: quia saluator noster in hoc cū ecclesia optime disposuit, vt Romanus pontifex, qui est caput ecclesiæ militantis sensibile in terris, nulli nisi deo subderetur, qui est caput inuisibile vtriusq; & militantis scilicet, & triumphantis. Neque enim fas erat Christi vicarium generalem alicui subdi, nisi soli Christo, cuius vicarius est cū plenitudine potestatis. Et isto modo quoq; optime seruatur ordo diuinę prouidentię, qui est, vt in ordinatis ad Deum inferiora regantur per superiora, & vltima reducantur ad prima per media. Ita ergo quum Romanus pontifex sit supremus in ordine ecclesię, quia caput illius: & isto modo sit medius inter

Lib. 3. tit. 9. §. 9. e Bernardus ad Innocentium.

Bona probatio.

Ad secundum.

Generalis Christi vicarius nulli nisi Christo regulariter/aut iudicialiter subiicitur.

¶Per papam reducitur populus in Christum tanquam per vicariũ eius sibi immediatõ in potestate ecclesiastica.

populum,& deum:per illum debet regi populus,& per illum reduci in deum:& non e contra. Vnde imo ista est vna prȩeminentia ecclesiȩ,ꝙ suum caput, quandiu caput est, non nisi deum habeat superiorem iudicem,cuius solius iudicio eius delicta reseruentur:& ad cuius solius tribunal punienda deferantur. In hoc etiã Papa habet conditionem veri capitis,quòd quantumcunq; doleat,infirmetur,aut corrumpatur incorpore:nequaquã abscinditur,sed cum patientia sustinetur. Neq; timere potest,ꝙ ipse si sustineatur,totum corpus ecclesiæ infecturus sit:quia firma stat domini sententia, qua pro ecclesia dixit. Portȩ inferi non prȩualebũt aduersus eam.

Math.16.9.q.3. Nemo.

Optime ad idem dixit Innocentius. Nemo iudicabit primam sedem iustitiam temperare desiderãtem:neq; enim ab Augusto, neq; ab omni clero, neq; a regibus, neq; a populo iudex iudicabitur. Optime quoq; & Symmachus dicens. Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari:sed sedis istius prȩsulem suo sine quȩstione reseruauit arbitrio. Voluit Petri Apostoli successores cœlo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inuiolatam habere conscientiam. Nolite existimare eas animas inquisitionis non habere formidinem,quas deus præ cęteris suo reseruauit examini&c. Hȩc Symmachus. Ad idẽ est quod paulo ante diximus ex Bernardo ad Innocentium. Quid clarius? Cæterum si Papa male viueret, hominibus iniurias faceret, aut ecclesiam vastaret: salua fide posset quidem cõcilium ei resistere:sed nequaquam eum iuridice punire. Neque enim est ignotum,quantum sit aliud alicui inuasori resistere,quod omnibus conceditur naturali iure,& aliud inuasorem iuridice punire, quod

Ead. caus.& q. c. Aliorum.

¶Defectus papæ extra hæresim Dei iudicio reseruantur.

solis iudicibus, & superioribus datur. Ad tertium. Nihil valet, quia aliud est peccare in fidem, aliud peccare in mores: quia per hæresim & fides perditur: qua perdita homo a fundamento ecclesiæ euellitur, & extra ecclesiam ponitur: officia ecclesiastica perdit, & totaliter deponēdus venit. Nā quomodo ecclesię caput erit, quod per infidelitatem, hęresim, aut apostasiam non est mēbrum ecclesię, quę per fidem vnitur, & per charitatem viuificatur? Sic ergo ꝓ casu hęresis Papa iudicatur a cōcilio, ac punitur minor omnibus fidelibus effectus: pro alijs autem criminibus nequaquam, vt monstrauimus: quia cum alijs fides manet in illo, & ipse cum fide manet in ecclesia, caput, & rector illius, dei iudicio pro huiusmodi reseruatus. Cęterum Romani pontifices, qui sese ab infamijs sibi impositis coram aliquibus purgarunt, propter scandalum vitandum, propterq; humilitatem seruādam, se illis sua spōte quodammodo subdiderūt, sed non tanquam iudicibus ordinarijs: quod & iura ipsa de Leone Papa, Sixto Papa, & Damaso Papa etiam specialiter docent. Vnde secundum quosdam, ꝙ Papa sic voluntarie se subdiderit, opus supererogationis fuit, quod non infert necessitatem: sed melius videtur, quòd fuerit voluntarium istos, vel illos eligere ad se purgandum: sed quod fuerit necessariū sese purgare isto, vel illo modo coram istis, vel coram illis electis: aut eligendum propter scandalum vitandum, quod omnes vitare tenemur. Ad quartum. Nihil valet: quia maxima illa intelligitur de toto integrali, aut de toto numerali in quantitate: & non intelligitur de toto potentiali. Quidam declarant hæc in exemplo sic: quia magister sententiarum comparando partes imaginis adinuicem,

Ad tertium.

* 24.q.1. c. Q d autem. c. Achatius. c. Audiuim⁹ c. Omnis qui. & c. Didicimus.

Dist. 40. c. Si papa.

* 2.q.7. c. Audi tū. & c. Omnib⁹. 2.q.5. c. Mādastis.

* 2.q.7. c. Nos si. Alex. de Ales, sic habuit: & Turre Cremata in sūma lib. 2. c. 101. ad 3. obiectionem.

Ad quartum.

Lib. 1. dist. 3.

& vnam illarum ad omnes alias, dicit. AEqualia sunt nō solum singula singulis: sed etiam singula omnibus. Fit argumentum contra magistrum, ꝙ non possit illud esse: quia omne totum est maius sua parte. Respondēt patres & bene, ꝙ dictū magistri verum sit: & ꝙ maxima illa, qua contra ipsum arguitur, intelligitur de toto integrali, aut numerali in quantitate: & non de toto potentiali. Ego vero declaro illud idem in exemplo magis familiari sic. Totus homo habet potentiā ad videndū: & similiter oculus, qui est pars hominis habet potentiam ad videndum: homo est quoddam totum, cuius oculus est pars, & tamen non est maior potentia ad videndum in toto homine, quā sit potentia ad videndum in solo oculo eius. At in proposito sic est: quia tota ecclesia, quasi totus homo vnus potest exercere plenissime actus iurisdictionis per Papam quasi per membrum suum principale ad id deputatum, sicut oculus deputatur ad videndum: in quo tota est potestas iurisdictionis: & sic non est maior potestas totius ecclesiæ ad hoc, quā sit potestas solius Papæ. Quemadmodum ad vidēdū non est maior potestas hominis, quàm potestas solius oculi: quum tamē homo sit totū, & oculus sit pars eius. Quid clarius? Ad quintum. Nihil valet. Verum est enim ꝙ in sacris literis ecclesia dicitur mater nostra, omniū scilicet fidelium, dicitur domina, dicitur regina, dicitur q; sponsa: vnde tanquam mater, domina, regina, & spōsa potest quidem illuminare, docere, dirigere, regere, gubernare, & imperare. Sed hæc omnia potest per sua distincta membra, tanquam per distinctas potentias: sicut prophetat per istos, interpretatur sermones per illos, operatur miracula per alios, loquitur linguis per ali

Responsio communis & bona.

* Responsio particularis quasi eadem sed ponitur clarius.

* Sicut oculus in corpore naturali deputatur ad videndum & caput ad influēdū, in quo vigent sēsus ita in ecclesia Papa.

Ad quintum.

*Ecclesia multa potest, sed per membra distincta, sicut corpus naturale multa potest per alias, & alias partes.

os, & similia. Sic ergo quia omnes nos vnum corpus sumus in Christo, & ecclesia ipsa ex omnibus nobis constans vnũ corpus mysticum est, cuius Christus caput est, habens quidẽ distincta mẽbra distincta officia habentia, quorum alterũ non potest dicere alteri, nõ sum tibi necessarium, & quorum omniũ ministerio tanquã potentiarum distinctarum potest quicquid potest: manifestum est, ipsam nihil magis posse per se totam, q̃ possit per suas partes: sicut nec totus homo potest magis videre per se, quàm possit per suũ oculum: nec magis ambulare, quàm per suos pedes: nec magis audire, q̃ per suas aures. &c. Audacter, sed vere dico. Hæc est Apostoli doctrina verissima, certissima, manifestissimaque, quam in variis locis posuit, in quibus de ecclesia, & gradibus eius, membris suis, & officijs distinctissimis eorum multa admodum docuit. 1. Corint. 12. Ephes. 4.

## CAP. X.

Surgamus ergo nunc constantissime cũ Paulo Christi Apostolo, & cum illo toti ecclesię dicamus. Vos estis corpus Christi, & mẽbra de mẽbro. Et quosdã quidem posuit deus in ecclesia primũ Apostolos, secundo ꝓphetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophetę? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis loquũtur? nunquid omnes interpretantur? Hęc Paulus. Quid ãplius? Quòd si quispiã ꝓteruus his manifestis verbis Apostoli non acquieserit, ipsum audiat paulo ante dicẽtẽ. Vnicuiq; aũt datur manifestatio spiritus ad vtilitatẽ. 1. Corint. 12.

Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapiẽtiæ, alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alteri fides in eodem ſpiritu, alij gratia ſanitatũ in vno ſpiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur vnus, atq; idẽ ſpiritus diuidẽs ſingulis prout vult. Sicut enim corpus vnum eſt, & membra habet multa: omnia autem membra corporis cum ſint multa, vnum tamen corpus ſunt. Ita & Chriſtus. Etenim in vno ſpiritu omnes nos ĩ vnũ corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi: & omnes in vno ſpiritu potati ſumus. Nam & corpus non eſt vnum membrum, ſed multa. Si dixerit pes, quoniam non ſum manus, non ſum de corpore: nõ ideo non eſt de corpore? Etſi dixerit auris, quoniam non ſum oculus, non ſum de corpore: non ideo nõ eſt de corpore? Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autem poſuit deus membra vnumquodque eorum in corpore, ſicut voluit. Quod ſi eſſẽt omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus. Non poteſt oculus dicere manui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij: ſed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt: & quę putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorem circundamus: & quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorem honeſtatem habent. Honeſta autem noſtra nullius egent, ſed deus temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorem tribuendo honorem, vt non ſit ſchiſma in corpore: ſed in idipſum proinuicem ſollicita ſint

* Paulus manifeſte docet hic has gratias & dona dei, ac gradus ecclesiaſticos, etiã apoſtolatu, prophetiam, doctoratum, & omne paſtoratum dari primo partibus eccleſiæ, vt per partes ſint in toto, non econtra: quia ſi iſta primo darentur toti, vt per totum eſſent in partes, iam omnes partes haberent cũcta hæc, qđ Paulus negat. Numquid omnes apoſtoli? nũquid omnes pphetæ. &c.

Qui hac doctrina & manifeſto exemplo nõ mouetur, neſcio quo alio moueri poſſit.

membra. Et ſiquid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: ſiue gloriatur vnum membrũ, congaudent omnia membra. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. Et quoſdam quidem poſuit deus in eccleſia primum Apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum. Nunquid omnes Apoſtoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nũquid omnes gratiam habent curationum? nũquid omnes linguis loquũtur? nunquid omnes interpretantur? Hæc Paulus: quibus ſatis ſuperq; docet, omnem gloriam totius eccleſiç, potentiam etiam, lumen, & imperium per ſua mẽbra, quaſi per ſuas diſtinctas potentias in ea eſſe: vnde iſtis linguis loquitur, illis prophetat, alijs interpretatur ſermones, alijs quoq; illuminat, & alijs imperat. Quamobrem ſicut nõ poteſt fieri ſic argumẽtum. Eccleſia tota eſt quoddam totum: propheta eſt ſua pars: Eccleſia eſt mater, domina, ac regina prophetarum, & ſponſa dei: ergo eccleſia magis prophetabit, q̃ ꝑpheta aliquis. Ita non poteſt ſic fieri argumentum. Eccleſia eſt totũ, & Papa eſt pars: & Eccleſia eſt mater omnium fidelĩũ, domina, & regina: ergo illa maiorem poteſtatem iuriſdictionis habet, q̃ Papa: quia eccleſia prophetat per ꝓphetas, illuminat per doctores, & imperat per prçlatos: quare non eſt maior poteſtas in illa, quàm in illis, ſicut nec maior prophetia eſt in illa, q̃ in prophetis. Ac ob id non eſt maior poteſtas in tota eccleſia, ſtante lege data (de poteſtate eccleſiaſtica & ordinaria intelligendo) q̃ ſit in eius ſuperiori prælato, qui nunc eſt Papa. Hæc eſt

*Hoc intelligatur excepta illa authoritate determinandi verũ quam ſupra dixi mus eccleſiã habere immediate a deo ſibi particulariter aſſiſtente/ prout eccleſia eſt.

doctrina vera, catholica, & Apostolica: hanc nos totis viribus confitemur. In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

*Laus Deo Omnipotenti, & Virgini Gloriosæ Mariæ Vere Matri Eius.*

*EXCVSSVM EST*
*Conimbricæ in Ædibus Ioannis Barrerij, & Ioannis Aluari.*
*Anno. M. D. L.*
*III. No. Ianuar.*

